Capitulum 1

Discipulus: Hactenus de punitione hereticorum, et precipue pape si efficeretur hereticus, quamplura quesivi, licet multa obmiserim, de quibus post hoc opus sollicite mentem tuam inquiram. Nunc vero de credentibus, fautoribus, defensoribus et receptatoribus hereticorum investigare propono. Primo autem de credentibus disputas, de quibus ante omnia disseras qui sunt censendi credentes.

Magister: Nonnullis apparet quod credentes possunt in duplici differentia reperiri. Quidam enim explicite hereticorum credunt erroribus, quemadmodum Ariani credebant explicite quod filius Dei non est verus Deus, qui fuit error Arii heretici. Et de hiis videtur loqui Gregorius 9us qui, ut habetur Extra, *De hereticis* c. *Excommunicamus* 2°, ait: "*Credentes autem eorum erroribus hereticos similiter iudicamus*".

Alii vero videntur esse credentes qui, licet non credant explicite hereticorum erroribus, credunt tamen hereticis, ipsos censentes inter catholicos computandos, et eorum doctrinam catholicam reputantes, sed in quo explicite discrepent a doctrina catholica ignorent. Et isto modo videtur quod illi qui ad hereticos causa addiscendi accedunt, qui secundum leges minus puniuntur quam docentes, inter credentes debeant numerari.

Capitulum 1,14 Extra…2o] X. 5. 7. 15 col. 1686

Capitulum 1,1] *In* **We** scriptor 13us *continues his copywork* (cf. 1 Dial. 6.98.28* *at* OP VI p. xx). *In* **An** scriptor quintus *continues his copywork* (cf. 1 Dial. 6.79.652* *at* OP VI p. xx). In **Fi** scriptor secundus *continues his copywork* (cf. 1 Dial. 6.83.42* at OP VI p. xx). | …] *no chapter number* Fi An. Vg *does not have the normal "incipit" for this book. Instead we read*: "Incipit postilla oquam. Capitulum primum" **2** hereticorum] *omitted* Ly **3** quamplura] quam plurima Ly **4** de quibus] *omitted* Ly **6** et] *omitted* Bb **7** propono] Et *added* Ly | autem] *omitted* Ly | disputas] We: disputes Bb disputantes Fi An Fr *omitted* Ly **12** qui…13 fuit] sicut Ly **13** Arii] Arriani Ly | 9us…14 qui] *omitted* Ly **14** 2o] We: sic Bb Fi An cum sic Ly **17** Alii] Aliis An | qui] quibus Fi | qui licet] omnibus Bb **18** ipsos] eos Ly **19** computandos] reputandos Ly **20** reputantes] reputant Ly | sed] licet We (*cancelling* "sed") | discrepent] descripent An **21** ignorent] ignorant Bb Ly ignorarent Fi | videtur] michi *added* Ly | qui] *omitted* An Ly **23** docentes] doctores Ly

Discipulus: Distinctionem de credentibus, sive sit vera sive falsa, intelligo, et ideo de utroque membro te interrogare intendo. Dic autem in primis de primis credentibus, an omnes sint inter hereticos computandi, cum hoc auctoritas Gregorii superius allegata videatur asserere, cum indistincte, non distinguendo inter hos credentes et illos, dicat: "*credentes autem eorum*" (scilicet hereticorum) "*erroribus hereticos similiter iudicamus*".

Magister: Est quedam assertio quod non debet dici indistincte quod omnes credentes explicite hereticorum erroribus sunt censendi heretici. Quare de credentibus etiam explicite hereticorum erroribus distinguendum apparet. Credentium enim hereticorum erroribus quidam sciunt ipsos errores esse ab ecclesia condempnatos. Quidam vero nesciunt quod sunt ab ecclesia condempnati, et istorum quidam adherent pertinaciter talibus erroribus, quidam vero non adherent pertinaciter sed corrigi sunt parati.

Primi credentes hereticorum erroribus absque alia examinatione sunt inter hereticos computandi. Cuius ratio assignatur, quia errans contra fidem qui non est paratus corrigi est inter hereticos computandus (24 q. 3 c. *Dixit Apostolus*). Sed credens hereticorum erroribus quos scit ab ecclesia condempnatos non est paratus corrigi, quia quilibet errans contra fidem debet esse paratus corrigi per doctrinam ecclesie, et aliter est pertinax reputandus. Sed qui scit errorem aliquem ab ecclesia esse dampnatum et tamen credit eidem errori non est paratus corrigi per doctrinam ecclesie. Ergo talis pertinax et hereticus est censendus.

Discipulus: Secundum ista quicumque crederet errori contra fidem dampnato a papa Romano esset hereticus

---

42 Primi…52 censendus] This appears to be a retained early text composed before the analyses of 1 Dial. 4. **45** 24…46 Apostolus] C. 24 q. 3 c. 29 col. 1886 **54** papa Romano] This is the only passage of 1 Dial. where this specific appellation appears.

---

26 te] *omitted* An **27** intendo] *omitted* Fi An | autem] ergo Ly **28** hoc] hec We | Gregorii] *omitted* Ly **29** videatur] vt^{o} An **30** distinguendo] diffiniendo Bb An | hos] hereticos *added* Ly **35** Quare…36 erroribus] Sed illi tantum qui scienter et explicite credunt hereticorum erroribus. Unde eis Ly Vg^{2} **38** esse] *omitted* An Ly | condempnatos…39 condempnati] condempnata An **40** adherent…non] *omitted* Bb **42** Primi] Primo Fi An | erroribus] statim *added* We **44** contra] circa We **49** et] *omitted* Ly **50** esse dampnatum] condemnatum Ly **51** doctrinam] doctrina Bb **52** talis] a^{e} Bb est *added* Ly | et… censendus] reputandus Ly

reputandus. Et ita per consequens nullo modo liceret sententie summi pontificis contraire.

Magister: Respondetur quod sententie catholice Romani pontificis late contra errorem in fide nulli licet absque heretica pravitate resistere. Sed sententie pape erronee contra fidem debet quilibet catholicus qui scit sententiam eius esse erroneam obviare.

Discipulus: Si licet sententie Romani pontificis obviare (et Romanus pontifex semper habebit sequaces) schisma sequeretur inter christianos, quod est omnino vitandum. Ergo quilibet tenetur, saltem propter schisma vitandum, acquiescere sententie pape.

Magister: Respondetur quod si sententia pape fuerit erronea contra fidem, schisma sequeretur tale quale semper fuit inter hereticos et catholicos. Quale schisma catholici, compescendo hereticos, sedare debent si possunt. Si autem non possunt, propter nullum schisma vitandum debent acquiescere sententie false, licet in casu, quando viderent turbationem periculosam oriri absque utilitate fidelium, cessare deberent saltem ad tempus a divulgatione catholice veritatis.

Discipulus: Si non est credendum pape in hiis que fidei sunt, cui credetur?

Magister: Respondetur quod credetur scripture divine et doctrine quam universalis ecclesia hactenus tenuit, predicavit, et docuit. Scriptura enim divina et doctrina precedentium patrum ab universali ecclesia approbata doctrine pape posterioris est anteponenda, quod in decretis dis. 19 insinuari videtur expresse, ubi sic legitur: "*Hoc autem*", scilicet quod decretales epistole sunt paris auctoritatis cum canonibus et per consequens quod eis est adhibenda fides, "*intelligendum est de illis sanctionibus vel decretalibus epistolis in quibus nec precedentium patrum decretis nec evangelicis preceptis aliquid contrarium*

70 Si…75 veritatis] PP* **83** dis 19] *Dictum Gratiani post* D. 19 c. 7 col. 109

55 liceret] licet An **58** Romani] Romane Bb | Romani pontificis] a Romano pontifice Ly | in fide] infidelium Ly **63** et…sequaces] et Romanos pontifices non semper sequi Ly Vg[2] **67** fuerit] fuit Bb **68** sequeretur] sequetur Ly **72** quando] *omitted* An quo Ly **73** absque] omni *added* We | utilitate] utilitatem Bb Fi Ly **74** deberent] *omitted* Bb **83** 19] c. Secundum ecclesie *added* Ly | Hoc] Hec Bb We H[c] Fi An He Ly **84** scilicet] .s. An sicut Ly | quod] *omitted* Bb Fi An **86** fides] hoc autem *added* Ly **88** nec] vel Ly

invenitur. Anastasius enim 2us favore Anastasii imperatoris, quos Achatius post sententiam in se prolatam sacerdotes vel levitas ordinaverat, rite fungi acceptis officiis debere decrevit".

De cuius constitutione eadem distinctione § *Quia ergo* subiungitur: "*Quia ergo illicite et non canonice sed contra decreta predecessorum, et successorum suorum hec rescripta dedit, ut probat Felix et Gelasius qui Achatium ante Anastasium excommunicaverunt, et Hormisda qui ab ipso Anastasio tertius eumdem Achatium postea dampnavit, ideo ab ecclesia Romana repudiatur et a Deo percussus legitur fuisse*".

Ex quibus verbis datur intelligi quod si papa constitutionem condiderit in his que ad doctrinam fidei spectant, doctrine precedentium patrum approbate contrariam, non est sibi credendum. Sed talis eius constitutio est a fidelibus reprobanda, suntque credentes ei scientes doctrinam suam dogmatibus orthodoxorum precedentium patrum esse contrariam inter hereticos computandi, quemadmodum ipse papa, si aliquid tale diffinitive tenet, est hereticorum numero aggregandus.

Discipulus: Quid si aliqui scientes talem diffinitionem pape esse determinationi ecclesie obviantem, et tamen credentes in corde determinationem ecclesie esse veram, exterius ore vel timore vel ambitione vel ex aliqua alia causa tenent aut docent diffinitionem pape determinationi ecclesie contrariam?

Magister: Respondetur quod licet tales apud Deum sint deteriores hereticis eo quod negant agnitam veritatem, et ideo peccant in Spiritum Sanctum, tamen apud Deum non sunt heretici, quia mentaliter contra fidem minime errant. Hoc tamen non obstante, si coram ecclesia probatum fuerit quod

---

93 § … ergo] *Dictum Gratiani post* D. 19 c. 8 col. 111

---

90 quos] *omitted* Ly | vel] et Ww **91** ordinaverat] We: ordinavit Ly ordinaverit Bb Fi An **93** §] *omitted* Fi An **95** decreta] secreta Bb Dei *added* Ly **96** dedit] de^{t} Bb deñt^{r} Fi definitur An | Achatium] Acchatium We **97** Anastasium] *omitted* Ly | excommunicaverunt] Ly Vg^{2}: excommunicaverat Bb Fi An We | Hormisda] We: Hormisdam Bb Fi An Ormisda Ly **98** Achatium] Anastasium Ly **102** condiderit] 9di^{t} Bb 9^{dt} Fi cd^{t} An **103** approbate] *omitted* Ly **105** ei] et Ly **107** hereticos] he'^{tco} An **108** tenet] tenuerit We **111** determinationi] diffinitioni Ly **113** ambitione] abitione Fi | ex] *omitted* Ly **114** ecclesie] e^{e} Fi An **117** veritatem] veri^{ti} An **118** peccant] peccat Fi An **119** quia] *omitted* Bb | Hoc] Hec We **120** ecclesia] *omitted* An | fuerit] fuit Fi

ipsi non ignorant determinationem ecclesie et tamen tenent diffinitionem pape contrariam, ecclesia, que de manifestis iudicat non de occultis, debet eos hereticos reputare et tanquam hereticos condempnare, etiam si post assererent quod diffinitionem pape contrariam determinationi ecclesie nunquam corde tenuerunt, quia tali assertione eorum de occultis cordium fidem tenetur minime adhibere.

Capitulum 2

Discipulus: Quid si determinatio pape est ambigua habens diversos sensus, quorum unus qui est hereticalis est de intentione pape, quem in aliis scriptis posterioribus vel prioribus explicat manifeste, alius autem sensus talis determinationis seu diffinitionis pape est catholicus. Nunquid credens tali determinationi pape, putans sensum catholicum esse de mente pape est hereticus reputandus, si scit alium sensum esse ab ecclesia condempnatum?

Magister: Una assertio tenet quod talis est hereticus reputandus, quod tali ratione videtur posse probari. Sicut nichil differt in vitio dicere bonum malum et malum dicere bonum, ita non videtur distare in vitio dicere scripturam catholicam esse hereticam et dicere scripturam hereticam esse catholicam. Quod Isaias propheta c. 5 videtur testari, cum hoc facientibus imprecatur ve dampnationis eterne, dicens: "*Ve qui dicitis malum bonum, et bonum malum: ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum*". Ex quibus verbis colligitur quod quemadmodum uterque dampnabili crimine irretitur, scilicet et qui dicit malum esse bonum et qui dicit bonum esse malum, ita uterque dampnabilis est, scilicet et qui ponit tenebras (hoc est pravitatem hereticam) esse lucem (id est

Capitulum 2,15 Isaias…5] Isaiah 5:20

121 ignorant] ignorent Fi An | et] *omitted* Bb **122** ecclesia] ecclesie Ly **124** tanquam] *smudged* Fi *omitted* An | post] postea We assererent] asserent Fi An **125** quod] se hanc Ly **126** tenuerunt] tenu'it An tenuerint We tenuisse Ly | assertione] assertioni An **Capitulum 2,3** qui] *omitted* Ly | est[2]] *omitted* Ly | de] Ât (*garbled*) Fi **7** credens] *omitted* An | putans] suum *added* Ly | sensum] ssum An **8** mente] intentione Ly | si] *omitted* Bb **12** nichil differt] non distat We | bonum] vel *added* Bb et *added* An **15** Isaias] Ysid' An Esaias Ly | hoc] huiusmodi We **16** imprecatur] imprecetur We | ve] ut Fi An **17** malum[1]] et *added* Bb **18** ponentes] *omitted* Ly | in] *omitted* Ly **19** et dulce] *omitted* Bb | in] *omitted* Ly **21** et[2]…22 malum] *omitted* Bb

catholicam veritatem), et qui dicit lucem (id est catholicam veritatem) esse tenebras (id est hereticam pravitatem). Sed qui dicit scripturam catholicam esse hereticam pravitatem, trahendo eam videlicet ad sensum hereticum et aliter exponendo quam sensus Spiritus Sancti efflagitat est hereticus reputandus (24 q. 3 c. *Heresis*). Ergo ille qui scripturam hereticam trahit ad sensum catholicum eam erronee exponendo hereticus est censendus. Et ita qui determinationem pape secundum mentem eius hereticam reputat catholicam, sciens quod ille sensus qui secundum rei veritatem est de mente pape est dampnatus, debet hereticus iudicari, licet nesciat quod ille sit sensus pape heretici.

Alia assertio tenet quod talis sic exponens determinationem pape hereticam et trahens eam ad sensum catholicum quem putat esse de mente pape non est hereticus iudicandus, quod videtur tali ratione posse probari. Ille qui non errat contra fidem non est hereticus iudicandus, licet erret contra intentionem alicuius heretici vel catholici. Sed qui determinationem pape habentem diversos sensus, unum catholicum et alium hereticum, trahit ad sensum catholicum putans eum esse de mente pape, quamvis non sit, non errat contra fidem sed tantum circa mentem pape, quia tenet quicquid spectat ad fidem. In hoc tamen errat quod putat sensum catholicum esse de mente pape, qui tamen non est. Ergo talis non est hereticus reputandus.

Discipulus: Que predictarum assertionum sit verior post consummationem istius operis sollicite indagabo. Nunc autem dic an peccet mortaliter ille qui trahit determinationem pape secundum mentem pape hereticam ad sensum catholicum quem tamen non credit esse de mente pape, sed credit quod sensus hereticus est de mente eius.

Magister: Respondetur quod talis, si non tantummodo recitando sed exterius affirmando trahit determinationem hereticam ad sensum catholicum quem non credit esse de

---

29 24…Heresis] C. 24 q. 3 c. 27 col. 1885

---

25 pravitatem] *omitted* Fi **26** pravitatem] *omitted* We Ly **27** trahendo] tradendo Fi An | videlicet] veritati An **28** efflagitat] *omitted* An **29** reputandus] censendus Ly **30** eam] eius Ly **31** erronee] errorem An Ly **36** Alia] 9ª (=contraria) Fi An | assertio] que *added* Ly **37** trahens] trahit Ly **39** quod] *omitted* Ly **41** contra] circa We | alicuius… catholici] *In* **We** scriptor 14us *begins his copywork with these words* (at fo. 147r line 1) **43** et…catholicum²] *omitted* Bb **45** circa] contra Ly **47** non] *omitted* An **53** mente] intentione Fi An Ly **54** eius] We: pape Fi An Ly *omitted* Bb **55** si] qui Ly

mente taliter determinantis, peccat mortaliter, quia committit crimen mendacii, sive adulando sive ex timore sive ex ambitione taliter mentiatur. Nec potest a peccato mortali quomodolibet excusari, quia omne tale mendacium est peccatum mortale. Et si ex desiderio complacendi pape heretico mendacium tale procedat, gravius est quam si ex timore solummodo emanaret. Quia in pusillanimi timor aliquo modo diminuit peccatum. In illo autem qui homini placere desiderat, crimini mendacii crimen adulationis aut cupiditatis vel ambitionis adiungitur, et ideo talis gravius et multiplicius peccat.

Capitulum 3

Discipulus: Post interrogationem de trahentibus diffinitionem pape hereticam habentem tamen diversos sensus, unum hereticum et alium catholicum, ad sensum catholicum, peto ut dicas quid sentiendum esset de illis qui diffinitionem pape hereticam in omni sensu quem talis diffinitio potest habere de virtute verborum, traherent ad sensum catholicum, scientes quod quilibet eorum sensuum qui secundum rei veritatem potest elici ex verbis determinationis pape est hereticus.

Magister: Est quedam assertio dicens quod tales essent credentes errori pape heretici et etiam heretici reputandi, nisi sollicite quererent veritatem, parati corrigi quam cito veritatem invenirent. Quod enim tales inter credentes hereticorum errori debeant computari videtur sic posse probari. Ille qui credit hereticorum errori qui nullum potest habere sensum catholicum est inter credentes hereticorum errori merito computandus, sicut ille qui pertinaciter defendit hereticorum errorem qui nullum potest habere sensum catholicum est hereticus reputandus (24 q. 3 c. *Qui aliorum*). Cum ergo per positum tales credant errori qui nullum potest habere sensum catholicum, inter credentes sunt

Capitulum 3,20 24…21 aliorum] C. 24 q. 3 c. 32 col. 1887

59 ex[1]] *omitted* Ly | ex[2]] *omitted* Ly **60** Nec…a] non Bb **61** quomodolibet] quemlibet An | excusari] ext'i[ri] (*garbled*) An | omne] *omitted* Fi **64** solummodo] solo We | Quia] Quare Ly **66** desiderat] per *added* Ly | crimini] crimen Fi Ly c'm *or* c'ni An | crimen] crimini Fi **Capitulum 3,3** tamen] *omitted* Ly **7** potest] posset Bb | traherent] traheret Bb Fi An | ad] aliquem *added* Ly **8** eorum] illorum An **9** potest] posset An possunt Ly **11** Magister] Respondetur quod *added* Ly **12** pape] vel *added* Bb **13** parati] et parati essent Ly **14** inter] *omitted* Ly **15** computari] heretici reputari Ly **18** sicut] sed Ly

merito computandi. Et per idem patet quod tales, nisi sollicite querant veritatem, parati corrigi cum invenerint, sunt heretici iudicandi. Quia errans contra fidem, nisi querat sollicite veritatem, paratus corrigi cum invenerit, est inter hereticos numerandus (24 q. 3 c. *Dixit Apostolus*). Ex quo infertur quod qui exponerent et traherent determinationem pape hereticam in omni sensu quem potest habere de virtute verborum ad sensum catholicum, si simul cum hoc persequerentur et molestarent qualitercunque diffinitionem pape hereticam impugnantes, essent inter hereticos computandi quia non quererent cauta sollicitudine veritatem.

Alia est assertio que de trahentibus taliter diffinitionem pape hereticam ad sensum catholicum dicit esse distinguendum, quia aut tales sunt periti in arte distinguendi assertiones ambiguas diversos sensus habentes aut in tali arte sunt minime eruditi. Primi excusari non possunt de crimine mendacii, nec etiam de crimine heretice pravitatis, sed sunt censendi sibiipsis contrarii, quemadmodum heretici sepe reperiuntur sibiipsis contrarii. Quia, secundum Augustinum, ut habetur 23 q. 7 c. *Quod autem*, heretici "*adeo autem calumpniandi cupiditate cecantur, ut non attendant quam sint inter se contraria que loquuntur*". Et ideo cum tales sint periti in arte distinguendi assertiones ambiguas, presumptio est violenta quod tenent assertionem pape hereticam sub aliquo senso quem sonat, et quod simul cum hoc tanquam contrarii sibiipsis tenent catholicam veritatem.

Si autem tales non sunt periti in arte distinguendi assertiones ambiguas, non sunt statim heretici iudicandi. Sed si pertinaciter defenderent talem assertionem esse sub tali sensu catholico sustinendam, deberent heretici iudicari.

---

27 24…Apostolus] C. 24 q. 3 c. 29 col. 1885 **42** 23…autem[1]] C. 23 q. 7 c. 3 col. 1803

---

23 idem] illud Ly **24** veritatem] *omitted* Bb Fi An **25** Quia] Quoniam Ly | querat] querant Fi | sollicite] *omitted* Ly **27** Dixit] Dicit Ly **30** hoc] non *added* Ly **31** qualitercunque] qualiter oportet An (*but* "oʒ" /oportet/ *could be a badly scripted* "cʒ" *intended as an abbreviation of* "cunque") **33** computandi] reputandi Ly | cauta] tanta Fi An **34** Alia] autem *added* An **35** dicit] d_z An **38** Primi] qui An **39** etiam] *omitted* Ly **41** Augustinum] Aug[9] Bb **42** ut habetur] *omitted* Ly | autem[2]] *omitted* Ww **43** cecantur] secantur Fi An | quam] quod Ly **45** in arte] *omitted* Fi | presumptio] non sumptio Bb **46** tenent] tenens Ly | sub] ab Bb **47** tanquam] quam Fi An **52** catholico] *omitted* Ly sustinendam] substinendam Bb subdistinguendam Fi An | deberent] debent We

Discipulus: Quomodo convincetur talis de pertinacia ?

Magister: Respondetur quod de pertinacia convincetur si, postquam fuerit sibi ostensum evidenter quod assertio pape heretici talem sensum habere non potest, adhuc in sua opinione permanserit.

Dicitur etiam quod multis aliis modis de pertinacia potest convinci, puta, si de veritate quando convenienter potest renuit informari, si impugnatores heretice pravitatis persequitur vel molestat, si alios minis, preceptis, penis vel alio quovis modo compellit ad suam opinionem pertinaciter defendendam. Et forte aliquibus aliis modis de quibus dictum est supra libro quarto est de pertinacia convincendus.

Discipulus: Quid si aliquis promittit vel iurat quod tenebit semper talem assertionem hereticam, et intendit tenere sub sensu catholico, quem tamen sensum catholicum de virtute verborum habere non potest?

Magister: Respondetur quod talis est hereticus iudicandus, quia ex quo tenet assertionem hereticam in omni sensu quem de virtute verborum habere potest, et promittit seu iurat quod semper tenebit eandem, non est paratus corrigi, et per consequens hereticus est censendus.

Capitulum 4

Discipulus: Ponatur quod papa diffiniente aliquam assertionem hereticam esse tenendam tanquam catholicam, alius prelatus, puta archiepiscopus vel episcopus vel alius, sciens diffinitionem pape esse hereticam, ordinet, statuat, precipiat, aut mandet sub gravi pena quod nullus subditorum suorum audeat diffinitionem pape aliqualiter reprobare, sed de ea et etiam de persona pape quilibet subditus suus loquatur omnino reverenter, nomen tamen pape in tali ordinatione, statuto, precepto, vel mandato nullatenus exprimendo.

---

63 Et…64 convincendus] PP* **Capitulum 4,4** alius[1]…10 exprimendo] This is what Michael of Cesena had done at the Franciscan General Chapter of Lyons in 1325: cf. LB, 111.

---

54 quod] quia Fi **55** fuerit] fuit Bb Fi **56** talem] *omitted* An | potest] *omitted* Fi An **57** opinione] epi[ne] An **61** vel[1]] *omitted* Fi An | minis] meis An **65** promittit] permittit Fi An **66** hereticam] pape *added* We intendit] eam *added* We **71** promittit] permittit Fi An Ly **72** seu] se Ly **Capitulum 4,2** diffiniente] diffiniret Ly **3** hereticam] *omitted* An catholicam] et *added* Ly **5** hereticam] hereticalem We **6** aut] 9[t] An **9** ordinatione] ordina[ut] An **10** statuto] statutus Fi | mandato] mandat Bb

Nunquid talis prelatus est credens errori pape et hereticus reputandus?

Magister: Circa hoc sunt diverse opiniones. Una est quod talis prelatus est credens errori pape et hereticus reputandus. Quod enim inter credentes errori pape debeat computari ex hoc probatur quod statuit diffinitionem pape nullatenus reprobandam, sed quod de ea cum reverentia est loquendum. Error autem est reprobandus et non est cum reverentia de errore loquendum. Ergo talis ordinans, statuens, precipiens sive mandans credit diffinitionem pape esse tenendam, et per consequens inter credentes errori pape est merito computandus.

Quod vero talis prelatus sit hereticus reputandus tali ratione probatur. Credens errori contra fidem et ad eundem errorem tenendum alios minis, statutis, vel preceptis compellens est hereticus reputandus, quia talis est pertinax computandus, ut ex hiis que dicta sunt libro quarto videtur posse probari. Talis autem prelatus est credens errori pape et ad eundem errorem tenendum alios compellit statutis et preceptis. Ergo non solum credens errori pape sed etiam hereticus est censendus.

Alia est opinio quod si prelatus inferior, puta archiepiscopus vel episcopus aut alius prelatus precise talibus verbis vel equipollentibus utitur: ‘statuo, mando, vel precipio, vel sub pena excommunicationis vel etiam carceris,

---

27 ut…28 probari] PP*. The entire paragraph seems a junction of alternate ways of making the same point. **35** statuo…40 eisdem] Cf. LB, p. 111, note 2. A more exact version of Cesena’s Lyons statute is given in ms. Vat. Lat. 4009, fo. 29v in the fragment of a treatise which seems to have been a response to a critique of Cesena’s attitude prior to his Pisa Appeal of 1328. The fragment begins: “*In Christo nomine. Obicitur contra fratrem Michaelem* /etc. etc./” and ends thus: “*Ad evidentiam autem responsionis ad dictam oppositionem 25 notabilia videntur esse premittenda. Primum est quod licet nunquam sit falsitas asserenda.*” (at which point the fragment breaks off). It resembles (in intention) other “oppositiones” composed in late 1328-early 1329 which were preserved in the chronicle of Nicolaus Minorita (Cf. GF, pp. 479ff.)

---

11 et] *omitted* An **14** et…15 pape] *omitted* Bb **15** Quod] Quid Fi An **20** precipiens] percipiens An **25** tenendum] *omitted* An | vel] et Ly **26** compellens] compellit Ly | reputandus…pertinax] *omitted* Ly Vg **27** computandus] iudicandus We **30** non] est *added* Ly | credens] *omitted* We | etiam] *omitted* Ly **34** vel episcopus] *omitted* Ly | alius] aliquis Ly | prelatus] *omitted* We **35** utitur] utatur Bb Fi An | statuo] statuto Ly **36** vel[1]] *omitted* We

ut nullus michi subiectus diffinitiones domini summi pontificis audeat reprobare, vel de eis aut persona pape qualitercunque male loqui, sed loquatur cum omnimoda reverentia de eisdem', talis prelatus sine maiori examinatione non est inter credentes errori pape nec inter hereticos computandus. Cuius ratio assignatur. Quia propter verba generalia talia que ita possunt intelligi de diffinitionibus catholici pape sicut de diffinitionibus pape heretici, non est aliquis inter credentes erroribus pape heretici vel inter hereticos computandus. Sed verba predicta ita possunt intelligi de diffinitionibus pape catholici sicut de diffinitionibus pape heretici. Ergo propter talia verba non est aliquis inter credentes vel hereticos computandus.

Discipulus: Ista ratio esset apparens si, quando fit tale statutum vel preceptum, esset aliquis papa catholicus sicut est papa hereticus.

Magister: Respondetur quod hoc non obstat. Quia, sicut sepe est prudenter futuris casibus occurrendum (dis. 23 c. *In nomine*), et ad cautelam futurorum est aliquid faciendum (Extra, *De electione et electi potestate* c. *Licet*), ita ex causa aliqua statuuntur et etiam precipiuntur que non in tempore quo statuuntur vel precipiuntur sed in tempore futuro locum valebunt habere. Et ideo talia statuta et precepta non pro tempore quo fiunt sed pro tempore futuro debent intelligi.

Et ideo licet aliquis prelatus, quando papa esset hereticus, statueret sub gravi pena quod nullus subditorum suorum diffinitiones pape audeat reprobare, tale statutum

---

40 de eisdem] Here is the version in ms. Vat. Lat. 4009: " '*Monet insuper Generalis Minister cum Generali Capitulo universo omnes fratres et singulos ac per obedientiam salutarem eis mandat quatenus de Sancta Romana Ecclesia et Sanctissimi Domini Nostri Pape persona ac de constitutionibus eius cum debitis sobrietate et reverentie loquantur, et quicunque huius mandati fuerit transgressor inventus per Ministrum suum statim pena carceris puniatur, ad quod exequendum Minister per obedientiam teneatur denuntiari eidem Generali Ministro nichilominus delinquentem'. Hec verba dicte constitutionis.*" **54** dis…55 nomine] D. 23 c. 1 col. 135 **56** Extra…Licet] X. 1. 6. 6 col. 113 (*verbatim in gloss ibid*. s.v. evitandum)

---

38 de…aut] ex eis de Ly **42** computandus] 9pu^{d9} We **45** inter^{2}] *omitted* Ly **46** verba] *omitted* Ly **48** verba] generalia *added* Ly | est] *omitted* Bb **50** ratio] regula An Ly **51** vel preceptum] *omitted* Ly sicut…52 hereticus] *omitted* Bb **54** sepe] *omitted* Ly | casibus] talibus Ly **56** De…potestate] de electionibus Ww **58** quo] *omitted* We | vel] et etiam An Ly | sed] etiam *added* An **59** et precepta] *omitted* Ly **63** tale] talem We

quantum est ex forma verborum non deberet intelligi pro tempore quo fit, nec etiam pro tempore quo papa esset hereticus, sed pro tempore quo erit summus pontifex catholicus et catholice de difficultatibus circa fidem diffiniret. Tale enim statutum, quantum est ex forma verborum, taliter debet intelligi qualiter intelligeretur si non solum secundum veritatem sed etiam secundum opinionem omnium fidelium vacaret apostolica sedes, et qualiter intelligeretur si non solum secundum veritatem sed etiam secundum opinionem omnium catholicorum papa qui est hereticus esset omni auctoritate et dignitate privatus. Et ideo, sicut tunc non intelligeretur de diffinitionibus pape heretici, ita nec nunc debet intelligi de diffinitionibus pape heretici, quantumcunque a multitudine christianorum minime crederetur quod vacaret apostolica sedes aut quod papa esset hereticus.

Discipulus: Ex qua causa liceret condere tale statutum tali intentione quod statutum illud non debet intelligi de diffinitionibus pape qui est hereticus, sed de diffinitionibus futuri pape catholici ?

Magister: Respondetur quod hoc liceret in casu ad deludendam sevitiam pape heretici. Si enim aliquis prelatus, sciens diffinitiones pape esse hereticales vel etiam dubitans eas esse hereticales, probabiliter ex certis coniecturis et causis estimaret quod papa eum et sibi subiectos male tractaret nisi tale quod statueret, posset idem prelatus condere talem statutum, non intelligens statutum de illo qui habetur pro papa nec de diffinitionibus suis, sed de futuro papa catholico et diffinitionibus eius orthodoxis. Verbis enim generalibus et figurativis locutionibus atque ambiguis, ac etiam verbis equivocis et multiplicibus licet deludere sevitiam perfidorum.

Discipulus: Licet videatur quod talis prelatus suam intentionem occultando deludens papam etiam hereticum graviter peccet, quia non videtur a vitio simulationis

---

64 est] *omitted* Bb **66** erit] erat Ly **67** difficultatibus] We: diffinitionibus Bb Fi An Ly | diffiniret] diffiniet Bb **75** ita…76 heretici] *omitted* Bb **76** pape…82 diffinitionibus[2]] *omitted* An | heretici] ita nec nunc debet intelligi de diffinitionibus pape heretici *added dittography* Fi **78** vacaret] vacaretur Fi **80** liceret] alicui prelato *added* We | condere] concedere Ly **82** diffinitionibus[2]] *omitted* We **85** deludendam] dedudendam Fi dedu[dam] An | deludendam sevitiam] delucidandum sviam Ly **86** hereticales] h'e[cas] Fi An hereticas Ly **88** estimaret] extimaret We **89** quod] quid Bb Fi **91** nec] ñ Fi An **92** et[1]] de *added* We Ly **93** ac] *omitted* Ly **94** sevitiam] sniam (*sic*) Ly

immunis, tamen motiva dicentium quod taliter liceat aliquos deludere non differas indicare.

Magister: Quod liceat taliter deludere malos ad eorum sevitiam declinandam sic videtur posse probari. Cui licet uti insidiis ad hostes seu emulos expugnandos, eidem licet uti verbis generalibus ac equivocis et multiplicibus atque sermonibus figurativis ad malignorum sevitiam declinandam. Sed homini iusto et sancto licet uti insidiis ad hostes seu emulos expugnandos (23 q. 2 c. *Dominus noster*). Ergo homini iusto et sancto licet uti verbis generalibus et equivocis ac multiplicibus et etiam sermonibus figurativis ad malorum sevitiam declinandam.

Secundo sic. Dolus qui potest esse absque mendacio verbo et facto est licitus contra hostem. Sed delusio que fit verbis generalibus, equivocis, multiplicibus et figurativis est dolus quidam, et potest esse absque mendacio verbo et facto. Ergo huiusmodi delusio hostis est licita.

Maior dictis maiorum ostenditur. Ait enim beatus Hieronymus, ut habetur 22 q. 2 c. *Utilem*: "*Utilem simulationem et in tempore assumendam, Iehu regis Israel nos doceat exemplum, qui, cum non potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset velle idolum colere, dixit* '*congregate michi omnes sacerdotes Baal*'"etc. Et infra: "*Et David, quando mutavit faciem suam coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit. Nec mirum quamvis iustos homines tamen aliqua simulare pro tempore ob suam et aliorum salutem, cum et ipse Dominus noster, non habens peccatum nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis*

106 23…noster] C. 23 q. 2 c. 2 col. 1707 **117** 22…Utilem[1]] C. 22 q. 2 c. 21 col. 1671 **121** infra] *ibid.*

99 non…100 deludere] *omitted* An | indicare] inducere Ly **100** malos] tales Ly **101** sevitiam] sovitiam We **104** figurativis] figuratis We **105** homini] omni Ly **106** 2] 3 Fi An et *added* Fi An **107** equivocis] elio[cis] Bb **108** figurativis] figuratis We **109** sevitiam] sniam (*sic*) Ly **112** verbo] licet *added* Fi An **116** Ait] *omitted* Bb **117** ut] We: et Bb Fi An Ly | 22] 23 Ly | Utilem[2]] *omitted* Fi **118** in] etiam Bb Fi **120** colere] finxit *added* Ly | dixit] dicens Ww **121** infra] Achab servivit sibi in paucis et ego serviam sibi in multis *added* Ly Vg[2] **122** Abimelech] Ly: Achis Bb Fi An We **123** quamvis] si licet Ly **124** tamen] sibi Fi An Ly | ob] ad Ww **125** noster] Iesus Christus *added* Ww

assumpserit, ut condemnans in carne peccatum". Ubi glosa super primum verbum dicit: "*argumentum quod dolus contra hostem bonus est*".

Item, Origenes, ut legitur dis. 43 c. *In mandatis*, loquens de viro malis moribus involuto se ingerendum ad scrutandum secreta fidei, ait: "*si ingesserit se et provocaverit nos dicere que eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere*". Ubi dicit glosa: "*nota dolum esse bonum contra hostem*".

Item, glosa (23 q. 2 *Dominus noster*) ait sic: "*ergo per insidias et per dolum possumus licite vincere hostes nostros... dum tamen fidem non rumpamus hosti*". Ex quibus patet quod dolus, qui potest esse absque peccato verbo et facto, est licitus contra hostem.

Minor, scilicet quod delusio que fit verbis generalibus etc. est dolus qui potest esse absque mendacio verbo et facto, patet, quia verba in quibus potest veritas reperiri possunt omni carere mendacio. Sed in verbis generalibus, equivocis et multiplicibus, atque ambiguis, ac etiam figurativis, potest veritas reperiri. Aliter vir iustus nunquam eis uti deberet. Ergo talia verba omni possunt carere mendacio. Ergo ad hostis malitiam declinandam licitum est uti talibus, que bonum intellectum possunt habere.

Discipulus: Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu, nomina sunt intelligenda. Ergo si talia verba communiter intellecta habeant malum sensum, sub malo

---

127 glosa] *ibid.*, s.v. Utilem (with multiple further authorities) **130** 43… mandatis] D. 43 c. 2 col. 277 **134** glosa] *ibid.*, s.v. eludere **136** 23… noster] C. 23 q. 2 c. 2 col. 1709 s.v. insidiis **150** Non…151 intelligenda] This principle is stated in the gloss of X. 4. 1. 7 col. 1424 s.v. proposuit

---

127 assumpserit] assumpsit Bb Fi An Ly *omitted* We | ut] *omitted* Ww Ubi] Unde Ly **128** primum verbum] p^{m} .s'. An psalmum secundum Ly **130** Item] Ita Fi Ly | legitur] legitur habetur We **131** malis] *omitted* Fi | ingerendum] ingerente We Ly **132** provocaverit] provocaberit Bb Fi An We provocabit Ly **133** que] q^{i} Fi An **134** nota] notandum Bb We **136** 23] 22 Ly **137** dolum] donum Fi An | vincere] videre An **142** etc] etiam Fi An Ly **143** verba] *omitted* Bb verbis Fi **144** carere] carcere Ly | generalibus] *omitted* Ly | equivocis] evocis Bb **145** figurativis] figuratis We **146** veritas] veri Bb | deberet] demet (*sic*) An **148** talibus] verbis generalibus quibuscunque equivocis multiplicibus et figuratis We Vc **150** singulorum] signatorum Bb Fi An **152** malum] ma^{tum} An | sub] de Bb

sensu deberent intelligi, et per consequens non licet per talia verba declinare malitiam cuiuscunque.

Item, nulli licet illum decipere cui fidelitas est servanda. Sed hosti cuicunque servanda est fidelitas, sicut et fides sibi promissa est ei servanda. Ergo nulli licet hostem quemcunque per verba generalia, equivoca, multiplicia seu ambigua vel figurativa decipere.

Item, verba cuiuscunque intelligenda sunt sicut ea Deus accipit. Deus autem accipit verba alicuius sicut ille intelligit cui dicuntur. Ergo verba intelligenda sunt sicut ille intelligit cui dicuntur. Sed subditi quibus dicerentur verba talis statuti intelligerent ea de papa qui a multitudine christianorum haberetur pro papa. Ergo et sic deberent intelligi.

Quod autem Deus accipiat verba hominis sicut ille intelligit cui dicuntur, patet. Nam Deus non facit differentiam inter verba iuramenti et simplicis loquele, teste Chrisostomo qui, ut habetur 22 q. 5 c. *Iuramenti*, ait: "*Dominus inter iuramentum et loquelam nostram nullam vult esse distantiam, quia, sicut in iuramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium*". Sed Dominus accipit verba iuramenti sicut ille intelligit cui iuratur, teste Isidoro qui, ut legitur causa et questione predictis c. *Quacumque* ait: "*Quacumque arte verborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit*". Ergo etiam Deus sic accipit verba talis statuti sicut illi qui illo astringuntur intelligunt.

---

169 22…Iuramenti] C. 22 q. 5 c. 12 col. 1703 (*misprint for* 1693) **174** causa…175 Quacumque[1]] C. 22 q. 5 c. 9 col. 1691

---

153 deberent] debent Fi We | et…154 cuiuscunque] *omitted* Ly per[2]…155 licet] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An Vg Fr **155** nulli…illum] non licet eum Ly | illum] eum Vg **156** et] etiam Ly **157** nulli] ulli Fi **159** figurativa] figurata We **160** intelligenda…161 alicuius] *omitted* An | sicut…161 accipit[1]] *omitted as part of an aborted homoioteleuton of* "sicut...intelligenda sunt" *then "corrected" as follows*: sicut ille cui dicuntur intelligit. Ergo omnia intelligenda sunt sicut ea dominus accipit Vg (*cancelled, substituting* :sicut illud ea Deus accipit Vg[2] | Deus…161 accipit[1]] *omitted* Bb **162** cui] cum Vg | Ergo…163 dicuntur] *omitted* Ly Vg/Vg[2] **165** et] *omitted* Ly | deberent] debent Fi We **166** autem] Dominus *added* Ly **169** Dominus] noster *added* Ww **170** iuramentum] iuramenta Bb An | nostram] *omitted* Ww | distantiam] distinctionem Bb Fi Ly **172** nullum] *omitted* Fi | debet] potest An **173** Dominus] Deus We Ly | verba] verbum An **174** causa et] cā .2. We | causa…175 predictis] 22 q. 5 Ly **176** quisque] quis Ww | hoc] An: hec Bb Fi We Ly **178** astringuntur] distinguuntur Bb

Et confirmatur hec ratio. Quia statutum non debet esse captiosum ut aliter scilicet intelligatur quam illi quibus editur intelligunt (dis. 4 c. *Erit*). Sed subditi talis prelati, nescientes papam esse hereticum neque scientes diffinitionem eius esse hereticam, intelligerent tale statutum de illo qui habetur pro papa et de diffinitionibus eius. Ergo sic deberet intelligi. Et hec sunt que movent animum meum ad tenendum quod sermonibus ambiguis et generalibus nullius est deludenda malitia. Ad que gratia exercitii satagas respondere.

Magister: Sunt nonnulli qui ista frivola putant, quorum tibi responsiones breviter recitabo. Ad primum itaque dicitur quod ambiguitas et similiter generalitas verborum quandoque incidit in iudiciis, quandoque in contractibus, quandoque in legibus constitutis, quandoque in doctrina alicuius scribentis aut docentis, quandoque in simplici assertione seu narratione alicuius.

Ubi ergo ambiguitas vel generalitas verborum incidit in iudiciis vel contractibus, non est semper recurrendum ad mentem loquentis, quam scilicet ex virtute verborum potest habere, secundum quod ex verbis glose Extra, *De sponsalibus et matrimoniis* c. *Ex literis* colligitur evidenter.

Quando vero ambiguitas vel generalitas verborum in statutis et legibus reperitur, si fuerit talis ambiguitas vel generalitas verborum quod sensus qui ex virtute verborum huiusmodi potest haberi neque legi divine, neque legi nature, neque legi humane minime abrogate repugnat, neque potest vergere in nocumentum iniustum alterius (quantumcunque possit vergere in nocumentum iustum alterius), recurrendum est ad intentionem legem statuentis, et sic intelligenda est lex quemadmodum ipse intelligit, et si quis aliter intelligit talis

---

182 dis…Erit] D. 4 c. 2 col. 13 **199** Extra…200 literis] X. 4. 1. 7 col. 1424 s.v. intelligentiam **205** neque[2]…207 alterius] PP*. Cf. 1 Dial. 6.100

---

181 editur] dicitur Ly **182** talis] tali Ly **183** scientes] scientos We **184** hereticam] hereticum Fi | intelligerent] intelligeret Fi An | tale] talem We | illo] illius Bb **185** Ergo] et *added* We | deberet] debent Fi deberent An | Et] *omitted* We **187** nullius] ullius Fi **191** similiter] silimiter (*sic)* Ly **195** alicuius] verbi *added* Ly **196** Ubi ergo] Quando igitur Ly | ergo] autem We **198** quam] We: quem Bb Fi An Ly **199** habere] sensum *added* Ly **200** et matrimoniis] *omitted* Ww colligitur] potest colligi We **202** et] vel Ly | fuerit] fuit Fi **204** neque[1]…divine] *omitted* Ly | divine] neque divine *added* Bb **205** neque[1]] ne Ly **206** iniustum] iustum Ly | quantumcunque…207 alterius] *omitted* Ly **207** iustum] iniustum An

intellectus in dampnum vel periculum aut infamiam statuentis redundare non debet. Quia in talibus legibus in quibus generalitas vel ambiguitas verborum incidit, ubi virtus verborum permittit verum sensum qui neque iuri divino neque iuri naturali neque iuri humano nullatenus abrogato repugnat, neque potest vergere in nocumentum iniustum alterius, cuius est condere eius est interpretari et quem in condendo habeat sensum exprimere.

Discipulus: Quid si conditor legis talis est mortuus antequam sensum quem habeat in condendo legem expresserit?

Magister: Respondetur quod sicut facta que possunt fieri bene et male in meliorem partem interpretanda sunt, ita peritus in arte distinguendi diversos sensus legum talia verba generalia et ambigua in benigniorem partem interpretari debet, ut scilicet lex condita talis magis valeat et putetur iusta et licita quam illicita vel iniusta.

Consimiliter dicitur quod ubi incidit ambiguitas vel generalitas verborum in doctrina alicuius scribentis aut docentis, recurrendum est ad intentionem loquentis ut ipse seipsum exponat. Et si quidem exprimit sensum verum quem permittit virtus verborum, est nullatenus reprobandus nisi convinci posset quod talis sensus verus aliis dictis suis esset contrarius vel impertinens, et quod talibus verbis generalibus vel ambiguis usus fuisset ad aliquem introducendum errorem. Tunc enim putandum esset quod talem sensum verum contra conscientiam exprimeret, vel taceret alium sensum ad aliquod incommodum vel periculum evitandum vel ad aliquod commodum consequendum.

De ambiguitate etiam verborum que incidit in simplici loquela vel narratione recurrendum est ad intentionem loquentis, ut stetur interpretationi et intellectui suo, nisi probatur aperte vel violenter aut probabiliter presumatur quod tali modo loquendi generali et ambiguo usus est ad aliquem decipiendum iniuste vel ad aliquem alium malum finem.

---

218 Discipulus…226 iniusta] PP* subsequent to Cesena's decease (or utter incapacitation?)

---

211 legibus] *omitted* Ly **214** iuri[2]] *omitted* Ly **216** alterius] quia *added* Ly **217** habeat] habuit We **218** est] *omitted* Bb **219** habeat] ho[t] Bb habuit We **222** et] vel Ly **224** benigniorem] meliorem Ly **227** Consimiliter] Similiter Ly **232** suis] eius Ly **235** putandum] putand[9] Bb **241** et] *omitted* An **242** probatur] Fi: probetur Bb An We Ly | vel] quod Ly **243** et] vel We | ad] *omitted* Fi

Per hoc respondetur ad primam tuam instantiam. Quia cum dicis ‘non ex opinionibus singulorum sed ex communi usu nomina sunt intelligenda’, dici potest quod hec regula fallit in multis casibus, secundum quod ex glosa predicta Extra, *De sponsalibus et matrimoniis* c. *Ex literis* potest haberi patenter. Et ideo quando quis legem statuit vel etiam loquitur ut iuste et licite hostem suum deludat, non est recurrendum ad communem intelligentiam verborum, sed recurrendum est ad intentionem loquentis sive legem statuentis. Et siquidem exprimit sensum quod permittit virtus verborum, quantumcunque non sit sensus quem homines communiter de talibus verbis concipiunt, sed sensus valde extraneus et inusitatus, ita tamen quod virtus verborum ipsum permittat, standum est conditori statuenti et loquenti, si talis sensus sit solummodo ad salutem loquentis et non vergat in nocumentum vel preiudicum illicitum aut iniquum alterius, quantumcunque esset in nocumentum seu preiudicium aliorum iustum et licitum.

Discipulus: Si posset probari quod in verbis ambiguis recurrendum esset ad intentionem loquentis et non ad communem intelligentiam verborum, predicta responsio apparentiam videretur habere. Ideo si ad hoc allegare contingat, ostende.

Magister: Quod recurrendum sit ad intentionem loquentis et non ad communem intelligentiam verborum dicta maiorum sonare videntur. Dicit enim glosa Extra, *De verborum significatione* c. *Intelligentia*: “*non statim debemus intelligere ut verba prima facie sonare videntur, maxime ubi ambigua sunt, sed debemus recurrere ad intentionem*

---

248 ex…predicta] *Ibid.* **270** Extra…271 Intelligentia] X. 5. 40. 6 col. 1933 s.v. ex causis

---

245 hoc] hec Bb **246** sed] se Ly **249** et matrimoniis] *omitted* Ww **250** legem] *omitted* Bb | etiam] *omitted* We **251** ut] ut *or* nec Bb **252** verborum] *omitted* Fi An **254** exprimit] *omitted* Bb | quod] Ly: quem Bb Fi An We | virtus] sensus Ly **256** communiter] convenienter Ly **257** ipsum] ita Ly **258** conditori statuenti] conditioni statuentis Ly statuenti] statuti We | et] sensui *added* Ly | loquenti] loquentis An Ly **259** salutem] sensum Ly **260** alterius] et *added* Ly **265** responsio] rō Fi An Ly **266** si] que Ly | hoc] hec Bb **267** ostende] o^{t} Fi An **269** et…verborum] *omitted* We | verborum] loquentis Ly **270** maiorum] malorum An | Dicit] An: Ait Bb Fi We Ly **271** significatione] significationibus Ly | debemus] de’ Bb demus Fi An **272** maxime] *gap* Fi An

loquentis ut hic dicit. Argumentum bonum supra De prebendis c. ultimo et c. Cum causam". Et infra dicit sic: "*argumentum est quod verba ad extraneum sensum sunt trahenda ubi res aliter salva esse non potest*". Et consimiliter verba sunt trahenda ad sensum extraneum quando aliter veritas verborum vel equitas salvari non potest. Quod intelligendum est quando talis sensus extraneus nulli nocet iniuste et verba ad introducendum errorem minime sunt adducta. Ideo in huiusmodi standum est interpretationi seu expositioni loquentis.

Item, glosa Extra, *De procuratoribus* c. *Petitio*, ait: "*quando verba generalia sive dubia ponuntur in huiusmodi instrumentis procurationis, recurrendum est ad intentionem constituentis sic etiam de privilegiis infra De decimis c. ex multiplici*".

Item, glosa Extra, *De prebendis et dignitatibus* c. *Cum causam*, ait: "*nota recurrendum esse ad intentionem mandantis*".

Discipulus: Scio glosas in multis locis asserere recurrendum esse ad intentionem loquentis, mandantis, et scribentis. Sed vellem scire in quibus auctoritatibus se fundare nituntur.

Magister: Fundant se in diversis auctoritatibus sanctorum que in decretis et decretalibus inseruntur. Prima est Gregorii, que ponitur 22 q. 5 c. *Humane*, qui ait: "*Certe noverit ille qui intentionem et voluntatem alterius variis*

---

274 De…275 ultimo] X. 3. 5. 38 (*Cum olim*) col. 1059 (in text and glosses) **275** c^2…causam] X. 3. 5. 36 col. 1057 s.v. intentionis | infra] X. 5. 40. 6 col. 1933-4 s.v. rei est sermo subiectus (with two further references after "*non potest*") | infra…sic] Ockham sometimes relied on this rule in his interpretations of various statements by Innocent III and Innocent IV. Cf. e.g. *infra* 1 Dial. 7.67.**** **284** Extra…Petitio] X. 1. 38. 9 col. 468 s.v. intentio **287** infra] X. 3. 30. 1ss cols. 1213ss **289** Extra…290 causam] X. 3. 5. 36 col. 1057 s.v. intentionis **298** 22…Humane] C. 22 q. 5 c. 11 col. 1703 (*misprint* for 1693)

---

274 ut] et Ly | hic] h' Fi An hoc Bb We Ly | dicit] dat Fi Ly | supra] scilicet Ww **275** causam] We: tamen Bb Fi An Ly | infra] in fine Ly **276** est] *omitted* Ww **277** ubi…278 trahenda] *omitted* Bb **282** adducta] adiecta Ly | huiusmodi] hoc Ly | est] *omitted* Bb **286** procurationis] procuratorum Ly **287** sic etiam] sicut et Ly | de] in Ww **288** multiplici] c. Cum tamen *added* Ly **289** et dignitatibus] *omitted* Ww **290** causam] tamen An Ly | nota] *omitted* Ly | intentionem] loquentis, mandantis et *added* Ly **291** mandantis] respondentis An scribentis Ly **293** mandantis] mandatis Fi | et] *omitted* We **297** et] auctoritatibus *added* An

explicat verbis, quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem et intentionem, quia non debet intentio verbis deservire sed verba intentioni".

Secunda est beati Hieronymi qui, ut legitur 1 q. 1 c. *Marcion*, ait: "*Nec putemus in verbis scripturarum esse evangelium sed in sensu, non in superficie sed in medulla, non in sermonum foliis sed in radice rationis*".

Tertia est beati Clementis, que ponitur dis. 37 c *Relatum*, qui ait: "*Sunt enim multa verba in scripturis divinis, que possunt trahi ad eum sensum quem sibi unusquisque sponte presumpserit, sed fieri non oportet*".

Quarta est Hylarii, que ponitur Extra, *De verborum significatione* c. *Intelligentia*, qui ait: "*Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res sed rei sermo est subiectus*".

Discipulus: Desine plures auctoritates adducere, quia in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam super materiam hanc revertar, ubi in speciali de pervertentibus scripta et dicta aliorum inquiram.

Magister: Si interrogaveris me de hoc in illo tractatu narrabo tibi opinionem aliquorum de quibusdam, etiam magistris et prelatis in particulari, quos probare nituntur, imo videtur eis quod demonstrative probant, eos propter tale vitium esse peiores et gravioribus involutos criminibus quam sint fures. latrones, predones, fornicatores, et adulteri, et maiori pena et confusione plectendos.

Discipulus: Isti grandia spondent que nunquam valebunt persolvere, et tamen quomodo solvere conabuntur, cum ad illum tractatum venerimus, gratia exercitii, libenter ascultabo. Nunc autem qualiter ad instantias alias supra inductas respondetur, expone.

---

303 1[1]…304 Marcion] C. 1 q. 1 c. 64 col. 697 **307** dis…Relatum] D. 37 c. 14 col. 247 **311** Extra…312 Intelligentia[1]] X. 5. 40. 6 col. 1933 **318** inquiram] Cf. also 1 Dial. 6.79 xxxx

---

300 verbis] *omitted* An **303** qui] *omitted* We **304** Marcion] Ly: Marchion Bb Fi An We **305** non] et An | medulla] modulla We **307** 37] 38 Ww **308** enim] *omitted* Ww **309** trahi] retrahi Ly | sponte] spento We **310** presumpserit] Ly Vg: presumpsit Bb An We presumps[t] Fi | fieri] *omitted* Ww **311** Hylarii] Ylarii We **313** non] sequitur *added* An **318** scripta] scripturam Ly **319** hoc] hec Bb **320** etiam] *omitted* Bb Ly **322** demonstrative] We: d' Bb *omitted* Fi An Ly **323** criminibus] car'b[us] Fi **326** spondent] spendent Fi respondent Ly **327** quomodo] *omitted* An | solvere] persolvere Ly **328** venerimus] veniemus Ly **329** ascultabo] auscultabo Ly

Magister: Ad secundam dici potest quod decipere aliquem contingit dupliciter: vel falsum quod nullum sensum potest habere verum dicendo aut aliquod illicitum committendo (et sic nulli est licitum decipere alium cui fidelitas est servanda), vel veritatem et mentem ac intentionem et consilia occultando aut aliquid licitum faciendo per quem modum in publicis bellis decipiuntur hostes (quia et eis consilia occultantur, et bellatores ubi hostes non estimant collocantur multisque aliis modis licitis decipiuntur hostes). Et isto modo condens statutum, utens verbis generalibus et ambiguis que ita possunt intelligi ex forma verborum de papa catholico futuro sicut de papa heretico si papa superstes esset hereticus, deludit papam hereticum, non falsum dicendo nec iniquum aliquod statuendo, sed mentem suam et intentionem et sensum quem habet de verbis sui statuti tacendo. Et ideo nullum committit illicitum, sed pro sua salute caute deludit hostis nequitiam.

Ad tertiam respondetur quod non semper Deus accipit verba sicut ille cui dicuntur intelligit, quemadmodum non semper accipit verba iuramenti sicut cui iuratur intelligit, teste Gratiano qui, 22 q. 5 § *Ex hiis*, ait: "*Ex hiis omnibus colligitur quod iuramenta secundum intentionem prestantis, non recipientis, a Deo iudicantur*". Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod sicut iurans, ita conditor legis, doctor, et simpliciter loquens aliquando utitur calliditate iniqua ad alium malitiose et iniuste decipiendum. Et in isto casu verba iurantis, legem condentis, scribentis, et loquentis, sic intelligenda sunt sicut et ille qui simplici intentione et pura recipit verba intelligit. Et in isto casu loquitur Isidorus cum dicit "*quacumque arte verborum*", scilicet iniqua et callida ad iniuste et impie decipiendum alios quis iuret, Deus tamen, qui conscientie, scilicet tam calliditate iniqua iurantis

---

351 22…hiis[1]] *Dictum Gratiani post* 22 q. 5 c. 13 (*Qui peierare*) col. 1703 (*misprint* for 1693) **359** Isidorus] *supra* lines xxxx (C. 22 q. 5 c. 9 col. 1691)

---

336 consilia] consilium Ly **338** bellatores] bellationis Fi An **339** multisque] multosque Bb **340** decipiuntur] decipitur Fi An **344** iniquum] iniustum ius Ly | aliquod] aliquid An **345** suam] *omitted* Bb **346** sui] suis Bb Fi An | tacendo Et] celando Ly **347** sed] licet Bb | salute] sanitate Fi An | deludit] *omitted* An | nequitiam] sevitiam We **349** sicut…350 verba] *omitted* Ly Vg **350** sicut] ille *added* Ly **351** §…hiis[1]] c. *Qui periurare* Ly **354** legis] ita *added* Fi **358** et[1]] *omitted* We **359** pura] p[c]a Fi | verba] et *added* Ly **361** quis…365 alios] *omitted* An **362** calliditate] callide Ly

quam simplici intentione recipientis "*testis est, ita hec accipit sicut ille cui iuratur intelligit*". Sic etiam quando quis calliditate iniqua ad decipiendum alios aliquid statuit, docet, vel loquitur, Deus sic accipit verba sicut illi quibus diriguntur intelligunt.

Aliquando autem, sicut iurans ita conditor legis, docens, scribens, et loquens, utitur calliditate bona non ad alium decipiendum iniuste sed ad salutem suam vel aliorum, absque hoc quod cuicunque iniuste officiat. Et in isto casu intelligenda sunt verba sicut iurans, legem condens, doctor, aut scribens vel loquens intelligit, quando scilicet forma verborum talem sensum permittit, quantumcunque sit extraneus a communi intelligentie verborum eorundem.

Ad confirmationem, que difficilior esset videtur, potest dici quod quandoque subditi alicuius prelati vel omnes vel multi sunt pestilentes, insidiantes suo prelato vel ad insidiandum et impugnandum eum proni, dispositi et parati. In quo casu, sicut liceret prelato inferiori papam, si esset hereticus, licita cautela deludere, ita si essent sui subditi pestilentes liceret sibi per tale statutum eosdem deludere. Aliquando autem subditi sunt benivoli, rationabiles, pre oculis divinum timorem habentes, et in hoc casu prelatus tale statutum ambiguum absque declaratione et interpretatione convenienti apud subditos suos nequaquam publicare deberet. Unde si vellet statutum condere ad deludendam malitiam persequentis, sensum rectum deberet suis subditis explicare.

Discipulus: Recitasti diversas sententias de statuto inferioris prelati, sub verbis generalibus que de omni papa presente et futuro ac etiam diffinitionibus eorum possunt intelligi, obligantis sibi subiectos ad reverenter loquendum de persona pape, nullum tamen nominando et de diffinitionibus eius nullatenus reprobandis. Nunc autem dic quid est tenendum de tali statuto si de nullo alio quam de papa

---

365 docet] decet Bb **366** diriguntur] dicuntur Ly **367** intelligunt] intelliguntur Fi **368** docens] *omitted* We **371** officiat] efficiat Ly **372** sunt] *omitted* Bb **375** a] We: etiam Bb Fi An et Ly | eorundem] non correspondet Ly **377** quandoque] quando Ly **378** pestilentes] postilentes Bb | vel] et Ly **379** et[1]] ad Bb | eum] eundem Fi An proni] *omitted* Ly **382** tale] talem Bb We **383** benivoli] benigvoli Fi **386** convenienti] convenient Bb **387** statutum] huiusmodi *added* We **388** deberet] deberent An | suis] *omitted* Ly **390** de] *omitted* Bb **391** et] vel Ly | eorum] eorundem Ly **392** obligantis] obligare Ly **393** de] *omitted* Ly

heretico possit intelligi, quia nomen pape heretici expresse exprimitur in eodem.

Magister: Ad hoc secundum aliquos respondetur quod talis prelatus credens et hereticus est censendus. Quod autem inter credentes debeat computari videtur tali ratione posse probari. Ille qui expresse asserit, mandat, aut precipit errores alicuius heretici esse tenendos inter credentes eius erroribus est censendus. Sed talis prelatus per tale statutum assereret, preciperet, et mandaret errores pape heretici esse tenendos. Ergo inter credentes computari deberet. Quod etiam esset hereticus reputandus probatur ex hoc quod qui cogit aliquos penis, preceptis, vel statutis ad pertinaciter errores contra fidem tenendos, est inter hereticos computandus. Talis esset prelatus qui conderet statutum de quo est sermo. Ergo esset inter hereticos computandus.

Capitulum 5

Discipulus: Dic de prelato inferiori qui, sciens diffinitiones pape esse hereticas, ipsas de mandato eiusdem pape heretici tanquam tenendas solummodo divulgaret inter sibi subiectos.

Magister: Diversimode respondetur. Dicitur enim uno modo quod quantumcunque talis coram Deo non esset hereticus nec credens erroribus pape heretici, tamen apud fideles, qui de occultis iudicare non possunt, esset credens erroribus pape heretici iudicandus.

Quod enim esset credens censendus ex hoc probatur quia qui divulgat aliquem errorem tanquam tenendum asserit verbo vel facto talem errorem esse tenendum. Qui autem asserit aliquem errorem esse tenendum debet reputari credens tali errori. Ergo qui divulgat errorem tanquam tenendum inter credentes merito computatur.

---

396 possit] posset Ly | expresse] aperte We **398** aliquos] alios Bb Fi We **399** talis] *omitted* Fi **401** precipit] hoc *added* Bb Fi An **402** credentes] eos *added* Fi **403** censendus] tenendus Bb Fi An | Sed] Licet An **404** mandaret] hec *added* Bb **405** Ergo] *omitted* Bb **406** aliquos] a^{o}s Bb alios We **407** vel] *omitted* Ly **409** conderet] ederet We **Capitulum 5,4** tanquam] et quam Fi An | tenendas] tenentes We solummodo] v^{m} m^{o} Fi | divulgaret] invulgaret Bb **6** Diversimode…7 Deo] *omitted* Fi **8** erroribus] herroribus We **10** heretici] et hereticus *added* We **12** tanquam] et quam Fi An **13** tenendum] Sed *added* Ly autem] We: *omitted* Bb Fi An Ly **14** aliquem] oliquem Ly **15** divulgat] talem *added* Ly | tanquam] et quam Fi An | tenendum] credendum est hereticus censendus et Ly

Quod vero talis hereticus sit censendus ostenditur. Quia qui verbo vel facto cogit alios ad pertinaciter errores tenendos quibus credit est hereticus reputandus. Talis autem prelatus quantum in se est cogit alios ad pertinaciter tenendos errores contentos in diffinitionibus pape heretici, quibus ostendit se credere. Ergo hereticus est censendus.

Discipulus: Talis prelatus nullum cogeret ad tenendum errores pape, quia si solum divulgat illos errores non cogit alios ad tenendos eosdem.

Magister: Respondetur quod qui solummodo divulgat errores et non divulgaret preceptum quo sub pena preciperet tales errores esse tenendos, nullum cogeret ad tenendum eosdem errores. Sed qui divulgat preceptum quo mandatur sub gravi pena quod certi teneantur errores, quodammodo cogit audientes tenere errores. Hoc autem faceret qui tales diffinitiones pape heretici divulgaret, quia in eisdem diffinitionibus preciperetur sub pena gravi quod tenerentur errores ibi contenti. Ergo talis divulgans cogeret alios ad pertinaciter tenendos errores, et per consequens esset hereticus reputandus.

Aliter dicitur quod talis prelatus divulgans diffinitiones pape quas scit esse hereticas mortalissime peccat et est inter credentes apud catholicos reputandus, sed non est inter hereticos computandus. Quod enim mortalissime peccet probatur. Nam qui scienter alios inducit quantum in se est ad negandum catholicam fidem mortalissime peccat. Sed qui divulgat diffinitiones pape quas scit esse hereticas, quantum in se est scienter inducit alios ad negandum catholicam veritatem, quia quantum est ex forma divulgationis, per

---

Capitulum 5,37 Aliter dicitur] This position seems to approach the ideas stated in Bonagratia of Bergamo's "Clypeus" (Cf. LB, pp. 119-120)

---

17 vero] v'e An | censendus] tenendus Bb Fi An | Quia] Quod An **18** qui] *omitted* Bb **19** reputandus] *omitted* Fi **20** quantum…21 in] *omitted* Fi | est] *omitted* An **21** diffinitionibus] diffidi^{bus} An | ostendit] dicit Ly **22** censendus] tenendus Fi An **23** tenendum] tenendos Bb An **24** illos] Ly Vg: alios Bb Fi An We **25** tenendos] tenendum Ly **26** qui] si An | solummodo] solum Ly | divulgat] divulgaret We **27** divulgaret] divulgat An | quo…29 preceptum] *omitted* Ly Vg | preciperet] preciperetur Bb Fi **31** errores] errorem Ly **34** ibi] illi Ly **35** esset] esse We **38** mortalissime] mortaliter Ly **39** reputandus] computandus We | sed…40 computandus] *omitted* Bb **40** enim] autem Ly | peccet] peccat Ly **41** scienter] sci^{ter} Fi sciter An | quantum] *omitted* Fi inquantum Ly **42** negandum] me^{d,} (*sic*) An | mortalissime] mortaliter Ly **43** pape] heretici *added* Ly | esse] *omitted* Ly

divulgationem huiusmodi audientes ad tenendas diffinitiones pape heretici inducuntur. Ergo talis divulgans mortalissime peccat.

Item, secundum Apostolum ad Romanos 1º, non solum peccant qui mala faciunt "*sed etiam qui consentiunt facientibus*". Sed talis divulgans diffinitiones pape heretici consentit pape heretico inducenti catholicos ad tenendos errores. Ergo talis divulgans gravissime peccat.

Quod vero talis divulgans debeat a catholicis inter credentes erroribus pape heretici computari licet in rei veritate non sit credens patet, quia licet corde non credat tamen diffinitiones pape heretici exterius confitetur. Catholici autem non de corde sed de exteriore confessione iudicare debent. Ergo talis inter credentes est a catholicis numerandus. Quod autem non sit hereticus iudicandus probatur per hoc quod talis, qui solummodo diffinitiones pape hereticales divulgat, licet possit probari errans, non tamen de pertinacia et quod non sit corrigi paratus potest convinci. Ergo non est hereticus iudicandus.

Discipulus: Adverto quod ad sciendum an talis divulgans diffinitiones pape hereticales sit pertinax et hereticus iudicandus oportet ad illa que tractavimus superius libro quarto recurrere, que hic non reputo replicanda. Sed cupio scire an idem sentiendum sit de prelato divulgante diffinitiones pape hereticas quas scit esse hereticas, et de alio divulgante diffinitiones easdem quas nescit esse hereticas.

Magister: Quantum ad ecclesiam idem tenendum est de uno et de alio, quia inter unum et alium in actibus exterioribus nulla apparet distantia. Sed apud Deum magna est inter eos distantia, sicut coram Deo magna differentia reperitur inter corde credentem errori et confitentem eundem et non credentem corde tamen exterius confitentem.

Capitulum 6

---

49 Romanos 1o] Romans 1:32 **65** Adverto…68 Sed] PP*

---

46 audientes] addi^{tes} Fi in di^{tes} (*sic*) An **50** peccant] peccat Fi **52** inducenti] et inducit Ly **53** talis] *omitted* Fi **58** exteriore] exteriori We Ly | confessione] confessioni Bb An We **61** quod] quia Ly **66** hereticales] hereticas We **67** oportet] oporteret We | tractavimus] tracta^{mus} Fi **69** cupio] peto Ly **70** pape…71 diffinitiones] *omitted* Fi et…71 hereticas] *omitted* An **71** hereticas] hereticos Bb **73** de] *omitted* Ly **76** inter] *omitted* Bb | errori] *omitted* Ly | confitentem] confitem Bb ^{9}fi^{tem} Fi **77** credentem] cre^{tem} Fi | corde] et *added* Ly *omitted* An | exterius] expressius Ly

Discipulus: Parum disgrediendo a proposito principali, te interrogare studebo de comparatione credentis corde errori dampnato explicite pape heretici vel aliorum hereticorum, quem scit esse dampnatum, ad corde non credentem tali errori quem scit esse dampnatum explicite, tamen timore vel ambitione aut ex alia causa tractus, talem errorem occulte vel publice confitentem, docentem, predicantem vel laudantem tanquam catholicum et consonum veritati. Primo autem quero quis eorum gravius peccat coram Deo.

Magister: Circa hoc sunt diversi modi dicendi. Unus est quod gravius peccat ille qui corde credit errori tali dampnato pape heretici vel alterius heretici, quam ille qui non credit corde et tamen exterius confitetur. Cuius ratio assignatur talis. Peccatum infidelitatis est gravissimum peccatorum, quod Augustinus sentire videtur, qui, super illud Iohannis 15 '*si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent*', ait: "*magnum quoddam peccatum... sub generali nomine vult intelligi. Hoc est enim peccatum*" infidelitatis "*quo tenentur cuncta peccata*". Sed qui credit corde errori quem scit esse dampnatum peccat peccato infidelitatis. Ergo gravius peccat quam ille qui non credit corde et tamen solummodo talem errorem exterius confitetur, predicat, docet, vel laudat.

Secundo sic. Gravius peccatum pena graviori punitur, secundum illud Deuteronomii 25: "*Pro mensura peccati erit et plagarum modus*". Sed qui timore mortis inter sarracenos vel alios infideles constitutus negaret Christum et Machometum laudaret et veneraretur minus puniretur quam si corde hoc faceret. Primus enim non esset excommunicatus

---

Capitulum 6,2 Parum disgrediendo] Cpre 1 Dial. 4. 1. 3ss **16** Augustinus…videtur] Augustinus Hipponensis, *In Ioannis evangelium*, tractatus 89 (PL, t. 35, col. 1856) | Iohannis 15] John 15:22 **25** Deuteronomii 25] Deuteronomy 25:2

Capitulum 6,5 ad] et Ly | credentem] credentis Ly **6** esse dampnatum] *omitted* An **7** alia] aliqua Fi An Ly | tractus] tracta An tracti Ly **8** confitentem…laudantem] confitentis, docentis, predicantis vel laudantis Ly **9** tanquam] et quem Fi et quam An | autem] enim Ly **12** dampnato] vel *added* Fi **14** talis] tale *added* Ly **15** gravissimum] gravissimus Bb Fi An **17** locutus…eis] locutus eis non fuissem Ww **18** quoddam] We: quidem Bb Fi An Ly **19** enim] We: *omitted* Bb Fi An Ly | infidelitatis] *added* Ww (*the word is not in Augustine's standard text*) | tenentur] *omitted* Bb tenitur An **20** credit] in *added* Ly | scit] scivit Ly **22** corde] *omitted* An **25** Deuteronomii] D'mţ (*garble*) We 25] We: 28 Bb Fi An 20 Ly | erit…26 et] est Bb **28** si] solum *added* Ly **29** hoc faceret] Christum negaret et veneraretur Machometum We Vc | faceret] fieret Fi An

nec omni gradu ecclesiastico privaretur, quemadmodum beatus Marcellinus papa, licet negasset Christum et sacrificasset idolis timore mortis, non fuit excommunicatus nec papatu privatus. Qui autem corde negaret Christum esset hereticus, et per consequens excommunicatus et omni gradu et ecclesiastica dignitate privatus. Ergo qui corde credit errori dampnato gravius peccat quam qui corde non credit et exterius tantum confitetur et tenet.

Alius modus dicendi circa propositam interrogationem est quod ille peccat gravius qui non credit corde tali errori et tamen talem errorem exterius confitetur, docet, predicat, aut laudat, et maxime si promittit aut iurat quod talem assertionem quam putat corde erroneam in perpetuum tenere proponit. Cuius ratio assignatur: quia scienter peccans gravius peccat quam peccans ignoranter. Unde Augustinus dicit, ut habetur 6 q. 1 c. *Quero*, regulam esse quare "*peccata scientium peccatis ignorantium preponuntur*". Sed qui corde non credit errori et tamen exterius confitetur, scienter peccat. Alius autem peccat ignoranter, credens verum esse quod tenet. Ergo gravius peccat qui non credit corde et tamen exterius tenet talem errorem quam ille qui credit corde eundem errorem.

Secundo sic. Gravius peccat qui mentitur quam ille qui solummodo dicit falsum credens esse verum illud quod dicit, secundum quod ex verbis beati Augustini in Encheridion, que ponuntur 22 q. 2 c. *Is autem*, colligitur evidenter. Nam qui mentitur vult fallere. Qui autem dicit falsum quod putat esse verum non vult fallere. Gravius autem est velle fallere quam non velle fallere. Ergo mentiens gravius peccat quam proferens falsum quod putat esse verum. Ille autem qui non credit erroribus hereticorum, sive pape sive aliorum, et tamen exterius tenet tales errores, mentitur, quia contra illud quod in animo sentit loquitur voluntate fallendi. Ille autem qui credit tali errori confitendo eum exterius non mentitur, quia contra

45 6…Quero] C. 6 q. 1 c. 21 col. 1061 **55** 22…autem] C. 22 q. 2 c. 4 col. 1659

31 beatus] *omitted* Bb | papa] *omitted* Ly **33** papatu…34 et[2]] *omitted* Ly **36** qui] in *added* Ly **37** tantum] t[n] Bb | et] aut We **43** quia] quod Bb **46** peccatis] peccantis Bb | preponuntur] p'po[tr] Fi p'po[z] An **47** et] *omitted* An | tamen] *omitted* Ly **49** corde] *omitted* Bb **51** errorem] *omitted* Ly **53** credens] *omitted* Bb | illud] *omitted* Ly **54** Augustini] etiam *added* We **55** ponuntur] po[te] An | Is] His We Ly **59** falsum] *omitted* An | esse] *omitted* We **61** illud] id We Ly | in] *omitted* We **62** loquitur voluntate] legitur Fi **63** eum] tamen Ly

illud quod in animo sentit non loquitur. Ergo gravius peccat qui corde non credit hereticorum erroribus et tamen tenet exterius quam ille qui corde credit eisdem erroribus.

Discipulus: Rationes pro utroque modo ponendi predicto apparentes michi videntur, et ideo dic quomodo ad utrasque potest responderi.

Magister: Ad primam pro primo modo dicendi dicerent forte alii quod infidelitas non est gravissimum peccatorum. Nam odium Dei videtur multo gravius. Ad Augustinum autem respondetur quod ipse non dicit infidelitatem esse gravissimum peccatorum, sed dicit esse magnum peccatum quo tenentur cuncta peccata causaliter vel dispositive aut occasionaliter. Sepe autem peccatum minus est causa, dispositio, vel occasio gravioris.

Ad secundam potest dici quod multum refert ex qua causa vel occasione quis negat Christum. Si enim timore mortis negaret quis Christum, minus peccaret quam negans absque tali timore, quia talis negatio parum haberet de voluntario et ideo diminueretur peccatum, et esset minus peccato infidelitatis seu heresis et minus puniri deberet. Et ideo beatus Marcellinus negando Christum et sacrificando idolis timore mortis nec fuit excommunicatus nec dignitate papali privatus. Sed non ita diminuitur voluntarium peccatum quando quis negat Christum timore perditionis honoris vel rerum, aut status, aut cupiditate commodi temporalis vel honoris adipiscendi. Et ideo qui negat Christum in tali casu vel etiam scienter tenet errorem dampnatum, et sententiam excommunicationis incurrit et omni dignitate ecclesiastica et auctoritate privatur. Nec talis minus peccat quam qui credit mente errori dampnato. Imo magis peccaret, licet qui timore mortis ore non corde diceret se credere tali errori dampnato minus peccaret quam mente credens.

Discipulus: Dic quomodo potest ad rationes in oppositum responderi.

---

64 illud] id Ly | in] *omitted* We | peccat] quam *added* Ly **65** et…66 erroribus] *omitted* Ly Vg **68** dic] d^{t} An **70** modo] videtur An **71** est] esset Ly **73** respondetur] dicitur Ly **75** cuncta] tunc An **78** secundam] secundum Ly **79** Si] Qui Ly **80** mortis] *omitted* Fi An | quis] *omitted* Ly **83** heresis et] heresi Bb | puniri] putari Ly **85** nec^{1}] non Fi An **86** privatus] gravatus We | diminuitur] diminuit Ly **87** Christum… perditionis] amore precationis Ly **88** rerum] *gap* Fi An dignitatis Ly **89** adipiscendi] adipiscendum Bb **94** ore] er' Bb **95** peccaret] peccatum Bb **97** oppositum] contrarium We

Magister: Ad primam illarum dicitur quod illa regula fallit. Interdum peccata scientium peccatis ignorantium preponuntur. Crucifixores enim Christi, licet se prestare obsequium Deo crediderint, gravius tamen peccaverunt quam fures vel latrones vel ebriosi scienter, quia, ut videtur innuere Augustinus hoc "*facit in heresi sceleris ipsius magnitudo quod facit in avaritia scientis admissio*".

Ad secundam potest dici quod licet quantum ad crimen mendacii exterioris gravius peccet qui mentitur quam qui loquitur falsum quod putat esse verum, tamen quantum ad aliquem modum peccandi interius potest gravius peccare ille qui loquitur falsum quod putat esse verum quam ille qui mentitur. Unde qui dicit se credere erroribus alicuius heretici prepotentis, ut talis heretici gratiam consequatur vel indignationem evitet, et tamen mente non credit eisdem erroribus, gravius peccat quantum ad crimen mendacii quam ille qui credit et dicit se credere eisdem erroribus. Quantum tamen ad credulitatem interiorem minus peccat quam alius, quia primus non habet credulitatem mentalem erroneam, secundus autem habet credulitatem mentalem dampnabilem et ita quantum ad hoc minus peccat.

Discipulus: Hic restaret eadem questio que prius, utrum scilicet crimen mendacii in mentiente huiusmodi sit gravius quam error mentalis in illo qui loquitur falsum quod putat esse verum. Quam tamen questionem ad presens noli tractare, quia eam ad aliud tempus censeo differendam. Nunc autem dicas qua pena feriendus est uterque predictorum, scilicet et ille qui mentiendo dicit se assertionibus alicuius heretici adherere, et ille qui mente huiusmodi credit erroribus.

Magister: Respondetur quod uterque puniendus est pena hereticorum, quia unus est hereticus apud Deum et apud

---

103 Augustinus] C. 6 q. 1 c. 21 col. 1061.

---

98 illarum] illorum Ly | regula] quandoque *added* Ly **99** Interdum] enim *added* Ly **101** crediderint] crediderunt Ly **102** latrones vel] *omitted* We **103** heresi sceleris] quibusdam criminibus Ww | ipsius] scelerum Ly **104** avaritia] quibusdam (quibus An) aliis quantum ad actum exteriorem Ww | scientis] scienter An Ly scit^{er} Fi | admissio] commissio Ly **106** peccet] peccat Ly **111** prepotentis] *omitted* Ly consequatur] cum sequatur Bb **112** et] vel Bb **113** gravius…114 erroribus] *omitted* Bb **114** et dicit] *omitted* Fi | erroribus] assertionibus We **117** secundus] sř Bb | autem] *omitted* We **119** Discipulus] *omitted with no gap* An | restaret] restauret Bb Fi **120** sit] s^{c} (= s^{t} ?)Bb **123** tempus] opus We Ly **124** et] *omitted* Ly **126** et] *omitted* Bb **128** apud Deum] ap$^{d'}$ Bb | apud^{2}] *omitted* Ly

ecclesiam, alius autem, licet non sit hereticus coram Deo, est tamen apud catholicos hereticus reputandus, et ideo sicut hereticus condempnandus.

Discipulus: Nunquid sunt equaliter puniendi, vel unus est gravius quam alius feriendus?

Magister: Respondetur quod si ille qui non credit erroribus alicuius heretici et tamen, ut eius gratiam assequatur vel indignationem evitet, dicit se tenere assertiones easdem, postea recognoscit, volens se forsitan excusare quod non credit eisdem erroribus, gravius est plectendus quam ille qui credidit et fatetur se eisdem erroribus credidisse, si uterque redit ad fidei veritatem. Cuius ratio assignatur.

Quia qui fatetur se non credidisse erroribus quibus se prius dixerat adherere puniendus est tam pro peccato in fide quam pro peccato in moribus. Est quidem puniendus pro peccato in fide quia prius exterius tenuit pertinaciter hereticam pravitatem, et ideo catholici qui de manifestis non de occultis iudicare debent, ipsum punient pro heretica pravitate. Est etiam puniendus pro crimine in moribus, quia pro crimine mendacii. Aut enim nunc crimine mendacii irretitur, asserens se non tenuisse mente quod corde credebat, aut prius mentiebatur aperte de seipso, dicens se tenere quod nequaquam corde credebat. Et ideo non solum tanquam hereticus, sed tanquam falsus et mendax, bilinguis et duplex, est graviter puniendus, putandusque est quod omni dolositate, proditione, falsitate, periurio et fallacia sit saltem secundum

---

129 licet] *omitted* Fi **133** alius] i[9] Bb alterus An **135** assequatur] consequatur Ly **137** recognoscit] resiliit Ly | quod] quia An **138** credit] credidit We Ly | gravius…139 erroribus] *omitted* Fi | ille] *omitted* Bb **139** credidit] credit Bb An Ly **141** credidisse] credi[se] Bb Fi An | credidisse erroribus] credere erroribus nec credidisse si utique cedit (*sic*) erroribus Ly si uterque credit erroribus *added* Vg **142** dixerat] *This is the last word scripted on the last line of* fo. 159vb *of* **Bb**, *which then continues with* "adherere puniendus" *at the first line of* fo. 164ra **143** Est…144 fide] *omitted* Ly **144** tenuit] te[t] Bb tenebat Ly **145** manifestis] et *added* Ly **148** Aut…149 irretitur] Alius autem crimine mendacii non irretitur Ly Alius enim non (*cancelled and* autem *substituted* Vgm [Vg[2] ?]) crimine mendacii irretitur Vg | crimine[2]] crimien Bb crimen Fi An **149** non] *omitted* Ly **150** aut prius] primus autem Ly **151** credebat] tenebat We | tanquam] et quam Fi An **152** sed] *added* Fi An | tanquam] et quam Fi An **153** graviter] gravius Bb Fi | quod] *omitted* Ly **154** fallacia sit] similibus Ly

preparationem cordis nequius involutus. Quare nunquam in quocunque negotio est sibi credendum, sed pro infami et ignominioso in perpetuum est habendus.

Capitulum 7

Discipulus: Audivi diversas sententias de credentibus hereticorum erroribus quos sciunt ab ecclesia condempnatos. Nunc autem discutias de credentibus qui nec sciunt errores hereticorum quibus credunt esse dampnatos, nec pertinaciter adherent eisdem, an scilicet tales heretici sint censendi, cum Gregorius 9us ubi prius de credentibus hereticorum non distinguit.

Magister: Si loquaris de erroribus qui obviant veritatibus catholicis quas credens non tenetur explicite credere sed solum implicite, dicunt quidam quod credentes huiusmodi erroribus non sunt heretici reputandi. Tales enim credentes videntur esse illi de quibus loquitur Augustinus, ut habetur 24 q. 3 c. *Hereticus*, dicens: "*Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus*". Et ideo deceptus, non hereticus, videtur esse putandus.

Si autem loquaris de erroribus qui opponuntur catholicis veritatibus quas quis tenetur explicite credere, videtur quibusdam quod tales credentes quamvis non pertinaciter adhereant sunt heretici reputandi, aliis dicentibus quod nullus potest credere errori contrario veritati catholice quam quis tenetur explicite credere nisi pertinaciter eidem errori adhereat, quia eo ipso quod quis credit errori contrario veritati catholice quam tenetur explicite credere non est paratus corrigi, et per consequens pertinax est censendus.

Discipulus: Suntne omnes credentes eisdem erroribus reputandi heretici vel omnes pro hereticis nequaquam habendi?

---

155 Quare…157 habendus] Perhaps scripted before the mitigating notions of 1 Dial. 6.79.xx **Capitulum 7,7** ubi prius] 1 Dial. 7. 1 **14** 24…Hereticus] C. 24 q. 3 c. 28 col. 1885

---

155 nequius] iniquitatibus Ly **Capitulum 7,4** nec] non Ly **5** quibus credunt] *omitted* Ly **6** adherent] adhererent We **7** hereticorum] erroribus *added* We Ly **8** distinguit] distinguat Bb We **9** loquaris] loqueris Fi An **14** dicens] *omitted* Ly **15** homo] *omitted* Fi An We homo est] credit (*repeated*) Bb **16** ac pietatis] *omitted* Fi An We est Bb non hereticus] *omitted* Bb **17** putandus] puniendus Fi An **22** quis] *omitted* Ly **26** censendus] tenendus Bb **27** omnes] *omitted* Fi An Ly **28** pro] *omitted* Fi | hereticis] heretici Bb

Magister: Respondetur quod non, quia aliqui credentes erroribus aliquibus sunt heretici reputandi, et aliqui credentes eisdem erroribus non sunt heretici reputandi. Et hoc potest contingere dupliciter. Primo quia aliqui tenentur credere explicite veritates contrarias illis erroribus, et alii non tenentur explicite credere veritates illas. Secundo potest hoc contingere quia aliqui pertinaciter adherent, aliqui non pertinaciter adherent.

Discipulus: Quia, ut estimo, ad sciendum quis credens hereticorum erroribus est censendus hereticus et quis non est censendus hereticus oportet scire quis credens est pertinax et quis credens non est pertinax, eo quod pertinaciter credens est hereticus, ille autem qui non est pertinaciter credens non est hereticus reputandus (quis autem sit pertinax et quomodo de pertinacia debeat quis convinci tractatum est superius libro quarto) , ideo circa hanc materiam hic nolo insistere. Propter quod dic breviter quomodo debet intelligi auctoritas Gregorii 9[i] c. 1[o] huius septimi allegata.

Magister: Breviter respondetur quod debet intelligi de credentibus hereticorum erroribus quos sciunt esse dampnatos vel quibus pertinaciter credunt. Quo etiam modo dicitur quod debet intelligi auctoritas Gelasii pape posita 24 q. 1 c. 1 cum dicit: "*quicunque enim in heresim semel dampnatam labitur, eius dampnatione seipsum involvit*".

Capitulum 8

Discipulus: Postquam vidimus de credentibus explicite hereticorum erroribus, consideremus de credentibus ipsis hereticis, qui, scilicet, reputarent ipsos catholicos, licet ignorent in quo discrepent a doctrina catholica atque sana, an scilicet tales sint heretici reputandi et qua pena debeant plecti.

Magister: Circa hoc possunt esse diversi modi dicendi. Unus est quod tales, si nullum errorem hereticorum explicite

---

43 quis…45 quarto] PP* **44** superius] 1 Dial. 4 (OP V, pp. 137-198.) **51** 24…1[2]] C. 24 q. 1 c. 1 (*Achatius*) col. 1827

---

31 aliqui] alii Ly **34** et] *omitted* Ly **36** quia] quod Ly | adherent] et *added* We **39** est[1]] *omitted* Ly | et…40 hereticus] *omitted* Fi | non…41 quis] *omitted* Bb **40** hereticus] *omitted* Ly **41** pertinaciter] pertinax Ly **42** est[1]] credit Ly | pertinaciter] pertinax We **47** septimi] libri Ly **51** 1[1]] 3 Ww | cum…52 dicit] We Vc: 9[r] Bb Fi concluditur An *omitted* Ly qua dicitur Fr **52** enim] *omitted* Ww **Capitulum 8,3** consideremus] nunc *added* We **5** ignorent] ignorarent Ly | discrepent] discribitur An discrepant Ly | sana] sacra Bb **6** debeant] debent We **7** esse] *omitted* Fi

credunt, quia nesciunt in speciali qui sint errores eorum, non sunt inter hereticos computandi stricte loquendo de hereticis. Large tamen accipiendo hereticos pro implicite pertinaciter tenentibus errores qui sapiunt heresim manifestam, heretici sunt censendi.

Primum istorum declaratur sic. Sicut ille qui nullam catholicam veritatem explicite credit quamvis credat in genere fidem catholicam esse veram non est catholicus reputandus, sic ille qui nullum errorem contrarium veritati catholice explicite credit non est inter hereticos computandus. Sed ille qui credit aliquos catholicos qui tamen sunt heretici, et nescit in speciali aliquem errorem eorum, nulli errori contrario fidei explicite credit. Ergo talis non est inter hereticos computandus, nomine hereticorum stricte sumpto.

Secundum, scilicet quod large accipiendo nomen hereticorum, pertinaciter credentes hereticis licet nullum errorem ipsorum in speciali et explicite credant sunt heretici iudicandi, sic videtur posse probari. Tenentes pertinaciter errorem ex quo et quibusdam veris que negari non possunt sequitur heresis manifesta possunt heretici nuncupari, large accepto vocabulo. Sed tales credunt errorem ex quo et quibusdam veris sequitur heresis manifesta. Verbi gratia: si aliquis hereticus teneret pertinaciter animas reproborum in inferno minime cruciari et quod anime sancte non vident Deum in celo, et quod omnia de necessitate eveniunt, credentes pertinaciter talem esse catholicum tenerent errorem ex quo et quodam vero quod negari non potest sequitur heresis manifesta. Sequitur enim: talis, puta Martinus vel Iacobus est catholicus, et Martinus vel Iacobus tenet irrevocabiliter quod anime reproborum non cruciantur in inferno, et quod anime sanctorum in celo non vident Deum et quod omnia de necessitate eveniunt. Ergo anime reproborum non cruciantur in inferno nec anime sanctorum in celo vident Deum et omnia de necessitate eveniunt. Conclusio ista concludit hereses manifestas, et isti credentes de quibus est

---

Capitulum 8,30 Verbi gratia] Cf. Introduction. **31** animas…33 celo] allusion to Johnn XXII's *visio beata* sermons.

---

9 quia] We: qui Bb Fi An Ly **10** stricte] socrete Fi **19** aliquos] esse *added* We | catholicos] esse catholicos *added* Bb | sunt] *omitted* Fi **23** Secundum] Secundo Bb Fi An **26** probari] probari Bb **29** accepto vocabulo] accipiendo vocabulum Ly **30** si] *omitted* Bb **32** cruciari] rericari (*sic*) Bb | non] *omitted* Bb **34** talem] tales Bb **37** tenet] neñt Bb tenent An Ly **41** celo] non *added* We **42** ista] aliqua Bb Fi An **43** manifestas] manifesta Bb

sermo pertinaciter explicite tenent maiorem, et minor potest aperte probari. Ergo isti credentes, large sumpto vocabulo, sunt heretici iudicandi.

Alius modus ponendi potest esse quod tales credentes nec uno modo nec alio sunt heretici reputandi, quia sicut nullus est reputandus catholicus nisi habeat fidem de veritate incommutabili que falsificari non potest, ita nullus est hereticus reputandus nisi adhereat errori qui verificari non potest. Tales autem credentes non adherent nisi erroribus qui verificari possunt. Si enim Iacobus vel Iohannes hodie est hereticus, cras potest esse catholicus. Ergo tales non sunt heretici reputandi.

Capitulum 9

Discipulus: Ista difficultas, an scilicet tales credentes sint censendi heretici, videtur michi magis esse de nomine quam de re. Ideo ipsa dimissa, dic an omnes credentes hereticis modo predicto, licet in speciali nullum sciant errorem ipsorum, graviter peccent et an sint acriter puniendi.

Magister: Respondetur quod si tales credentes sciant hereticos esse dampnatos, graviter et mortaliter peccant. Si autem nesciant eos esse dampnatos nec sciunt quod sunt heretici, et non laborant ignorantia crassa et supina, non peccant mortaliter. Si vero laborant ignorantia crassa et supina peccant mortaliter.

Discipulus: Quomodo scietur qui credentes hereticis quos nesciunt esse hereticos laborant ignorantia crassa et supina et qui non?

Magister: Respondetur quod illi dicuntur esse credentes hereticis ignorantia crassa et supina sive dampnabili laborantes, qui nolunt scire vel non curant scire quos putant catholicos esse hereticos.

---

53 Iacobus…Iohannes] Perhaps a sly pun on John XXII's secular name (Jacobus de Caturco).

---

44 tenent] tenet Fi **47** credentes] ponendi potest esse quod tales credentes *added dittography* Bb **48** alio] modo *added* Ly **53** verificari] non *added* Ly **54** potest] posset Ly **Capitulum 9,3** sint] sunt Bb heretici] *omitted* An **4** dic] *omitted* An **6** peccent] predicent An perdictum **8** peccant] peccat Fi An **10** et[1]] *omitted* Bb | non[2]] *omitted* Fi **11** peccant] peccat Fi An | Si…12 mortaliter] *omitted* Fi ignorantia] *omitted* Bb **12** supina] non *added* Bb An | peccant] peccat An **13** qui] quod Fi An **15** non] *Last word scripted in* **Bb** *on* fo. 164vb. *Its text continues on* fo. 160 ra. **17** crassa] *omitted* Bb **18** scire[2]] *omitted* Ly **19** esse] et quos *added* Ly

Discipulus: Et quomodo scietur quod aliqui credentes hereticis nolunt scire ipsos esse hereticos?

Magister: Respondetur quod illi nolunt scire alios esse hereticos qui veram informationem de hereticorum perfidia nolunt audire. Unde si sint aliqui scientes hereticorum perfidiam qui laborant et parati sunt ostendere quod sunt pravitate heretica infecti, illi qui nolunt eos audire, et multo magis qui tales volentes eos de hereticorum perfidia informare repellunt, persequuntur et molestant, ignorantia dampnabili et affectata laborant.

Discipulus: Videtur quod tales repellentes, persequentes et molestantes eos qui cupiunt eos informare de illis quos putant catholicos, et ostendere quod sunt heretici, non peccant imo faciunt quod debent. Nam ex quo putant tales esse catholicos reputare debent illos esse detractores qui eos cupiunt de pravitate heretica diffamare.

Detractores autem repellere, molestare et persequi non est peccatum sed actum virtutis, teste Psalmista qui ait: "*detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar*".

Cui Salomon concordare videtur, qui Proverbio 25 ait: "*ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem*".

Et Proverbio 4º c. ait: "*detrahentia labia sint procul a te*".

Et 24º c. dicit: "*cum detractoribus non commiscearis*".

Quibus concordat illud Ecclesiastici 28: "*sepi aures tuas spinis*", et "*linguam nequam noli audire*". Ex quibus aliisque quam plurimis testimoniis scripturarum sacrarum patenter colligitur quod dectractores non sunt audiendi sed repellendi et molestandi.

Capitulum 9,37 Psalmista] Psalms 100:5 **39** Proverbio 25] Proverbs 25:23 **42** Proverbio…c] Proverbs 4:24 **44** 24o c] Proverbs 24:21 **45** Ecclesiastici 28] Ecclesiasticus 28:28 **46** et] *Ibid.*

---

22 alios] aliquos Ly **23** hereticos] hë^{c9} We **24** sint] sunt Bb **25** sunt^{1}] sint An **26** illi] *omitted* Ly **32** catholicos] esse *added* Ly **33** peccant] peccat Fi | debent] deberent Fi **37** actum] actus Fi An | actum virtutis] virtus Ly | virtutis] vo^{tis} Bb | qui ait] *omitted* Ly **42** ait] *omitted* Ly detrahentia labia] labia detrahentium Ww **44** 24o] 3 Ly | dicit] dic An | detractoribus] doctractoribus Fi | non] *omitted* Bb commiscearis] miscearis Ly **45** concordat] conformat Fi consonat We 28] 20 Ly | tuas] We: t. Bb et Fi An *omitted* Ly **48** repellendi] compellendi Ly

Quod etiam Anterus papa, ut habetur 6 q. 1 c. *Ex merito*, aperte insinuat dicens: "*Caveat unusquisque, ne aut linguam aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse aliis detrahat aut alios audiat detrahentes*".

Hoc etiam ex octava synodo, prout legitur 11 q. 3 c. *Non solum*, colligitur evidenter, cum dicitur: "*Non solum ille reus est qui falsum de alio profert, sed et is qui aurem cito criminibus prebet*".

Quod etiam Gregorius sentire videtur, ut habetur eisdem causa et questione c. *In cunctis*, scribens archiepiscopo Mediolanensi in hec verba: "*sanctitas vestra debet mentem suam a maledicorum hominum rumoribus atque obtrectatione disiungere*".

Ex quibus aliisque quam plurimis patenter infertur quod detractores, calumpniatores, diffamatores, et criminum impositores non sunt aliqualiter audiendi sed omnimode repellendi. Ergo si apparent aliqui qui volunt alios informare de papa quod sit pravitate heretica irretitus, quantumcunque papa esset hereticus illi qui nescirent papam esse hereticum non deberent tales informatores audire. Ex quo sequitur quod tales propter hoc quod nolunt de perfidia pape heretici informari non essent dicendi ignorantia dampnabili laborantes. Hec inter alia movent me ad tenendum quod volentes ignorantes papam vel alios pravitatem hereticam incurrisse de veritate informare non sunt aliquatenus audiendi, sed tanquam detractores repellendi. Qualiter tamen ad ista respondere contingat explana.

Magister: Ad omnes auctoritates quibus suadetur detractores esse minime audiendos respondetur unico verbo,

---

50 6…merito] C. 6 q. 1 c. 13 col. 1057 **54** 11…55 solum[1]] C. 11 q. 3 c. 77 col. 1253 **59** c…cunctis] C. 11 q. 3 c. 52 col. 1243

---

50 etiam] *omitted* Ly | Anterus] Anterius Bb Fi An We Anteros Ly | ut] n[c] Bb **51** Caveat] itaque *added* Ww **52** habeat] habeant Bb Fi An | id est] Ly: *omitted* Bb Fi An We | detrahat] detraherit Bb **53** aut] nec Bb Fi An **54** synodo] probatur *added* Ly **55** cum dicitur] We: Č[r] Bb 9[r] Fi An quod Ly **56** alio] aliquo Ww | et] etiam Ww **58** Quod] Que Ly Gregorius] Augustinus Ww **60** debet] esse *added* An **61** rumoribus] *omitted* Bb **62** obtrectatione] obtrectationibus Ww | disiungere] distingere (*sic*) Bb **63** plurimis] pluribus We **64** detractores] detractatores An **66** repellendi] repelli We | qui] quod An **69** deberent] deberet An Ly **70** hoc] *omitted* Ly | nolunt] volunt An nollent We **72** laborantes] laborantos We ignorantes Ly **73** volentes] nolentes Bb **74** aliquatenus] aliquo modo Ly **75** tanquam] et quam An **76** respondere] We: responderi Bb Fi An Ly **77** omnes…79 debent] *omitted* Bb **78** audiendos] minime *added* Fi An

quod omnes debent intelligi quando sciuntur esse detractores. Quia illi de quibus scitur quod detractionis vitio sunt infecti absque magna causa audiri non debent cum volunt de aliis aliquid narrare sinistrum. Illi autem de quibus ignoratur an sint detractores sunt omnino audiendi, precipue cum aliquid quod in dispendium potest vergere boni communis cupiunt enarrare. Et multo magis audiendi sunt illi qui hactenus discreti et bone fame reputati fuerunt, si intendunt aliquid sinistrum de aliquo referare. Quare si tales laborant ostendere quod papa est pravitate heretica maculatus sunt audiendi omnino.

Discipulus: Non obstante ista responsione generali, dic quomodo ad auctoritates singulariter respondetur.

Magister: Ad primam dicitur quod Psalmista loquebatur de illo quem sciebat esse detrahentem, et ideo tanquam malum iuste persequebatur eundem.

Ad secundam dicitur quod auditor per faciem tristem debet repellere illum quem esse detrahentem agnoscit.

Ad tertiam per idem respondetur quod labia detrahentium quos scit esse detrahentes debent esse procul a quolibet bono viro.

Ad quartam respondetur quod nullus debet scienter cum detractoribus commisceri.

Ad quintam respondetur quod non est audienda lingua nequam que scitur esse nequam.

Ad sextam de Antero pape respondetur quod nemo debet audire scienter alios detrahentes.

Ad septimam respondetur quod aurem cito prebere criminibus contingit dupliciter, vel absque credulitate solummodo audiendo, vel adhibendo fidem et credendo. Primo modo nemo debet cito aurem prebere criminibus quando narrantur ab illis quos scit mendosos, falsos, detractores, vel in quocunque crimine irretitos, quia omnes

---

106 Ad septimam] The remainder of 1 Dial. 7.9 may have been composed independently of the analyses of 1 Dial. 6.79 with no back reference subsequently added.

---

79 quod] quia Fi An We | esse detractores] detractores repellendi qualiter tamen An **80** sunt] insunt Bb **81** audiri] audiendi Fi **83** detractores] detractionis vitio maculati We **84** communis] a's B **86** aliquid] ad An **91** singulariter] singulas We **92** Magister] Respondetur *added* Ly | Psalmista] þo$^{ta\ Bb}$ **94** tanquam] et quam Fi An Ly | malum] ma'^{tũ} Fi **102** respondetur] *omitted* Ly **104** Antero] Ly: Anterio Bb Fi An We **105** alios] aliis Ly **106** septimam] aliam Ly **111** in] etiam We | crimine] crimino Ly

tales debet habere suspectos ne falso et mendaciter vel mala intentione crimina referre nitantur. Et ideo eos debet repellere et quantum sibi competit pro gradu suo et officio ad correctionem et punitionem eorum tenetur fideliter laborare. Si vero criminum relatores non fuerint antea aliquo crimine, puta nec detractionis nec mendacii nec aliquo alio irretiti, cito auris eis est prebenda, solummodo audiendo et ad cautelam in memoria retinendo. Sed secundo modo, scilicet fidem adhibendo et credendo nullus debet cito aurem prebere criminibus. Hoc enim vitio criminali minime caret.

Ad ultimam auctoritatem respondetur quod vir sanctus mentem suam ab obtrectationibus et rumoribus illorum hominum quos scit esse maledicos debet disiungere, non solummodo fidem eis minime adhibendo, sed nec eos absque causa magna aliqualiter audiendo.

Discipulus: Quare dicitur quod tales absque causa magna audiri non debent, cum per hoc innuatur quod ex causa magna detractores et maledici debent audiri?

Magister: Respondetur quod quemadmodum nullus criminosus est regulariter ad accusandum vel testificandum in iudicio admittendus, et tamen in quibusdam criminibus enormibus ad accusandum et denuntiandum deberet admitti, licet nunquam fides ei debeat adhiberi nisi per legitima documenta sue assertionis probaverit veritatem, ita detractores regulariter audiri non debent. In casu tamen magno, pro magno periculo evitando, presertim si aliqua indicia veritatis pretenderent, deberent audiri ad aperiendum vias investigandi citius veritatem. Nullus tamen debet credere eis.

Capitulum 10

---

112 falso et] false vel Ly **113** ideo] id An | eos] illos Ly **115** laborare] sed *added* An **116** antea] ãñ We **117** detractionis] detractores Fi detractiones Ly | mendacii] mendacio Ly | aliquo] modo *added* Bb An | irretiti] irre An **123** obtrectationibus] obtractationibus Bb aobtractationibus An | et] in *added* Fi **124** scit] scivit Ly | maledicos] maledices Fi An **129** debent] debeant Ly **131** regulariter] irregulariter Bb | vel] re Bb et Ly **132** et] *omitted* Ly | quibusdam] quibus Fi **133** enormibus] et erroribus Bb | deberet] Ly: debent Bb Fi An We admitti] *omitted* Bb **134** ei] Ly: eis Bb Fi An We **135** probaverit] Ly: probaverint Bb Fi An We **136** detractores regulariter] detractatoris irregulariter Bb **137** magno[1]] *omitted* An We | pro] *omitted* An **138** pretenderent] procedere Bb precederent Ly | deberent] debent Fi An **139** investigandi] inveniende We | debet] deberet We **Capitulum 10,1** …] *crossed out* Bb[2]

Discipulus: Licet dominum nostrum summum pontificem nunc Dei providentia in cathedra sancti Petri sedentem, dominum videlicet Iohannem 22um catholicum atque sanctum, ab omni pravitate heretica alienum absque omni dubitatione existimem, et ideo omnia que dicta sunt de papa heretico et dicentur de ipso nullo modo intelligam, quia tamen probabiliter existimo quod papa, cum non sit confirmatus neque in gratia neque in fide, in hereticam valeat incidere pravitatem, in quo cum fratre Michaele, quondam generali ministro Fratrum Minorum complicibusque suis convenio, qui ut audio probare nituntur quod in his que proponunt contra dominum summum pontificum sunt a catholicis audiendi, eorumque scripta contra doctrinam ipsius et personam eius a fidelibus sunt videnda et cum deliberatione provida discutienda et examinanda, quod et dominus noster summus pontifex de scriptis eorum fecisse dinoscitur, cum ad scripta eorum etiam sub bulla subtiliter et sufficienter respondit, peto ut motiva dicentium quod volentes informare ignorantes papam esse hereticum de erroribus eiusdem pape heretici atque pertinacia eius, si antea periti et bone fame fuerunt reputati, sint ab ignorantibus papam esse hereticum audiendi. Forsitan enim pro tempore quo aliquis papa futurus efficeretur hereticus possent esse utilia vel ad probandum vel ad improbandum. Expedit enim nonnunquam scire motiva impugnantium veritatem.

Magister: Videtur quod intendis ponere casus quod papa in rei veritate sit hereticus et quod aliqui catholici satagunt eius errores et perfidiam publicare.

Discipulus: Ita est ut dicis. Unde procedas ac si papa esset hereticus quamvis in rei veritate non sit.

Capitulum 10,2 Licet…19 respondit] PP*. Cf. Introduction. **19** peto… 26 veritatem] This was perhaps the continuation in the original *Tractatulus de hereticis* of the discussion point reached at the end of what became 1 Dial. 7.9. "*Expedit...veritatem*" at 1 Dial. 7.10.25-26* seems to be an early statement of a procedure subsequently expanded and clarified in the *Prologus prime partis Dialogi*.

---

2 nostrum] *omitted* Ly **6** sunt] *omitted* Fi **7** dicentur] dicantur Bb Fi An | nullo modo] minime Fi **8** existimo] extimo We **10** quondam] 9d' Fi An **12** que] quibus Fi **13** sunt] sut Bb **15** eius] *omitted* An videnda] corda Fi An **17** fecisse…18 eorum] *omitted* Bb **19** respondit] responderit Bb Fi ut *added* Fi An **21** antea] We: ante Bb Ly autem Fi An **22** sint] sunt Bb Fi **24** possent] posset Fi An Ly **25** utilia] necessaria An utilius Ly **26** nonnunquam] nquam Bb **27** Magister] michi *added* Ly | casus] casum Bb Fi **28** sit] 9^{t} Bb

Magister: Quod catholici imponentes pape, quantumcunque fuerit hereticus, pravitatem hereticam, sint ab ignorantibus papam esse hereticum audiendi, illi precipue qui antea bone fame fuerunt, videtur multis modis posse probari. Primo quidem sic. Illi qui sunt pro aliqua causa ab aliquibus defendendi sunt multo fortius audiendi ab eisdem, cum minus sit audire aliquos quam defensare eosdem. Sed catholici imponentes pape heretico pravitatem hereticam sunt etiam ab ignorantibus papam esse hereticum defendendi. Ergo multo fortius audiri debent ab eisdem.

Discipulus: Video quod ratio ista dependet ab illis que dicta sunt supra libro 6º a capitulo 37º usque ad capitulum 55um , quia per illa videtur minor posse probari. Ideo istam rationem noli amplius pertractare, sed si alias cogitasti adducas.

Magister: Secunda ratio ad eandem conclusionem talis est. Velox ad audiendum debet prebere aurem illis qui errores et perfidiam pape heretici publicare nituntur. Sed omnis homo debet esse velox ad audiendum, teste beato Iacobo qui, canonica sua 1º ait: "*Sit autem omnis homo velox ad audiendum tardius autem ad loquendum*". Ergo etc.

Discipulus: Ista auctoritas beati Iacobi pro istis non facit, quia homo velox debet esse ad audiendum bona, non autem ad audiendum mala. Ergo per hanc auctoritatem probari non potest quod ignorantes papam esse hereticum debeant audire illos qui volunt eius errores et perfidiam publicare.

Magister: Respondetur quod auctoritas beati Iacobi non tantum de bonis sed etiam de malis audiendis debet intelligi.

---

42 Discipulus…46 adducas] PP* **51** canonica sua] James 1:19

---

33 quantumcunque] quandocunque Fi We | fuerit] fuit Bb | sint] sič Bb (*but the* "c" *could also be a* "t") sicud Fi An **34** esse] *omitted* Fi An **39** heretico] *omitted* Ly **41** audiri] audire We **42** Video] Videtur Fi **44** 55um] 52um Ly **45** alias] aliquas Ly **48** Velox] delox Fi | aurem] aures Ly **49** publicare] impugnare Ly | homo] *omitted* Fi An **50** teste…52 audiendum] *omitted* Ly **51** 1o] 2º Bb 2º c. Fi An We autem] *omitted* Bb We **52** tardius autem] tardus vero Ly | autem] *omitted* Fi An We | loquendum] etiam *added* Bb | Ergo] etiam Bb Ergo etc] Et ergo cetera Fi **55** per…auctoritatem] pro hac auctoritate Fi **56** quod] per An **57** debeant] debent We **60** tantum] tamen Bb audiendis] audidas Fi | intelligi] quia dicit beatus Iacobus: 'debet esse quisque velox ad audiendum (=Ly Vg) sicut debet esse tardus ad loquendum (*added* Ly Vg^2)' *added* Ly Vg/Vg^2

Nam eodem modo proportionaliter debet intelligi quod beatus Iacobus dicit "*sit omnis homo velox ad audiendum*" et quod dicit "*tardius autem ad loquendum*". Sed homo debet esse tardius ad loquendum mala. Ergo debet etiam esse velox ad audiendum mala, non ut credat vel approbet, sed ut caveat et evitet.

Et ex hoc potest tertia ratio sic formari. Homo debet esse velox ad audiendum illa que scire potest esse utilia sibi et toti communitati. Sed scire papam esse hereticum quando est hereticus potest esse utile cuilibet fideli et toti communitati fidelium, quia per hoc facilius et melius eius malitie resistetur. Ergo quilibet debet libenter audire volentes errores et perfidiam pape heretici publicare.

Quarta ratio est hec. Illa debet homo catholicus libenter audire que debet velle scire. Illa autem que cavenda sunt debet catholicus velle scire, quia cavenda nisi sciantur caveri non possunt. Non tantum autem debet catholicus cavere peccatum in se, sed etiam debet quantum in se est cavere pericula que communitati vel fidei imminere dicuntur. Si autem papa infectus fuerit heretica pravitate, periculum imminet fidei orthodoxe, et per consequens offerentes se ad pandendum et monstrandum perfidiam pape heretici debent libenter audiri.

Quinta ratio est hec. Hoc debet catholicus libenter audire cuius veritatem cum nuntiatur tenetur inquirere. Sed si catholicis, etiam ignorantibus papam esse hereticum, nuntiatur eius perfidia, ipsi tenentur veritatem inquirere. Ergo tales nuntiantes papam hereticum debent audiri. Maior videtur probatione minime indigere. Minor auctoritatibus divine scripture aperte posse probari.

---

61 modo] *omitted* An | proportionaliter] proportionabiliter Ly intelligi] int'e Bb **62** sit] sic Fi | audiendum] mala *added* Ly | et… 65 audiendum] *omitted* Ly **63** autem] Ly: *omitted* Bb Fi An We **64** tardius] tard[9] Bb **65** non] quod *added* Bb Fi An quidem *added* We ut[1]] quod *added* Fi **67** hoc] hec Bb | sic] *omitted* Ly | formari] licet *added B*b **68** utilia] utile We **72** resistetur] resisterent Ly resistê An **80** fuerit] fuit Bb Fi **81** orthodoxe] ergo quilibet catholicus debet velle scire an papa corruptionem excogitet fidei orthodoxe *added* We Vc Ba **82** pandendum] prodendum Ly | et] ad *added* Ly | debent] debet Bb Fi An **83** audiri] audire An We **84** Hoc] *omitted* Bb | debet] homo *added* We | libenter] inquirere *added* Bb Fi An **85** audire] inquirere Ly | nuntiatur] non sciat Ly **87** ipsi] *omitted* We **88** tales] talem Bb papam] esse *added* We | audiri] Ly Vg: audire Bb Fi An We **90** scripture] videtur *added* Bb | aperte] videtur Ly

Nam sicut supra allegatum existit, Deuteronomio 13º cap. sic legitur: "*Si audieris in una urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos egressi sunt filii Belial de medio tui, et averterunt habitatores urbis sue atque dixerunt 'eamus et serviamus diis alienis quos ignoratis', quere sollicite*" *etc.* Ex quibus verbis datur intelligi quod cum aliqui dicunt quod aliqui volunt fidem corrumpere veritas est sollicite inquirenda. Ergo si aliqui asserunt papam hereticum velle fidem corrumpere orthodoxam, alii fideles etiam ignorantes papam tali respersum perfidia debent sollicite querere veritatem.

Quod etiam Iob 29 innuitur cum ipsemet Iob dicit: "*Causam quam nesciebam diligentissime investigabam*". Ex quibus verbis colligitur quod cum alicuius cause que potest esse in detrimentum omnium veritas ignoratur, debet diligentissime investigari.

Hinc Salomon Proverbiis 25 ait: "*Gloria regum investigare sermonem*". Quod verum est cum periculum imminet publice utilitatis.

Discipulus: Iste auctoritates nichil faciunt pro conclusione intenta. Quia auctoritates predicte et consimiles de prelatis et iudicibus sive regentibus duntaxat debent intelligi, quia illorum et non aliorum est inquirere subditorum excessus cum mala fama de eis exierit, secundum canonicas sanctiones.

Magister: Dicunt alii quod verba auctoritatum predictarum et etiam sacrorum canonum quibus asseritur quod prelati ad corrigendos subditorum excessus debent assurgere nequaquam intelligis. Quia correctio est duplex, una potestativa per publicam punitionem, et hec pertinet ad prelatos et ad in sublimitatibus constitutos. Alia est per

---

91 supra] 1 Dial. 6. 15.116-121*; 1 Dial. 6.55.203-207*; 1 Dial. 6. 99. 154-159* | Deuteronomio] Deuteronomy 13:12-14 **102** Iob[1]] Job 29:16 **107** Proverbiis 25] Proverbs 25:2

---

93 Dominus] verus Bb **94** de…tui] Ly: *omitted* Bb Fi An We averterunt] adverterunt Ly everterunt We **95** habitatores] vel *added* Bb sue] tue Ww | eamus] We: exeamus Bb Fi An Ly **96** quere] quare Fi An Ly | etc] et diligenter rei veritatem perspecta Ly **100** alii] illi Ly etiam] et Ly **101** debent] debet Bb **102** innuitur] innuetur An | cum] sed Bb | Iob[2]] *omitted* An **107** Gloria] Gloriam Bb Fi We | regum] esse *added* Bb Fi An We est *added* Ly **111** Quia] Que Ly **116** alii] illi Fi An **119** nequaquam] *omitted* Fi An | intelligis] intelli[ta] Bb intelli[cs] Fi An **120** una] est *added* Ly | potestativa] We: potestative Bb Fi An Ly **121** ad] *omitted* Ly

simplicem admonitionem, et hec pertinet ad omnes charitatem habentes, qua unicuique precipitur amovere malum cuiuslibet subditi et prelati, si potest.

Sic duplex est inquisitio sive investigatio peccati alterius. Una est potestativa et iudicialis, qua quis compellit alios ex officio, vel potest compellere, dicere veritatem de peccato et etiam de mala intentione alterius. Et ista regulariter spectat ad prelatos, non ad subditos. Alia est inquisitio sive investigatio peccati alterius, vel etiam periculi quod potest sibi et aliis imminere, per simplicem interrogationem absque omni precepto et sollempnitate seu compulsione et punitione nolentium quam scirent dicere veritatem. Et ista inquisitio sive investigatio peccati vel periculi quod sibi potest et aliis imminere spectat ad omnes qui curam de se et de aliis debent habere. Omnes autem non solum de seipsis sed etiam de proximis, quos sicut seipsos debent diligere, tenentur aliquam curam et sollicitudinem pro loco et tempore et cum aliis circumstantiis debitis requisitis habere iuxta illud Apostoli ad Romanos 12º "*sollicitudine non pigri*". Quod non tantum dicitur ad prelatos sed etiam ad subditos quorum est aliquam sollicitudinem non solum pro se sed etiam pro omnibus aliis inferioribus, equalibus, et superioribus, quando convenienter possunt, habere.

Discipulus: Ista ratio apparentiam videtur habere si quilibet teneretur pro omnibus aliis, superioribus et aliis, aliquam sollicitudinem et curam habere. Et ideo indica si hoc potest aliquo modo probari.

Magister: Hoc Apostolus in diversis locis insinuare videtur. Nam 1º Corinthiarum 12º expresse, ut apparet, probare conatur quod, exemplo membrorum corporis quorum quodlibet aliquam sollicitudinem videtur habere de alio, quilibet pro alio debet esse sollicitus. Unde dicit ibidem Apostolus: "*Non sit schisma in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra. Et si quid patitur unum*

140 ad Romanos] Romans 12:11 **150** 1o…12o] 1 Corinthians 12:25-26

122 admonitionem] monitionem Ly **123** qua] quia Ly | amovere] ammonere Bb Ly **125** duplex est] *omitted* Ly **128** Et…130 alterius] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An Ly Fr **131** imminere] alia est *added* Ly **135** de[2]] *omitted* We Ly **136** seipsis] ipsis Ly **138** aliis] alii Bb **139** debitis] determinatis Ly **145** ratio] responsio Ly | videtur] se *added* Fi **146** teneretur] tenetur Bb | aliis[1]] *omitted* Ly | aliis[2]] alii Bb **150** Corinthiarum] ad Cor. We **152** de] pro We **153** quilibet…alio] *omitted* Bb | dicit] *omitted* Ly | ibidem] idem Bb An **154** sed] in *added* Ww | pro] se *added* Ww **155** sint] sunt Bb Fi An

membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum membrum congaudent omnia membra". Ex quibus verbis colligitur evidenter quod cum simus membra unius corporis, quilibet pro omnibus debet esse sollicitus. Hoc dicit glosa ita: "*Non sit schisma, id est discordia, in corpore humano vel in ecclesia ubi debet esse unitas, sed omnia membra potius sollicita sint in rebus agendis pro se invicem, sollicita sint, dico, ita ut tendant in idipsum, id est, in id sollicitudinis, quod sit ipsum, id est indifferens, ut non sit minus pro alio quam pro se sollicita sint*". Ex quibus aperte colligitur quod omnes de omnibus sollicitudinem debent habere.

Quod etiam Apostolus ad Ephesos 4 aperte insinuare videtur, cum dicit: "*Digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia subportantes invicem in caritate sollicite servare unitatem spiritus in vinculo pacis*". Ex quibus verbis patenter habetur quod sicut omnes se debent invicem supportare, ita pro invicem debent esse solliciti ne unitas in eis rumpatur. Unitas autem spiritus in catholicis rumpitur si pravitate inficerentur heretica. Ergo omnes qui sunt membra corporis Christi debent esse solliciti ne fides catholica, que est fundamentum unitatis spiritus et omnium bonorum spiritualium, corrumpatur. Et ita omnes tenetur audire illos qui volunt perfidiam pape heretici satagentis fidem corrumpere orthodoxam ad occurrendum periculo fidei publicare.

Discipulus: Debent ergo catholici alias occupationes dimittere et intendere illis qui volunt perfidiam pape heretici divulgare?

---

159 glosa] Petrus Lombardus, *Collectanea in omnes B. Pauli Apostoli epistolas*, In epistolam ad Corinthios, caput 12 (PL, t.191, col. 1657A) **167** ad…4] Ephesians 4:1-3

---

156 membrum] We: membrorum Bb Fi An Ly | sive] dum *added* Ly **157** membrum] membrorum Ly | congaudent] gloriantur gaudent Fi et gaudent An congaudeant We | omnia membra] *omitted* An **158** evidenter] *omitted* An **159** sollicitus…161 esse] *omitted* Fi | Hoc] Hinc We | ita] *omitted* Ly **160** discordia] discordantia Ly **162** sint[1]] sunt Bb | in…163 dico] *omitted* Ly | sint[2]] sunt Bb **164** quod] quia Bb | id est] *omitted* Ly | sit[2]] *omitted* Ww **165** se] seipso Ly **168** dicit] dicitur Bb **170** subportantes] subportes An | sollicite] We: solliciti Bb Fi An Ly **171** vinculo] vinculibus Bb Fi | verbis] *omitted* Ly **172** pro] se *added* We **174** spiritus] spt¬ We | pravitate] papa Ly inficerentur] efficeretur Fi An Ly **175** heretica] We: hereticus Bb Fi An Ly **176** est] *omitted* We **177** unitatis] caritatis Fi An **180** occurrendum] ocand' Fi occupandum Ly | periculo] *omitted* An **181** alias] aliquas Fi An Ly **182** qui] qua Fi

Magister: Non dicunt isti quod omnes teneantur omnes alias occupationes dimittere, sed dicunt quod iudicandum est de audientia danda illis qui volunt perfidiam pape heretici publicare, sicut iudicandum est de aliis actibus affirmativis qui cadunt sub precepto quod semper obligat sed non obligat ad semper sed pro loco et tempore cum aliis circumstantiis debitis requisitis. Et ideo non est facile certam regulam dare in speciali quo tempore tenetur quis de necessitate salutis audire illos qui volunt perfidiam pape heretici divulgare. Potest tamen dici quod tunc ad hoc tenetur unusquisque quando non habet rationabilem excusationem quare tunc eos audire minime teneatur. Si enim sit aliis occupationibus utilioribus vel urgentibus occupatus potest rationabiliter respondere 'modo michi non vacat audire'. Si autem non est aliqualiter occupatus nec aliter impeditus, se excusare non potest. Si autem dimittit illos audire vel quia de periculo fidei minime curat, aut quia reputat facta fidei ad se nullatenus pertinere, vel quia vult illi quem reputat papam catholicum complacere aut saltem ei nullatenus displicere, non audiendo peccat mortaliter et inter credentes dampnabiliter pape heretico (licet nulli errori eius explicite credat) est merito computandus.

Discipulus: Cerno quod isti non dampnant omnes istos qui nolunt audire eos qui volunt perfidiam pape heretici divulgare, sed tantummodo illos qui absque causa rationabili illos audire recusant, putantes quod nec timor pape quem reputant catholicum nec dilectio ad ipsum nec odium ad publicantes perfidiam eius nec aliquid tale eos valeat excusare, sed solummodo utilior occupatio cui sunt intenti, aut alicuius periculi maioris vitatio vel divulgationis inutilitas vel aliud simile eosdem apud Deum valeat excusare. Et ad istam intentionem alias rationes, si quas audisti vel vidisti aut

---

184 teneantur] tenentur We **186** heretici] *omitted* Bb **188** semper…sed] *omitted* Ly **189** sed] obligat *added* We | pro] *omitted* Ly | aliis] *omitted* Ly **196** utilioribus] utilibus Ly | vel] *omitted* Bb et Ly **197** est] sit Ly **198** aliter] *omitted* Ly **200** se] *omitted* An **201** pertinere…202 nullatenus] *omitted* Fi An | vult…quem] *omitted* Ly | reputat] reputant Bb **202** complacere] ut ei complaceat Ly | displicere] displiceat Ly **209** illos] ipsos Bb eos Ly **210** nec[2]] aliquid *added* An **211** tale] *omitted* We ipsum nec odium ad publicantes perfidiam eius nec aliquid tale *added dittography* Fi **212** sunt] sint We **213** vel] *omitted* Ly **214** aliud] a'd Bb | eosdem] Ly Vg: eodem Bb Fi An eos We **215** alias] aliquas Fi An Ly

etiam cogitasti, sine magna discussione causa abbreviationis breviter tangendo, allega.

Magister: Sexta ratio est hec. Qui non est ex se sufficiens ad agendum recte ea que sibi incumbunt, aliorum qui eum cupiunt informare debet audire consilia. Sed quilibet debet esse sollicitus, sicut probatum existit, de fide catholica ne per quemcunque aliqualiter subvertatur, debetque corrumpere fidem volentibus quantum sibi licet pro gradu suo et officio obviare viriliter. Ergo si non est sufficienter informatus de illis qui volunt fidem destruere, debet audire eorum consilia et informationes qui eum cupiunt de talibus informare.

Minor ex hiis que dicta sunt supra in ratione quinta videtur posse probari. Maior autem auctoritatibus divine scripture insinuatur aperte. Ecclesiastici enim 32º sic scribitur: "*Fili sine consilio nichil facias, et post factum non penitebis*". Et Proverbiis 12º ait Salomon: "*Qui autem sapiens est audit consilia*". Et idem in eodem 13º capitulo ait: "*Qui autem agunt omnia cum consilio reguntur sapientia*". Et ut legitur Tobie 4, Tobias filium suum instruens ait: "*Consilium semper a sapiente perquire*". Ex quibus aliisque quam pluribus colligitur evidenter quod in arduis negotiis non solum audienda sed etiam requirenda sunt consilia peritorum. Cum ergo negotium fidei, quando scilicet fides catholica impugnatur, precipue ab illo qui plurimos potest trahere ad suos errores cuiusmodi est papa hereticus, sit arduissimum negotium, in hoc casu oportet non solum audire sed etiam

---

221 probatum] cf. *supra* lines 91* ss. (with further references) and *infra* lines 381* ss. **230** Ecclesiastici…32o] Ecclesiasticus 32:24 **232** Proverbiis 12o] Proverbs 12:15 **233** in…capitulo] Proverbs 13:10 **235** Tobie 4] Tobias 4:19

---

216 abbreviationis] aboria[is] Fi **217** breviter] brevi Fi bī An **221** sicut] supra *added* We **223** volentibus] molientibus We **226** cupiunt] capiunt Fi An | talibus] perfidia volentis fidem destruere sive sit papa putatus sive alius We Vc Ba **230** insinuatur] insinuantur Bb | enim] *omitted* Ly | 32o] respondetur Fi | scribitur] scribatur An **231** Fili] Sili Fi facias] We: facies Bb Fi An Ly | penitebis] penite Bb peniteris Fi penitere An **232** 12o] 13 c. ubi Ly | audit] auditur Ly **233** 13o capitulo] *omitted* Ly | autem] Ly: cum An *omitted* Bb Fi We **234** agunt] agt Fi An | omnia] cuncta Bb Fi An We *omitted* Ly | cum] et Bb | Et] *omitted* Fi **235** Tobie] Thobie We | Tobias] Thobias We | Consilium] autem *added* Ww **236** aliisque] verbis *added* Ly **242** etiam] *omitted* Ly

requirere consilia et informationes eorum qui perfidiam pape heretici non ignorant, undecunque innotuit eis.

Discipulus: Quamvis antea cogitaverim quod rationes iste nequaquam discuterentur prolixe, volo tamen contra istam movere duas instantias, quarum prima est quod quamvis in arduis sint peritorum informationes et consilia requirenda, non tamen sunt requirenda nisi ab hiis ad quos huiusmodi spectant negotia. Negotium autem fidei, quando papa esset hereticus, non spectat nisi tantummodo ad prelatos, et non ad simplices nec ad laicos. Unde ad religiosos pauperes et alios, nisi essent cardinales vel patriarche aut episcopi, nullatenus pertineret. Et ideo alii non tenentur audire volentes perfidiam pape heretici declarare, presertim si eis fuerit a superioribus suis iniunctum vel preceptum quod eos audire non debeant.

Secunda instantia est quod quamvis in arduis sint consilia requirenda, non oportet consilia querere nisi quando videatur periculum imminere. Et ideo, illi qui nesciunt papam esse hereticum, cum non sentiant ex perfidia pape heretici aliquod periculum imminere, non tenentur eos audire qui volunt eos de perfidia pape heretici informare. Hec sunt instantie que rationem predictam videntur totaliter refellere. Et tamen quomodo respondere contingat ad ipsas enarra.

Magister: Putant nonnulli quod iste instantie ex ignorantia intelligentie scripturarum emanant. Primam autem instantiam dicunt absurditatem perniciosam et periculosam et hereticalem ac etiam stultissimam continere, que est illorum assertio et adinventio qui suam desidiam, imo nequitiam pessimam, palliare nituntur. Est autem hec absurditas quod negotium fidei quando papa esset hereticus, nullo modo spectat ad simplices et pauperes sed solummodo ad prelatos, puta cardinales, patriarchas, archiepiscopos et episcopos, et non ad pauperes religiosos nec ad laicos nec ad clericos sub

---

243 consilia] consilium Ly **244** ignorant] ignorent Fi An | innotuit] innotuerit We **245** cogitaverim] cogitavi An **247** istam] ista Fi An instantias] īstē^{as} Fi **248** sint] sunt Ly **249** quos] spectant *added* Fi An **250** negotia] negotium Bb **251** spectat] spectaret We **253** et] ad *added* Ly | patriarche] peīarche An **254** tenentur] tenerentur Ly **256** suis] *omitted* Ly **258** quod] quia Bb Fi An **259** non] tamen *added* We **260** videatur] videtur Ly | imminere] *or* innuere (?) An **262** imminere] imminere *or* innuere An **263** Hec] He Ly | sunt] *omitted* Bb **264** videntur] videtur Bb **265** enarra] enarrā Fi **268** perniciosam] perniciosissimam We | et periculosam] *omitted* Bb **270** adinventio] inventio Ly **271** pessimam] *omitted* An **272** hereticus] *omitted* An **273** sed] *omitted* Bb **274** patriarchas] *omitted* Ly | et^{1}] at' An

episcopis constitutos. Quem absurditatem diabolicam arbitrantur ex astutia diaboli ad subversionem fidei adinventam. Quomodo enim defensio patrie pertinebit ad omnes si defensio fidei que est amplius quam patriam defendere non spectat ad omnes? Aut quomodo defensio proprie vite pertinebit ad subditos simplices et pauperes si defensio fidei que debet esse unicuique carior quam vita corporalis non spectat ad omnes?

Discipulus: An negotium fidei spectat ad omnes discussum est libro 6º. Ideo de hoc ad presens pertranseas, et tantummodo dic quomodo respondetur ad hoc quod dicitur quod si superiores iniunxerint subditis ne audiant illos qui volunt perfidiam pape heretici divulgare, non debent eos audire.

Magister: Respondetur quod in hoc casu est cum magna cautela et prudentia procedendum, et forma mandati est diligentissime inspicienda, alieque circumstantie sunt subtiliter pensande. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod, sicut ex sacris canonibus 11 q. 3 *Si quis episcopus* et c. *Non semper malum* et c. *Si Dominus* et aliis innumeris colligitur evidenter, non est superioribus obediendum in omnibus. Si enim aliquid precipiunt quod est contrarium scripturis divinis aut iuri naturali aut vergat in patens dispendium honoris divini vel fidei orthodoxe vel communis boni, aut etiam salutis spiritualis vel corporalis, non debent eis subditi obedire, sed sententiam beati Gregorii debent in memoria retinere qui, ut legitur 2 q. 7 c. *Admonendi*, ait: "*Admonendi sunt subditi ne plus quam expedit sint subiecti, ne cum student plus quam necesse est hominibus subici, compellantur vitia eorum venerari*". Et ita

---

285 discussum…6o] Cf. esp. 1 Dial. 6.18, 31, 85 **294** 11…295 episcopus] C. 11 q. 3 c. 91 col. 1261 **295** c[1]…malum] C. 11 q. 3 c. 92 col. 1261 | c[2]…Dominus] C. 11 c. 93 col. 1261 **302** 2…303 Admonendi[1]] C. 2 q. 7 c. 57 col. 939

---

276 episcopis] ipsis Fi **279** patriam…280 defendere] patria defendenda We **283** spectat] *omitted* Bb **284** spectat] spectet Bb Fi We **285** et] *omitted* An **290** cum] *omitted* Ly **292** sunt] est An **294** 11] We: 2 Bb Fi An 3 Ly **295** semper malum] enim Bb We .11. (*sic*) Fi An *omitted* Ly **296** est] esse Ly **299** divini] Dei Fi *omitted* Ly | vel[2]] in Bb **300** etiam] We: in Bb Fi An Ly | vel corporalis] et corporalis detrimentum Ly **301** obedire] bedire Bb **302** memoria] memoriam An Ly **303** Admonendi[1]] Admonenda We **304** expedit] We: expediat Bb Fi An Ly | cum] dum Ly | student] Ly: studeant Bb Fi An We | est] *omitted* Ly **305** subici] sub[i] c[ti] Fi sb'i[c] ci An

in dispendium communis boni subditi superioribus debent nullatenus obedire.

Per hoc ad propositum respondetur quod si subditis nude mandant superiores ut tales volentes perfidiam pape heretici declarare nullatenus audiant, nullam causam rationabilem quare audire non debeant assignantes, subditi tanquam sinceri fidei zelatores et fidem omni homini preferentes, eis rescribant quare eos intendunt audire, instar prelati cui mandat Alexander 3[us] , ut habetur Extra *De rescriptis* c. *Si quando*, quod si mandatum apostolicum adimplere non debeat, causam rationabilem quare adimplere non valeat per literas studeat intimare. Ita in hoc casu subditi debent suis superioribus intimare quod eorum mandatum adimplere non debeant, cum in audiendo tales nullum ingruet periculum, non audiendo autem posset grande periculum fidei imminere.

Si autem in tali mandato causa rationabilis exprimatur quare subditi audire non debeant volentes pape heretici perfidiam declarare, puta quia sunt de calumnia, mendaciis, vel detractione aut inimicitia convicti, non essent saltem in publico audiendi, nisi verisimiliter apparet quod vias scirent dare probabiles quibus perfidia pape heretici panderetur. In omnibus enim talibus non voluntatem prelatorum, qui forte timore, anbitione, vel cupiditate essent corrupti, sed honorem Dei et defensionem fidei deberent attendere, et illud verbum Petri Actibus 5 "*Obedire oportet Deo magis quam hominibus*" memoriter retinere.

Discipulus: Dic ad secundam instantiam.

Magister: Respondetur quod non solum in arduis negotiis ubi peritia propria non subpetit tunc sunt peritorum consilia requirenda quando quis videret periculum imminere, sed etiam quando imminens periculum nuntiatur, maxime si a fide dignis et providis intimatur, ne nolentibus denuntiato

---

314 Extra…315 quando] X. 1. 3. 5 col. 35 **331** Actibus 5] Acts 5:29

---

307 obedire] abe[re] Bb **308** subditis] superiores We **309** nude] nedum Ly | superiores] inferioribus We **311** audire] audiri We **312** tanquam] et quam Fi An et tanquam We **313** rescribant quare] rescribent quod Ly audire] ad *added* Ly **315** rescriptis] hereticis Ww **319** cum] dum tamen Ly | in] *omitted* Bb | ingruet] ingruerit We sit Ly **320** autem] enim Ly **324** puta] *omitted* Ly | mendaciis] mendacii Bb **326** apparet] appareat Ly **330** verbum] dictum Ly **335** peritia] per vicia An **336** videret] videt We **337** imminens] eminens Ly | maxime] *omitted* Bb | a] *omitted* Bb **338** ne] non Ly | nolentibus] We: volentibus Bb Fi An Ly

periculo obviare attendat illud Apostoli 1º Thess. 5 "*cum enim dixerint pax et securitas tunc repentinus eis superveniet interitus*", scilicet fidei orthodoxe in cordibus infirmorum, postquam forte superveniet nonnullorum interitus corporalis.

Discipulus: Breviter tange alias rationes.

Magister: Septima ratio ex predictis accipit fulcimentum, que potest sic formari. Illi debent audiri qui periculum grande omnibus imminere asserunt et affirmant, ne audire nolentes cum eos apprehendit periculum nuntiatum dicant intra se penitentiam agentes, et pre angustia spiritus gementes illud Sapientis 5º "*hii*" (scilicet qui nobis nuntiaverunt pericula que supervenerunt nobis) "*sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam eorum estimabamus insaniam, et finem illorum sine honore*".

Unde de nolentibus audire pericula nuntiantes dicitur Ezechiel 33: "*Audiens autem, quisque ille est, sonitum buccine et se non obervaverit, veneritque gladius et tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccine audivit et non se observavit, sanguis eius in ipso erit*". Ille audit sonum buccine qui audit in confuso quod sunt aliqui imminentia pericula predicantes, sed non observat se, quia in speciali ad occurrendum periculis annuntiantibus renuit

---

339 1o…5] 1 Thessalonians 5:3 **349** Sapientis 5o] Wisdom 5:3-4 **355** Ezechiel 33] Ezechiel 33: 4-5

---

339 attendat] accidat We | 1o…5] 1º ad Thess. 15 Ly **340** enim] *omitted* Ww | tunc] et *added* Ly | repentinus] repentius Bb Fi An eis] *omitted* Ww | superveniet] subveniet Fi An etiam *added* Ly **341** orthodoxe] sicut *added* Ly | cordibus] We: cor'bʒ Bb Fi An corporibus Ly **342** postquam] convaluerint *added* Ly | superveniet] subveniet Fi An **344** ratio] est que *added* Ly **346** omnibus] *omitted* Bb **347** apprehendit] apprehendet Fi apprehenderet An adprehendit We nuntiatum] necessitatum Bb An necessitate Ly **348** spiritus] spem We **349** hii] his Ly **350** nuntiaverunt] nĉĉi^{it} An | supervenerunt] super evenerunt Ly | nobis] hi *added* Ly **352** Nos] non Bb | eorum] illorum Ww | estimabamus] extimabamus We existimabamus Ly **353** insaniam] We: insanam Bb Fi An | insaniam…illorum] *omitted* Ly **354** nolentibus] volentibus Bb Fi An | audire] audid' Bb **355** autem] Ly: *omitted* Bb Fi An We | quisque] quisquis Ly | sonitum] Ly Vg: sonum Bb Fi An We **356** et^1] *omitted* Ww | se] *omitted* An Ly veneritque] venitque Bb | gladius] que *added* An **357** sanguis] sanguisque Fi An | eius] ipsius Fi Ly | erit] *omitted* Fi **358** audivit] *omitted* Bb | non] erit *added* Fi | se] *omitted* An | observavit] observat Bb **359** aliqui] aliqua Ly **360** predicantes] putantes Ly | quia] quicunque Ly

informari. Et ideo, cum periculum apprehendit ipsum, se per ignorantiam non potest excusare, sed sanguis ipsius super caput eius erit. Sed si sunt aliqui volentes catholicos de perfidia pape heretici informare, grandia pericula futura populo christiano predicunt. Ergo qui non audierint diligenter informationes eorum nequaquam poterunt per ignorantiam excusari si papa hereticus infecerit populum christianum.

Discipulus: Auctoritas Ezechieli loquitur de speculatore super populum constituto. Et ideo si episcopus vel prelatus qui est speculator super subditos constitutus nuntiaret papam esse hereticum, et illi informationes eius nollent audire, non essent per ignorantiam excusati. Secus est de illis qui nuntiant papam esse hereticum et non sunt speculatores super populum constituti, quia tales audiri non debent.

Magister: Dicitur quod ista responsio non impedit rationem predictam, quia licet predicta verba Ezechielis principalius intelligantur de speculatoribus super populum constitutis, tamen debent etiam de quibuscunque nuntiantibus imminentia pericula populo vel persone cuicunque intelligi.

Cuius ratio assignatur. Quia propter caritatem et amicitiam qua unusquisque debet proximum suum diligere sicut seipsum, quilibet quantum ad simplicem admonitionem et informationem ac simplicem instructionem mutuamque defensionem et subventionem, quantum licet cuique pro gradu suo et officio, debet esse alterius speculator, custos, defensor, protector, adiutor, informator, consiliarius et instructor, licet nullus debeat super proximum suum iurisdictionem, potestatem aut auctoritatem indebite usurpare. Cum ergo quilibet debeat speculatorem nuntiantem gladium venientem audire (quod non est tantummodo verum de speculatore qui iurisdictione et potestate fungitur super alios, sed etiam de quocunque speculatore pericula ingruenta

---

362 apprehendit] adprehendit We **363** potest] pōīt Fi poterit We **364** Sed si] Sicut Ly **365** informare] et *added* Ly **370** super] speculam seu *added* Ly **371** est] *omitted* We **372** eius nollent] nolint Ly nollent] nellent An **373** est] *omitted* Bb **377** quia] quod Fi An **378** intelligantur] intelliguntur Fi intelligentur An **379** constitutis] destitutis Bb | etiam] quia (*only in* Fi) licet predicta verba Ezechielis principalius intelligantur de speculatoribus *added dittography* Fi An quibuscunque] quibus Bb **380** populo] pape Ly | cuicunque] cuiuscunque Ly **382** unusquisque] unusque Bb **383** admonitionem] monitionem *added* Fi **384** mutuamque] mutuam quoque Bb **385** cuique] cuicunque Ly **386** et] *omitted* Bb **388** nullus] non Fi proximum suum] proximos suos We **392** speculatore] pericula ingruenta admonente scilicet *added* An **393** etiam] *omitted* Ly

advertente) sequitur quod qui nuntiaverint pericula que intendit papa hereticus, licet non sint prelati, debent audiri.

Octava ratio est hec. Unusquisque tenetur audire illum qui eum informare tenetur, sicut discipulus tenetur audire doctorem si doctor tenetur discipulum informare, et filius tenetur audire patrem qui filium debet instruere. Sic etiam vicinus debet vicinum audire si vicinus vicinum informare tenetur, quod sacra scriptura insinuare videtur. Ecclesiastici enim 32º scribitur: "*Ubi auditus non est, non effundas sermonem*". Ex quibus verbis colligitur quod ubi auditores nequaquam tenentur audire, nullus tenetur sermonem effundere. Quare ubi quis tenetur sermonem effundere, ibi sint aliqui qui tenentur sermonem audire. Sed scientes papam hereticum niti fidem corrumpere orthodoxam et conari fideles a recta fide avertere de necessitate salutis tenentur, debitis circumstantiis observatis, instruere ignorantes de perfidia et intentione iniqua pape heretici, ut se observent et pro loco et tempore, modis sibi convenientibus, eidem heretico toto posse resistant. Ergo et ignorantes papam esse hereticum debent audire eos qui eos volunt de perfidia et iniquis conatibus pape heretici informare.

Quod autem scientes papam esse hereticum teneantur ignorantibus eius perfidiam revelare. probatur ex hoc quod non minus debet unusquisque preservare, si potest, proximum a morte spirituali quam a morte corporali. Sed si aliquis videt alium volentem proximum suum neci tradere corporali, debet hoc ei ut sibi precaveat intimare. Ergo multo magis si scit papam hereticum satagere omnes christianos occidere spiritualiter eos inficiendo heretica pravitate, debet inscios, si convenienter potest, de iniquo molimine pape heretici informare.

Nona ratio est hec. Sicut quis tenetur peccata vitare, ita si potest tenetur pericula tam corporalia quam spiritualia tam

---

394 nuntiaverint] nuntiant Ly **397** sicut…tenetur[2]] *omitted* An **398** si] qui Ly **402** enim 32o] 23 ubi Ly | non[2]] *omitted* Bb **404** tenetur] teneretur Ly **405** quis] aliquis Ly | ibi] ubi We **406** sint] st' We sunt Ly **407** conari…408 avertere] seducere fideles Ly Vg **408** a recta] We: artā Bb artē Fi An | debitis] certis Ly **409** observatis] observare Fi instruere] fideles *added* Ly | et] *omitted* Bb Fi An **411** convenientibus] congruentibus We | toto] *omitted* Fi **413** debent] debet An | eos[1]] illos We **414** conatibus] conaminibus Ly **415** autem] aliquid Fi ad An esse] *omitted* Bb Fi An **416** quod] quia Ly **418** aliquis] *omitted* Ly **420** scit] sit We **423** de] *omitted* Ly | iniquo molimine] iniqua malitia Ly | molimine] moñê Fi mon'e An **425** Sicut] Si Ly

in se quam in aliis precavere. Sed propter hoc quod quilibet tenetur vitare peccata debet corrigentem se audire. Ergo similiter audire tenetur illum qui pericula tam corporalia quam spiritualia denuntiare conatur. Sed declarantes perfidiam pape heretici pericula omnium fidelium tam corporalia quam spiritualia denuntiare noscuntur. Ergo audientia eis negari non debet.

Capitulum 11

Discipulus: Quantum intelligo, omnes rationes predicte, et forte omnes alie que possent fieri ad conclusionem eandem, duobus fundamentis inniti videntur. Quorum primum est quod unusquisque tenetur proximos suos sicut seipsum diligere, et eis facere quod vellet sibi fieri. Secundum est quod fides catholica est omni homini preferenda, ut ob timorem, favorem, amorem vel gratiam cuiuscunque mortalis nullatenus obmittatur quod ad salvationem, exaltationem, et dilatationem fidei christiane noscitur pertinere. Quare pro conclusione predicta desine allegare, quia forte alie rationes eandem virtutem cum predictis haberent, et dic qua pena, secundum assertionem predictam, ignorantes ignorantia dampnabili papam esse hereticum et de eius perfidia informari nolentes sint plectendi, et an sint heretici vel credentes aut fautores pape heretici reputandi.

Magister: Respondetur quod ad sciendum qua pena ignorantes ignorantia dampnabili papam esse hereticum (quia nolunt scire vel etiam quia non curant aut contempnunt scire) sint plectendi, oporteret primo videre an sint heretici, vel credentes, aut fautores vel defensores pape heretici iudicandi.

Discipulus: Ab hoc ergo primo incipias.

Magister: Nonnullis apparet quod tales non sunt heretici, stricte accipiendo ‘hereticorum’ vocabulum, nec sunt proprie fautores vel defensores pape heretici. Quia fautoria et similiter defensio aliquem actum positivum exteriorem

---

431 heretici] et *added* Ly **433** audientia] audien Fi audire An Ly negari] negare Fi An Ly **Capitulum 11,3** et] etiam Ly | possent] possunt Ly **4** eandem] *omitted* Fi An **5** sicut] sc Fi An **6** eis] velle *added* An **8** favorem] et *added* Ly **12** forte] *omitted* Ly | virtutem] forte *added* Ly **13** et] nunc Ly | qua] que Fi **15** de] *omitted* We | sint] sunt Bb Ly **16** credentes] cre An **18** qua…20 scire[1]] *omitted* An **21** vel] *omitted* Ly **22** aut] an Ly **23** Ab] Ad Ly | ergo] *omitted* An Ly **24** non] *omitted* Bb An **25** hereticorum] heretico Bb | vocabulum] vocabulo We **26** proprie] pape Bb | fautoria] fautio Ly

importare videntur. Tales autem ignorantes, per hoc solummodo quod nolunt vel non curant aut contempnunt scire papam esse hereticum, nullum actum exteriorem exercent. Ergo propter hoc solummodo non sunt fautores vel defensores pape heretici iudicandi. Dicitur ergo quod sunt credentes non quidem explicite erroribus pape cum nesciant eum errare, sed sunt credentes ipsi pape heretico, ipsum esse catholicum dampnabiliter reputantes. Et isto modo videtur accipi nomen 'credentium' Extra, *De hereticis* c. *Excommunicamus* 1°. Aliter autem accipitur nomen 'credentium' eodem titulo c. *Excommunicamus* 2°.

Quod vero tales papam esse catholicum quando est hereticus dampnabiliter reputantes credentes valeant nuncupari videtur posse probari. Nam omnes dampnabiliter errantes et peccantes ex adhesione ad personam pape heretici vel sunt credentes, vel fautores, vel defensores, vel receptatores. Non enim plures inveniuntur qui propter crimen ex adhesione ad personas hereticorum secundum iura sint puniendi. Sed qui dampnabiliter reputat papam esse catholicum qui est hereticus non est ex hoc solummodo fautor neque defensor pape heretici, sicut dictum est prius, nec est propter hoc receptator pape heretici. Ergo propter hoc solummodo debet inter credentes merito computari. Non tamen propter hoc est hereticus iudicandus, quia erroribus pape heretici minime credit nec forte crederet si sciret errores eius. Quia ex hoc solummodo peccat quia non vult aut contempnit vel non curat scire papam esse hereticum, nullum etiam prestando consilium, auxilium, defensionem, receptationem, vel favorem. Nec forte actu ei obedit, licet forsitan sit obedire paratus. Imo potest contingere quod ex alia causa quam ex causa heresis, puta propter contentionem inter eum et papam hereticum de temporalibus, vel ex aliqua

---

Capitulum 11,36 Extra…37 1o] X. 5. 7. 13 col. 1683 **38** eodem…2o] X. 5. 7. 15 col. 1686 **48** prius] *supra* lines xx

---

28 videntur] videtur An We **31** hoc] *omitted* An **33** non] *omitted* Bb quidem] qu[l] Bb quod Fi Ly **34** pape] *omitted* We **37** 1o] *omitted* Bb 1o…38 Excommunicamus] *omitted* An **38** titulo] Vc Ba: *omitted* Bb Fi We Ly **41** videtur] sic *added* We | Nam] *After this word* (*which concludes* fo. 163vb) , *the text of* **Bb** ("omnes dampnabiliter" etc.) *continues* at fo. 166ra **42** peccantes] potissime Ly **45** sint] sunt Ly **46** reputat] reputant Ly **47** qui] quando We | est[2]] *omitted* An **48** neque] vel Ly **50** Non…51 tamen] Nec Ly **54** scire] *omitted* Ly **55** etiam] ei We **56** obedit] vel *added* Bb **58** alia] aliqua Fi **59** aliqua] *omitted* Ly

alia causa ei renuit obedire, paratus eum totis viribus impugnare, nolens tamen scire quod sit hereticus, nec volens permittere quod hereticus publicetur.

Discipulus: Dixisti secundum unam assertionem quod reputantes dampnabiliter papam esse catholicum, qui in rei veritate est hereticus, debent censeri credentes. Ideo nunc dic, secundum assertionem eandem, qua pena tales sint plectendi.

Magister: Pena eorum secundum assertionem prescriptam taxatur Extra, *De hereticis* c. *Excommunicamus* 1º, cum dicitur: "*Credentes preterea, receptatores, defensores et fautores hereticorum excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes ut, postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur, si tabellio instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti sed cum auctore dampnato dampnentur. Et in similibus idem precipimus observari*".

Ex quibus verbis elicitur quod credentes de quibus hic fit mentio pena hereticorum sunt minime puniendi. Ex quo videtur patenter inferri quod credentes quorum pena hic taxatur non sunt heretici iudicandi, quia si essent heretici pena hereticorum essent merito percellendi. Et ita videtur aperte ostendi quod aliter accipitur nomen 'credentium' in

68 Extra…69 1o] X. 5. 7. 13 col. 1683

60 ei] rei Fi An **61** tamen] etiam Fi An **64** reputantes] repugnantes We (*corrected to* "reputantes" *by* We^2 *in mg.*) **66** sint] sunt Ly **68** taxatur] texatur We **69** cum dicitur] 9^r Bb Fi An **71** subiacere] d' sb'iacere^9 Bb subiaci Fi An | ut] *omitted* Ly | quis] quilibet Ww | fuerit] fuit Fi **73** nec] non We | ad] *omitted* Ly **74** aliquos] alios Bb Fi An | ad^2] *omitted* Ly **76** nec] *omitted* An **77** accedat] accedit Bb | ipsi] sb' st' *added* An **79** extiterit] existit Bb Fi An | sententia] sententiam We sententie Ly | obtineat] obtineant Ly **80** perferantur] proferantur Fi An | fuerit] fu^t Bb fuit Fi **81** eius] Ly: *omitted* Bb Fi An We **85** elicitur] colligitur Ly **86** mentio] sermo We (*cancelling initially scripted* "mentio") **89** percellendi] procellendi An

isto capitulo et in capitulo eiusdem tituli *Excommunicamus* 2º, ubi credentes heretici iudicantur. Hic autem non reputantur heretici. Patet ergo hic qua pena credentes qui dampnabiliter reputant papam esse catholicum, qui tamen est hereticus, sint plectendi.

Verumptamen circa penas credentium et aliorum in prescriptis verbis taxatas sunt diverse opiniones. Una est quod credentes, receptatores, defensores et fautores hereticorum ipso facto sunt solumodo excommunicationis sententia involuti. Et si nunquam nominatim a prelatis ecclesie fuerint denuntiati excommunicati alias penas non incurrunt. Sed si fuerint denuntiati nominatim excommunicati incurrunt eas penas post annum si satisfacere contempserint infra annum.

Alia est opinio quod omnes predicti omnes alias penas ab excommunicatione post annum incurrunt si satisfacere infra annum contempserint, sive fuerint nominatim denuntiati excommunicati sive non.

Discipulus: Dixisti secundum unam opinionem de illis qui reputant papam hereticum esse catholicum quia nolunt scire vel non curant scire eum esse hereticum. Nunc dic de illis qui putant papam hereticum esse catholicum, qui tamen non contempnunt scire.

Magister: Breviter respondetur quod si sint aliqui qui nesciunt papam esse hereticum et ignorantia eorum non est affectata neque crassa et supina, quia in nullo resisterent illis qui eos vellent de perfidia pape heretici informare sed parati essent eos audire, non sunt pena aliqua feriendi propter hoc nisi in aliquo alio delinquere convincantur. Ignorantia enim talis eos excusat.

Capitulum 12

Discipulus: Supra recitasti opinionem dicentem quod volentes perfidiam pape heretici declarare debent audiri, et

---

92 ubi] X. 5. 7. 15 col. 1686

---

91 capitulo[1]] 1º *added* Ly | eiusdem tituli] *omitted* Fi **97** prescriptis verbis] scripturis Ly scriptis verbis An | taxatas] We: taxatis Bb Fi An Ly **101** excommunicati] excommunicato An **102** Sed…103 annum] *omitted* Ly **103** eas] eis Bb **107** nominatim…108 non] Ba Fr: denuntiati sive non excommunicati Bb Fi An Ly denuntiati excommunicati sive denuntiati non fuerint We Vc **112** hereticum] catholicum *added* Bb hereticum…catholicum] esse hereticum An Ly **114** Breviter] *omitted* Ly | sint] sunt Bb **117** qui eos] *omitted* An **119** convincantur] convincatur An **120** eos] *omitted* An

quod nolentes eos audire, credentes papam hereticum esse catholicum, sunt excommunicationis sententia involuti. Nunc autem dic an talibus volentibus perfidiam pape heretici declarare fides debeat adhiberi.

Magister: Una est assertio quod talibus minime est credendum, quod probatur primo sic. Illud non debet quis facere quod sacra pagina reprehendit. Sed fidem adhibere narrantibus aliquid sinistrum de alio sacra pagina reprehendit. Ecclesiastici enim 19 sic scribitur: "*Qui credit cito levis corde est et minorabitur*". Ergo homo non debet credere referentibus et narrantibus papam esse hereticum.

Item, minus credenda sunt mala que referuntur de aliquo quam bona, quia unusquisque pronior esse debet ad iudicandum bene de proximo quam male. Sed bona relata de aliquo non statim sunt credenda. Unde et regina Saba cum multa excellentia audisset de Salomone, laudabiliter dixit ad Salomonem ut legitur 3 Regum 10: "*Verus est sermo quem audivi in terra mea super sermonibus tuis et super sapientia tua: et non credebam narrantibus michi, donec ipsa veni et vidi oculis meis, et probavi quod media pars michi nunciata non fuerat*". Ergo multo magis non debet quis credere narrantibus mala de aliquo. Et ita referentibus perfidiam pape heretici minime est credendum.

Tertio sic. Illud quod dissuadetur in scriptura divina minime est agendum. Sed credere narrantibus sive bona sive mala dissuadetur in scriptura divina. Ergo non debet quis fidem narrantibus adhibere, et per consequens referentibus papam esse hereticum fides est nullatenus adhibenda. Maior est manifesta quia nichil dissuadetur in scriptura divina nisi peccatum, quod catholicus minime facere debet. Minor diversis auctoritatibus scripture divine videtur posse aperte probari. Ecclesiastici capitulo 19 sic scribitur: "*Non omni*

Capitulum 12,12 Ecclesiastici…19] Ecclesiasticus 19:4 **20** 3…10] 3 Kings 10:6-7 **35** Ecclesiastici…19] Ecclesiasticus 19:16

Capitulum 12,8 est[2]] *omitted* An **10** Sed…11 reprehendit] *omitted* Bb **11** alio] aliquo Ly **12** enim] *omitted* Ly | 19] ubi *added* Ly **16** pronior] promptior We **18** et] cum We **19** audisset] audivisset Fi Ly | de] *omitted* Bb | laudabiliter…20 Salomonem] *omitted* An | dixit] dicit Ly **20** 10] 18 We **22** ipsa] Ly: *omitted* Bb Fi An We **23** quod] quia An **25** perfidiam] We: *omitted* Bb Fi An Ly | pape…26 heretici] papam esse hereticum Ly **27** Tertio] Secundo Ly **28** bona] fide *added* Bb **29** quis] quilibet Ly **35** capitulo] capituli We *omitted* Ly | 19] 9 Bb

verbo credas". Et Ieremie 12 legitur: "*Ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona*". Et Michee 7: "*Nolite credere amico*". Et 1 Iohanne 4: "*Nolite omni spiritui credere*". Ex quibus aliisque quam pluribus colligitur quod credere narrantibus dissuadet scriptura divina. Quare licet aliqui narrent quod papa est hereticus eis nullatenus est credendum.

Quarto sic. Nullum crimen est credendum de aliquo antequam ordine iudiciario observato probatum extiterit. Sed per solam narrationem illorum qui asserunt papam esse hereticum crimen heresis de papa secundum ordinem iuris minime est probatum. Ergo talibus referentibus papam esse hereticum fides debet nullatenus adhiberi. Minor ut videtur probatione non indiget quia absque iudice nichil secundum ordinem iuris ostenditur. Maior per sacros canones videtur aperte probari. Nam ut legitur 30 q. 5 c. 9, Victor papa ait: "*Quamvis enim vera sint, non tamen credenda sunt nisi que manifestis indiciis comprobantur, nisi que manifesto iudicio convincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur*".

Item, Evaristus papa, ut legitur causa et questione predictis c. *Nullum*, ait: "*Mala itaque audita nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam credat; sed ante audita diligenter inquirat, ne precipitando quidquam aliquis agat*".

Item, Gregorius, ut habetur 11 q. 3 c. *In cunctis*, scribens Constantino Mediolanensi episcopo, ait: "*De vestra igitur sanctitate absit a christianorum iudicio ea, que maledicorum*

---

36 Ieremie 12] Jeremy 12:6 **37** Michee 7] Micheas 7:5 **38** 1…4] 1 John 4:1 **50** 30…9] *Dictum Gratiani post* C. 30 q. 5 c. 9 *at* col. 2077 **55** c Nullum] C. 30 q. 5 c. 10 col. 2077 **59** 11…cunctis] C. 11 q. 3 c. 52 col. 1243

---

36 Et] *omitted* Bb | Ne] Ly: Non Bb Fi An We **38** Et 1] *garbled* Bb 1] *omitted* Ly | Nolite] enim *added* Ly **39** quam] *omitted* We **42** Quarto] Tertio Ly | aliquo] alio Fi An We **44** per] propter We **48** nichil…49 ostenditur] vel non secundum ordinem iuris (=Ly Vg) nullus debet condempnari (*added* Vg^2 Ly) Ly Vg/Vg^2 **49** sacros] sanctos Ly **50** aperte] posse *added* Ly | 9] Incerta Bb Fi An We 1 § Incerta Ly Victor] *omitted* Ly **54** Item…papa] Idem narrat Sixtus (Evaristus Vg) papa qui Ly Vg/Vg^2 | ut legitur] nec Bb **55** moveant] moneant An **56** quisquam] We: quisque Bb Fi An Ly | umquam] nunquam Ly **57** diligenter] dili^{t} An | diligenter inquirat] diligit et querat Fi | ne] nec Ww **58** quidquam] quisquam We **59** Gregorius] Augustinus Ww | 11] We: 2 Bb Fi An Ly | scribens] *omitted* Ly **60** Constantino] Constantio (*i.e.* Constantīo?) Fi | episcopo] archiepiscopo We **61** sanctitate] aliquis *added* Fi An | maledicorum] maledictorum An

hominum rumoribus conficta credimus, in qualicunque modulo suspicionis adduci, quia ex sacri eloquii testimonio tenemus, ut maiora mala cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant, sed probata citius ulcisci.(Et infra:) Hec igitur dixi, ut nimie esse levitatis ostenderem, si quis mala gravia credere studeat que probari non possunt".

Item, Gregorius, ut legitur dis. 86 c. *Si quid*, ait: "*Si quid vero de quocunque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita, sed presentibus senioribus ecclesie tue diligenter est veritas perscrutanda*". Et eadem sententia sub eisdem verbis habetur Extra, *De simonia* c. *Licet Heli*.

Item, Augustinus in epistola ad Vincentium, ut habetur 23 q. 4 c. *Quam magnum*, ait: "*facta nocentium que innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt non coinquinant quemquam*".

Ex quibus aliisque quam pluribus videtur aperte probari quod mala de aliquo credi non debent antequam secundum ordinem iuris manifeste probentur, et per consequens referentibus extra iudicium papam esse hereticum minime est credendum.

Discipulus: Videtur quod iste ultime auctoritates non faciunt ad propositum, quia loquuntur solum de iudicibus et prelatis qui non debent credere ea que deferuntur ad ipsos antequam probentur aperte. Cum hoc tamen stat quod alii debeant credere hiis que de perfidia pape heretici nuntiantur.

Magister: Hoc videtur irrationabiliter dictum, quia illi qui levius decipi possunt non debent esse promptiores ad credendum narratis quam alii. Sed alii quam iudices et prelati

---

68 dis…quid] D. 86 c. 23 col. 551 **73** Extra…74 Heli] X. 5. 3. 31 col. 1628 **76** 23…magnum] C. 23 q. 4 c.10 col. 1721

---

62 rumoribus] rationibus Bb Ly **63** quia] *omitted* Ly | ex] *omitted* Bb Fi An We et Ly | eloquii] eloqui An | testimonio] testimonium Ww **64** ut] nec Fi | mala] maiorum Fi We ma^{orum} Bb An malorum Ly **66** ostenderem] ostenderet Fi | quis] qui Ly **67** studeat] studant Bb studeant An Ly **68** 86] 96 Ww | quid] quis Bb Fi An **73** Extra…74 Heli] *In* **We** scriptor 15us *began his copywork with these words* (fo. 155r line 1) *rescripting* "Extra *De simonia*" (*initially included in the fo. 154r endtext and then scripted once more as a gathering shift indicator by* scriptor 14us *at the bottom right of* fo.154v.) **74** simonia] simonie Ly Heli] Hilii We **76** que] quia An **77** demonstrari] demostrari We **78** possunt] possint We | quemquam] *omitted* Bb Fi An **82** papam…84 Videtur] *omitted* Fi **91** narratis] narranti Ly

levius decipi possunt quia minorem peritiam et experientiam rerum habent quam iudices et prelati. Ergo multo minus debent credere huiusmodi relationibus antequam clare secundum iudiciarium ordinem sint probate.

Capitulum 13

Discipulus: Quamvis prescripta assertio videatur bene fundata, tamen peto ut assertionem contrariam recitare digneris, et eam fulcire nitaris.

Magister: Tenentes assertionem contrariam variis modis reputant distinguendum. Quorum prima distinctio accipitur ex glosa dis. 86 c. *Si quid*, quod duplex est credulitas: una que spectat ad iudicem, alia que spectat ad socios. Credulitas que spectat ad iudicem est illa secundum quam iudex debet proferre sententiam. Credulitas autem que spectat ad socios est illa qua quis extra iudicium credit socio.

Secunda distinctio est quia aut referentes perfidiam pape heretici vel quodcunque crimen alterius fuerunt antea providi, discreti, et bone fame, aut fuerunt criminosi et male fame.

Tertia distinctio est quia aut narrant tantum secundum famam aut secundum certam scientiam.

Quarta distinctio est quia, si referentes sunt criminosi et male fame, aut ad assertionem relationis sue adducunt aliqua legitima documenta, aut nulla.

Quinta distinctio est quia aut referunt notoria, aut illa que non sunt notoria que tamen probari possunt.

Iuxta has distinctiones tenent isti septem conclusiones. Quarum prima est quod, loquendo de credulitate que spectat ad iudicem, nullus debet credere referentibus papam esse hereticum nisi sit notorium vel iudiciario ordine observato probatum.

Capitulum 13,7 glosa] D. 86 c. 23 col. s.v. non credas

---

92 minorem] mi^{re} An **93** prelati] Si ergo iudices et prelati [“Si ...prelati” *omitted* We, “iudices et” *omitted* Ba] non debent credere his que narrantur de quibuscunque antequam probentur *added* We Vc Ba | Ergo] *omitted* We | multo] *omitted* Ly | minus] alii *added* We **95** sint] sunt Fi probate] probata We **Capitulum 13,2** videatur] videtur Ly **4** eam] eque *added* Ly **7** accipitur] sumitur Ly | 86] 96 Fi 65 Ly | quid] quis Ly | quod] quia We **10** autem] *omitted* Bb Ly **11** socio] socios Bb **12** distinctio] differentia Bb Fi An | aut] cē (?) *added* Bb Fi An **13** fuerunt] fuerint We | antea] We: ante Bb Fi An Ly | providi] et *added* Ly **14** et^1] *omitted* Bb | fuerunt] fuerint We fures Ly | fame^2] nfāē (=infamie?) Bb **18** assertionem] sertionem We | aliqua] alia Ly **23** est] hec *added* Fi An **24** nullus] non Fi

Secunda conclusio est quod, loquendo de credulitate que est inter socios, secundum quod unus socius extra iudicium credit alteri, nullus tenetur credere uni soli, cuiuscunque fame vel opinionis existat, asserenti papam esse hereticum.

Tertia conclusio est quod uni soli bone fame et opinionis referenti per certam scientiam papam esse hereticum potest quis credere absque peccato, licet ei credere minime teneatur.

Quarta conclusio est quod pluribus honestis et discretis referentibus per certam scientiam papam esse hereticum tenetur quis credere.

Quinta conclusio est quod referentibus providis et honestis per famam publicam papam esse hereticum debet quis credere.

Sexta conclusio est quod quibuscunque criminosis adducentibus legitima documenta quod papa est hereticus est credendum.

Septima conclusio est quod quibuscunque criminosis vel male fame, si non declaraverint per legitima documenta papam esse hereticum minime est credendum.

Discipulus: Si prolixe istas septem conclusiones nitaris ostendere librum nimis prolixum efficeres. Ideo circa eas succincte procedas.

Magister: Prima conclusio per auctoritates allegatas capitulo precedenti pro assertione contraria sufficienter videtur esse probata. Nam auctoritates ultime asserunt manifeste quod iudex non debet credere hiis que dicuntur nisi probentur, hoc enim, non debet reputare sententiam super his que obiciuntur esse ferendam antequam sint aperte probata. Quod intelligendum est de illis que non sunt notoria sibi et aliis. Et ideo quicunque esset iudex pape heretici non deberet contra eum diffinitivam ferre sententiam antequam convinceretur legitime vel esset confessus, nisi esset

---

46 Si…48 procedas] PP*

---

29 cuiuscunque…31 soli] *omitted* We **30** asserenti] asserens Ly **31** est] *omitted* Ly **33** teneatur] tenetur Bb teneretur Fi An **34** Quarta] Tertia conclusio est quod uni soli bone fame et opinionis referenti per certam scientiam papam esse hereticum potest quis credere absque peccato, licet ei credere minime teneatur. Quarta We **37** quod] *omitted* We **45** minime] We: non Ly *omitted* Bb Fi An **46** nitaris] niteris An We **47** circa…48 procedas] eas succincte probes Ly **49** auctoritates] autorites We | allegatas] in *added* Ly **51** auctoritates] autoritates We **53** enim] est Ly **54** sint] fuerunt An **55** sibi] similiter An Fi Ly | et] *omitted* Ly

notorium ipsum esse hereticum. In notoriis enim non est necesse ordinem iudiciarium observare.

Discipulus: Nunquid ille qui esset iudex pape heretici posset absque manifesta probatione in iudicio papam hereticum detinere vel aliter citra diffinitivam sententiam coartare?

Magister: Respondetur quod tanta et talis posset fieri iudici fides extra iudicium de perfidia pape heretici et ingerente per eum periculo, quod iudex ante causam iudicialiter captam posset papam hereticum detinere. Quod probatur sic. Eque vel magis potest iudex detinere illum de quo est sibi facta fides extra iudicium, qui maiori et periculosiori ac perniciosori crimine alligatur, quam alium de minori solum sibi suspectum, quia fides de maiori crimine magis debet movere iudicem ad detinendum criminosum quam sola suspicio de minori. Sed iudex potest detinere illum qui de minore crimine, et minus periculoso quam sit crimen heresis, est sibi suspectus. Ergo multo magis potest detinere papam hereticum de quo est sibi facta fides certa extra iudicium quod est hereticus, et quod intendit fideles avertere a fide orthodoxa.

Maior probatione videtur minime indigere. Minor aperte probatur auctoritate Alexandri 3ii qui, ut habetur Extra, *De deposito* c. 1, mandavit ut furem suspectum iudices vel legati sub questione ad rationem ponerent etiam, si oporteret, vinculis alligatum donec reddere compelleretur pecuniam.

---

81 Extra…82 1] X. 3. 16. 1 (*Gravis*) col. 1119

---

59 ipsum] eum We | est] *omitted* We **62** posset] potest Ly | absque] *omitted* Bb | manifesta] *omitted* Fi An **63** detinere] *gap* Fi | citra] circa Ly | sententiam] *omitted* Ly **66** fides] fidens We **67** ingerente] inguente We de imminente Ly | ante] *omitted* We | causam] sententiam Ly **69** potest] post We **70** et] *omitted* We **71** perniciosori] pernitiasiori We | alium] illum qui We **72** minori] crimine *added* We sibi] *omitted* Ly | suspectum] Ly: suspecto Bb Fi An suspectus We suspectum vel suspecto Vg (Vg^2 *cancelled* "vel suspecto") | maiori] magori We **74** de] crimine *added* We | potest] post We | illum] ipsum We **75** minore] minori An Fi Bb | periculoso] periculosiori Ly **76** heresis] heresim Bb | sibi] ei Ly | potest] post We | detinere] detineri We **78** et] *omitted* Ly **80** probatione…aperte] *omitted* Ly indigere] indingere We | aperte] *omitted* Vg **81** probatur] minime indigere *added* We | Alexandri] assertione We | 3ii…82 furem] *omitted* Fi **82** deposito] oposito Bb | vel legati] delegati We | legati] alegati Fi **83** etiam] et We **84** compelleretur] compelletur Bb An

Ubi dicit glosa super verbo ‘questionibus’: “*Nota quod suspecti sunt torquendi et in vinculis detinendi*”. Ex quibus verbis insinuatur quod Alexander loquitur in casu in quo fur non fuit convictus sed suspectus tantummodo. Et ita solummodo suspecti possunt etiam in vinculis detineri.

Item, ex capitulo Karoli imperatoris, ut legitur dis. 19 c. *In memoriam*, sic habetur: “*Si vero, quod non decet, quilibet, sive sit presbyter sive diaconus, aliquam perturbationem machinando et nostro ministerio insidiando redarguatur falsam ab apostolica sede detulisse epistolam, vel aliud quid quod inde non venerit, salva fide et integra circa apostolicum humilitate, penes episcopum sit potestas utrum eum in carcerem aut aliam detrudat custodiam, usque quo per epistolam aut per idoneos sue partis legatos apostolicam interpellet sublimitatem, ut potissimum sua sancta legatione dignetur decernere quid de talibus iusto ordine lex romana statuat definire*”. Ex quibus verbis datur intelligi quod ante sententiam, et antequam sit certum aliquem esse falsarium, licite in carcere detinetur. Quod glosa super verbo ‘in carcerem’ aperte insinuat dicens: “*si certum est eum esse falsatorem dis. 50 c. Si episcopus et Extra, De crimine falsi c. Ad falsariorum. Sed ubi est dubium, sit quod hic dicitur*”. Et ita in casu suspecti solummodo licite detinentur. Quod etiam

85 glosa] *ibid.* col. 1120 s.v. questionibus **90** dis…91 memoriam] D. 19. c. 2 col. 105 **103** glosa] ibid. col. 106 s.v. in carcerem **105** dis… episcopus] D. 50 c. 7 col. 317 | Extra…106 falsariorum] X. 5. 20. 7 col. 1751

85 Ubi] Ut Bb Fi An | questionibus] questione Ww **87** insinuatur] patet Ly | Alexander] asser We | fur] *omitted* Ly **88** tantummodo] tantummo We **89** etiam] *omitted* Ly **90** legitur] *omitted* Ly **91** memoriam] memoria Fi Ly | habetur] hacetur Ly **92** aliquam] *omitted* We **94** detulisse] detulixe We | quid] *omitted* Ww **95** circa] apud Ww **96** episcopum] ipsum Ww | utrum] ut Ly **97** aut] in *added* Fi An We Ly | detrudat] deturbat Fi An **98** epistolam] episcopum Bb epm Ly **99** legatione] legatio Fi An **100** dignetur] dignaretur Fi decernere] Bb: discernere Fi An Ly detinere We et *added* Ww | iusto ordine] *omitted* Ww **101** statuat] We: stat Bb statuit Fi An Ly definire] diffinire Ww **103** in[2]] *omitted* Ww **104** est] *omitted* Ly esse] *omitted* Ly **105** falsatorem] falsarium Ww *gap* ponitur *added* Bb depenitur *added* Fi An deponatur *added* We deponitur *added* Ly | c[1]… episcopus] § epi. Bb Fi An | et] *omitted* Ww | falsi] falsarii We **106** Sed] Si We | sit] fit An | Et…107 solummodo] in casu qui tantum sunt suspecti Ly Vg[2]

Extra, *De rescriptis* ex literis innuitur manifeste. Et hoc obtinuit consuetudo iudicum infidelium et fidelium ecclesiasticorum et secularium. Ergo multo fortius si papa est hereticus, et suo iudici facta est fides de eius perfidia, etiam extra iudicium licebit eidem iudici, precipue si periculum viderit imminere, eundem papam hereticum etiam in vinculis detinere.

Discipulus: Contra hoc due occurrunt instantie. Prima est quod aliter tractandus est papa, quamvis efficiatur hereticus, quam alii in tanta dignitate minime constituti. Ergo licet alii criminosi crimine heresis irretiti valeant detineri, tamen papa est nullatenus detinendus. Secunda est quia licet papa efficiatur hereticus, tamen antequam degradetur et traditus fuerit curie seculari gaudet privilegio clericali, et per consequens absque excommunicationis vinculo nullus eum detinere valebit.

Magister: Iste instantie frivole reputantur. Unde ad primam dicitur quod, quia papa si efficiatur hereticus ipso facto tam iure divino quam iure humano est omni dignitate et auctoritate privatus, nullo gaudet privilegio ultra alios episcopos effectos hereticos. Imo videtur quod, quia si non sit alius papa quando papa est hereticus, non potest haberi recursus ad papam verum, quando autem papa manente catholico, si alii episcopi efficiantur heretici potest haberi recursus ad papam verum, oportet in hoc casu speciale aliquid observare circa papam hereticum, ut scilicet contra eum strictius et rigidius quam contra episcopos quando est papa catholicus per inferiores iudices procedatur, quia tunc non possunt habere recursum ad papam verum. Si vero papa

---

108 Extra…literis] The reference is unclear. Perhaps the argument was not completed in the autograph. Ockham may have had in mind a number of additional texts mentioned in the glosses to *Gravis* s.v. questionibus (X.3.16.1 col. 1120) **124** Magister] The relative awkwardness of the ensuing statements suggest that the paragraph was rewritten and left unpolished.

---

108 rescriptis…literis] Respon + *gap* + ex hiis We **109** infidelium] fidelium Ly | et fidelium] Vc: *omitted* Ww **113** viderit] videretur We eundem] *omitted* Ly | etiam] *omitted* We **114** detinere] detineri Ly **115** occurrunt] hoccurunt We **117** tanta…constituti] ecclesiastica dignitate constituti Ly **118** alii] aliquando Ly **119** est[2]] *omitted* We instantia *added* Ly | quia] quod Fi An Ly **122** excommunicationis] exq^{u}es Bb **127** privatus] et *added* Ly **128** quia] *omitted* Ly **130** verum] *omitted* We **131** catholico] catholicus Bb | haberi] *omitted* We **132** verum] vero Bb | casu] causu We **134** quando est] qui Bb

labente in heresi manifeste electores alium novum papam catholicum eligerent, videtur eodem modo procedendum per iudices inferiores papa circa papam hereticum et circa alios episcopos heretica labe respersos, nisi papa hereticus maiori uteretur potentia temporali. Tunc enim animosius et efficacius esset procedendum contra ipsum, quia ubi maius instat periculum ibi est fortius et plenius consulendum.

Ad secundam instantiam respondetur quod licet papa hereticus non careret omni privilegio clericali, non tamen propter hoc iudex eius vel alius auctoritate iudicis detinens ipsum sententiam excommunicationis incurreret, quia licet iudici et aliis auctoritate eius violenter clericos detinere (Extra, *De sententia excommunicationis* c. *Ut fame).*

Discipulus: Illa decretalis non loquitur nisi de laicis, qui auctoritate prelatorum possunt capere clericos violenter. Ergo saltem nullus laicus sive sit rex vel princeps vel alius valet capere papam hereticum absque sententia excommunicationis.

Magister: Respondetur quod hoc generale est quod omnis superior habens iurisdictionem coactivam potest subditum detinere et capere absque sententia excommunicationis. Et ideo, quia reputant se sufficienter probare quod in casu laici habent iurisdictionem coactivam super papam hereticum, de qua probatione visum est libro sexto, ideo dicunt quod in casu possunt laici etiam absque auctoritate clericorum violenter papam hereticum detinere et in vinculis custodire. Cum vero dicis quod decretalis allegata non loquitur nisi de laicis qui auctoritate superiorum possunt absque excommunicationis sententia clericos detinere, respondetur quod in illa decretali unus solummodo casus excipitur in quo licet laicis in clericos manus inicere violentas, cum quo stat quo multi alii casus excipiuntur. Et ita

---

149 Extra…fame] X. 5. 39. 35 col. 1907 **158** quia…161 ideo] PP* **161** possunt…163 custodire] marginal note in **Vc** fol. 112rb: **de Johanne 23 patet** (*i .e. the arrest of the Pisan Pope John XXIII in 1415*)

---

137 heresi] heresim Bb | manifeste] manifestam Ly **138** eligerent] eligent Bb elegerint Ly | videtur] videretur Fi **139** circa[2]] contra We **142** esset] *omitted* We **143** instat] existat Bb **144** licet] *omitted* We **145** hereticus] *omitted* An | careret] caret An We **152** vel[1]] sive Ly **156** potest] post We **158** Et] *omitted* Fi An **159** habent] haberent Fi **165** excommunicationis] *omitted* An **166** respondetur] *garbled* We **167** quo] *omitted* We **168** violentas] violantas We | excipiuntur] excipiantur Ly

potest quis laicus in casu in papam hereticum absque excommunicationis sententia manus inicere violentas.

Discipulus: Miror quod cum nulla lex loquitur de papa heretico, isti ita intrepide de punitione pape heretici loqui presumunt, cum ubi leges deficiunt oportet ad conditorem legum recurrere. Aliter enim liceret cuilibet in tali casu ubi leges deficiunt ad sensum suum recurrere, et proprie inniti prudentie, contra illud Proverb. 3 : "*ne inniteris prudentie tue*".

Magister: Respondent quod ubi aliquid est necessario agendum, si leges positive deficiunt quia in tali casu generali et singulari nulla lex specialis est edita, nec potest convenienter absque periculo haberi recursus ad conditorem legum (in scripturis divinis, ratione et industria naturali ac rationali scientia precellentem), recurrendum est ad peritos in predictis et in legibus, si possunt haberi. Si autem iudex est in omnibus supradictis sufficienter instructus ipse suo sensu uti potest in casu tali. Et ideo quia de papa heretico leges non sunt condite speciales, ubi papa esset hereticus et ex eius perfidia periculum fidei immineret, et non esset papa catholicus ad quem posset convenienter haberi recursus, alii iudices inferiores, scripturis divinis et iuri naturali innitendo, ipsum deberent debite corrigere.

Discipulus: Secundum ista magis esset innitendum in casu isto theologis et in philosophia et scientia morali peritis quam iuristis.

Magister: Hoc nonnulli concedunt, dicentes sicut tactum est prius quod ubicunque emergit dubitatio inter iuristas que per aliquem legem expressam solvi non potest, ad

---

176 Proverb 3] Proverbs 3:5 **195** sicut…196 prius] PP*. Cf. 1 Dial. 1.14

---

169 potest] post (*continuous such abbreviation by scriptor 15us*) We quis] aliquis Ly **170** sententia] *omitted* An causa vel sententia Ly violentas] violatas We **171** cum] illud Fi An **172** ita] *omitted* An intrepide] trepide We turpiter Ly **173** ubi] *omitted* We | oportet] oporteat We **174** liceret] licet Fi An | tali] *omitted* We **176** inniteris] initaris Fi We **178** Respondent] Respondetur Ly **179** positive] potissime Ly | casu] cāīs Bb | generali] speciali We **182** ac] hac We **183** rationali] rationabili Ly **184** in[2]] *omitted* Ly **185** supradictis] predictis Ly scrituris We | sufficienter] subficienter We *omitted* Ly **186** potest] postrit We **187** condite] edite Ly | ubi] We: ut Bb Fi An quando Ly | ex] *omitted* We **188** fidei] *omitted* Ly **190** scripturis] scriptis Ly | et] *omitted* Bb Fi An **191** deberent] debent We Ly corrigere] coercere We **192** esset] *omitted* An **193** et[1]] *omitted* We in] *omitted* Bb Fi An | morali peritis] morarali peritos We **195** dicentes] We: di Bb .di. Fi *gap* An *omitted* Ly

theologos et philosophos est ultimo recurrendum, ad quos spectat (si fuerint precellentes, licet nulllum gradum honoris in theologia et philosophia habuerint) de legibus quibuscunque profundius et certius, licet non semper promptius, iudicare quam ad iuristas, nisi iuriste in aliis scientiis fuerint excellentes.

Capitulum 14

Discipulus: De hoc disputatum est libro primo. Ideo convertas te ad secundam conclusionem in principio capituli precedentis propositam.

Magister: Secunda conclusio ibi proposita est hec. Loquendo de credulitate extra iudicium secundum quod unus socius credit alteri, nullus tenetur credere uni soli cuiuscunque fame aut opinionis existat narranti papam esse hereticum. Hoc videtur sic posse probari. Nullus tenetur credere alium esse malum antequam probetur. Ergo nullus tenetur credere papam esse hereticum antequam probetur esse hereticum. Sed relatio unius nichil probat. Ergo propter relationem unius nullus tenetur credere papam esse hereticum.

Discipulus: Istam conclusionem nolo discuti amplius, quia satis apparet michi certa. Ideo tertiam conclusionem probare nitaris.

Magister: Tertia conclusio est quod uni soli bone fame et opinionis asserenti papam esse hereticum potest quis credere absque peccato, licet sibi minime credere teneatur. Que videtur sic posse probari. Si duo equalis fame et opinionis sibi contrariantur circa idem, licet alii credere cui vult illorum. Sed possibile est quod papa et aliquis alius apud eundem eiusdem fame et opinionis quo ad veritatem et bonitatem vite existunt. Ergo si unus se gerit pro papa catholico et alius dicit eum esse hereticum, licet alii apud quem equalis fame et opinionis existunt credere cui illorum

---

Capitulum 14,2 De…Ideo] PP*

---

198 philosophos] *omitted* We **199** honoris] *omitted* Ly **201** semper] *omitted* Ly **Capitulum 14,3** secundam] *omitted* Ly **4** propositam] appositam Bb **5** ibi] *omitted* Bb | ibi proposita] in proposito Ly **9** probari] et *added* We **11** antequam…14 hereticum] *omitted* Bb esse[2]…12 hereticum] *omitted* Ly **22** alii] alli We alicui Ly **23** vult] voluerit We **24** eiusdem] *omitted* We **25** vite] vita We | existunt] existant We | gerit] geret We **26** alii] ei Ly

voluerit. Et ita licet sibi credere asserenti papam esse hereticum.

Item, frustra alicuius peccatum alteri revelatur nisi liceat illi cui revelatur credere revelanti. Sed peccatum alicuius etiam occultum licite in secreto alteri qui potest prodesse et non obesse revelatur, imo nonnunquam revelari debet. Ergo licet illi cui revelatur credere revelanti, et per consequens si aliquis etiam in secreto revelat alii perfidiam pape heretici, licet credere revelanti.

Discipulus: Hec ratio in uno falso fundari videtur, quod videlicet licet alicui revelare peccatum alterius occultum. Quod tamen esse illicitum multis modis videtur posse probari.

Primo quidem quia proditionem facere nulli est licitum. Sed revelare crimen occultum est proditionem facere, teste Augustino qui, ut legitur 2 q. 1 c. *Si peccaverit*, ait: "*Quia enim secretum fuit quando in te peccavit , secretum quere cum corrigis quod in te peccavit. Nam si solus nosti quia peccavit in te et eum vis coram omnibus arguere, non es correptor sed proditor*". Ergo nulli licet peccatum occultum alicuius alteri revelare, quia sicut contingit prodere aliquem multis ita contingit prodere aliquem uni soli. Si igitur ille est proditor peccati occulti qui multis revelat, ita etiam est proditor qui uni soli revelat.

Item, quod fidelitati repugnat nulli est licitum. Sed revelare peccatum alicuius occultum fidelitati repugnat, teste Salomone qui Proverb. 11 ait: "*Qui ambulat fraudulenter, revelat archana: qui autem fidelis est animi, celat amici commissum*". Ergo nulli licet peccatum proximi alteri revelare.

Item, non solum est detractor qui falsum dicit, sed etiam qui peccatum revelat occultum. Sed nulli licet verba

---

43 2…peccaverit] C. 2 q. 1 c. 19 col. 829 **54** Proverb 11] Proverbs 11:13

---

31 illi] *omitted* An **33** revelari] revelare Bb An Ly **34** illi] *omitted* Ly **35** in] *omitted* Fi | revelat] revelet Ly **37** ratio] responsio Fi An **38** alicui] alicuius Fi An **39** illicitum] in licitum We **43** Augustino] Augustinus Bb | Si] Qui We **44** quere…45 cum] quoque sit quando tu Ly **45** corrigis] corriis We | quod] quia Ly | si] *omitted* We **46** et] *omitted* Ly | es] eris Ww **47** correptor] erroris *added* We | nulli] non Ly **48** contingit] contigit Ly **49** contingit] convenit Ly **50** etiam] *omitted* Ly **52** repugnat] repugat We **53** alicuius] alicuis We **54** 11] 2 We Ly **55** animi] *omitted* Ww **56** nulli] non Ly **59** nulli] non Ly

detractoria loqui. Ergo nulli licet crimen occultum alicuius alteri revelare. Ex quo patenter infertur quod nulli licet perfidiam pape heretici alteri revelare si est occulta. Quare si quis perfidiam pape heretici occultam alteri revelare presumit, peccat mortaliter. Et ille cui revelat secreto debet ipsum reputare peccare mortaliter. Quare ipsum pro criminoso in corde suo debet habere, et per consequens ipsi credere nullatenus debet, quia criminoso nunquam est credendum.

Hec sunt que movent me ad tenendum quod nullus debet credere asserenti secrete papam esse hereticum. Porro quia non solum assertiones veras sed etiam falsas debemus audire (per ipsas enim nostra excitantur ingenia, iuxta sententiam Sapientis), ideo pro assertione contraria satage allegare.

Magister: Sunt quidam dicentes quod licet non debeat quis passim crimen alicuius occultum alteri revelare, tamen in casu, quando quis per certitudinem (non solummodo per famam) scit aliquem crimen aliquod comisisse vel etiam velle committere, licet sibi non omnibus sed alicui revelare secrete. Et ideo, si papa perfidia heresis est respersus et intendit christianos a fide avertere orthodoxa, licet unus solus sciret, sibi liceret alicui principi aut regi vel alteri qui posset prodesse et non obesse crimen et intentionem pape malvolam revelare.

Quod enim liceret crimen alicuius occultum alteri revelare Augustinus videtur asserere, qui in regula sua docet quod peccatum fratris "*prius preposito debet ostendi*" quam testibus. Ergo licet alicui crimen fratris occultum preposito revelare.

---

70 Porro…74 allegare] Possibly originally composed prior to the text of 1 Dial. *Prologus* **72** iuxta…73 Sapientis] Aristotle, *Topica*, VIII, 14 **86** in…docet] Augustinus Hipponensis, *Regula ad servos Dei*, paragraph 7 (*de fraterna correctione*), PL, t.32, col. 1381

---

60 alicuius] alicuis We **61** alteri] alterius Ly **62** si[1]…occulta] occultam si est We | Quare] Quia An Ly **63** alteri] *omitted* Ly **64** secreto] secrete Bb **67** debet] dr (dicitur?) We **68** credendum] Et *added* We **70** Porro] Porra We **71** veras] varias We | debemus] debeam Ly **72** excitantur] exercitantur Fi **77** certitudinem] c'ctai[nem] (*garbled*) We **78** aliquem] ad Fi aliquod An | aliquod] aūt (autem?) We **79** revelare] relatere We **81** christianos] ex- (*with an* '^^' *on top of the* x) -nos Bb (=externos?) **83** malvolam] malivolam Fi An Ly **85** liceret] licerat We licet Ly **86** qui] *omitted* An | regula sua] reula We **87** peccatum] peccata We **88** alicui] alteri Ly

Item, vir christianus Christum debet in suis operibus imitari. Sed Christus crimen et intentionem perversam Iude occultum non solum uni sed etiam pluribus revelavit, cum dixit de ipso Marci 14: "*Unus ex duodecim, qui intinguit (mecum) manum in cathino (tradet)*" (supple "*me*"). Et Ioh. 13 sic legitur Christus dixisse apostolis: "*Amen, amen dico vobis quia unus ex vobis tradet me*". Et sequitur: "*Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem dedit Iude Simonis Scariote*". Ergo licet peccatum alicuius occultum aliis revelare.

Discipulus: Per istam rationem probaretur quod liceret non uni soli sed etiam omnibus revelare peccatum alicuius occultum, quia Christus non uni soli sed omnibus aliis apostolis peccatum Iude revelavit.

Magister: Respondent quod peccatum alicuius occultum non solum uni sed etiam multis revelare licet, quia omnibus illis qui possunt prodesse et non obesse. Hinc est quod quia omnes apostoli preter Iudam erant tales quod poterant prodesse et non obesse, ideo omnibus Christus revelavit peccatum Iude. Et hanc rationem videtur innuere glosa 2 q. 1 c. *Si peccaverit*, que, super verbo 'proditor' obiciens, ait: "*Sed nonne Dominus prodidit crimen Iude cum dixit 'qui intingit manum mecum'*" etc. Et post respondens ait: "*Responde illi quibus dicebatur poterant tantum prodesse*".

---

93 Marci 14] Mark 14:20, 18. Cf. also Matthew 26:23: "*qui intinguit mecum manum in parapside hic me tradet*" **94** Ioh…95 13] John 13:21 **96** sequitur] John 13:26 **110** glosa] C. 2 q. 1 c. 19 col. 830 s.v. sed proditor

---

90 vir] vl'r Fi An verus Ly **92** etiam] tamen Bb | pluribus] ulibus Fi revelavit] revevelavit Ly **93** dixit] d^{t} Fi | Marci] Mc Bb Matthei Fi An | intinguit] intingit Bb Fi An Ly intangit We **94** tradet…me] me tradet Ly **95** 13] 12 Ly **96** quia] quod An Ly | sequitur] post *added* Bb p^{9} *added* Fi An We | est] autem We **97** ego] *omitted* Ww | intinctum] insinctum Fi instinctum An intintum We | cum] tamen An Ly intinxisset] intinxit sed Fi An intinxit Ly | panem^{2}] et *added* Ly **98** Scariote] Scariotis Ww | alicuius] licuius We alterius Ly **99** occultum] quia Christus non uni soli *added* An **100** quod] *omitted* Bb **101** soli] solum Ly **104** Respondent] Respondetur Ly **108** poterant] poterunt An | obesse] et *added* We | ideo] eis *added* We | Christus] *omitted* Ly **109** Iude] iuste Fi | Et] *omitted* Ly | rationem] responsponsionem (*sic*) We **110** proditor] proditos An promptior Ly **111** nonne] nunquid Ly | Dominus] *omitted* Bb **112** intingit] intinxit An **113** Responde] respondetur Ww | illi…prodesse] tantum poterant prodesse Bb An We tantum poterant Fi poterant prodesse Ly

Ex quibus verbis colligitur quod illis licet revelare crimen alicuius occultum qui possunt prodesse. Et ideo si multi sunt qui prodesse possunt, multis crimen occultum licite revelatur. Sed quia nunquam invenitur quod omnes possent prodesse et non obesse, imo multi obessent, ideo omnibus nunquam debet revelari crimen occultum quod probari non potest. Quare cum magna cautela est crimen cuiuscunque occultum alteri revelandum, quia nulli criminoso quantumcunque sit prelatus, nulli de quo sciens peccatum occultum suspicatur quod non sit constans in amore ad omnem proximum, amicum et inimicum, est pandendum peccatum occultum alterius, quia de omni tali dubitandum est an velit tantum prodesse et non obesse.

Discipulus: Ergo secundum ista subditus non tenetur revelare peccatum occultum fratris prelato suo etiam in secreto?

Magister: Conceditur, quando sciens peccatum occultum alterius cognoscit prelatum suum aliquando peccasse mortaliter etiam in secreto, vel dubitat eum velle etiam pro morte vitanda peccare mortaliter. Si autem subditus in conscientia sua reputat prelatum suum esse talem quod nec pro aliquo temporali commodo consequendo, nec pro morte corporali vitanda vellet peccare mortaliter, crimen occultum fratris posset prelato eidem revelare secrete. Et omni alii quem talem putat, si non decipitur, potest crimen occultum revelare, quia talis est ille qui potest prodesse et non obesse. Si autem alicui alteri aliter crimen revelat occultum, proditor et detractor est censendus, nec debet de peccato mortali aliqualiter excusari, nisi probabiliter credat quod revelando bono communi aut peccanti proficiat.

Capitulum 15

---

114 illis] illi We **118** possent] We: possint Bb Fi An possunt Ly **119** occultum] licite revelatur. Sed quia nunquam invenitur quod omnes possent prodesse et non obesse, imo multi obessent, ideo omnibus nunquam debet revelari crimen occultum *added dittography* Bb **121** cuiuscunque] alicuius Ly **127** subditus] We: discipulus Bb Fi An Ly **128** fratris] *omitted* Ly | etiam] *omitted* Ly **130** Magister…132 secreto] *omitted* Fi An **132** mortaliter] et *added* Ly | vel] etiam *added* An velle] nolle Ly **133** morte] mote We **134** talem] tale We **136** mortaliter] tunc *added* Ly **137** posset] post We | eidem] eundem We suo Ly **138** crimen] peccatum Ly **140** alteri aliter] Bb: a^{r} est Fi alteri est An aliter We alteri Ly **141** et detractor] *omitted* Bb **142** aliqualiter] aliter Ly **143** peccanti] peccatori Ly

Discipulus: Puto quod ista materia multas habet difficultates annexas que succincte dilucidari non possunt. Ideo ipsam usque ad tractatum De gestis circa fidem altercantium orthodoxam (in quo de detractoribus, impositoribus falsorum criminum, calumpniatoribus et proximorum diffamatoribus in particulari sollicite indagabo) censeo differendam. Nunc vero ad quartam conclusionem assertionis in capitulo 13º recitate accede.

Magister: Quarta conclusio ibi proposita est quod pluribus honestis et discretis referentibus per scientiam certam papam esse hereticum tenetur aliquis credere extra iudicium. Que videtur sic posse probari. In actibus humanis illud quod maiorem probabilitatem habet magis est credendum. Sed maiorem probabilitatem habet quod dictum multorum sit verum quam dictum unius. Cum ergo papa sit unus, licet ipse negaret se esse hereticum, si multi assererent ipsum esse hereticum, magis credendum esset multis quam pape heretico, et ita credendum esset papam esse hereticum.

Discipulus: Ista ratio nichil probat, quia nonnunquam plus credendum est uni quam multis.

Magister: Hoc si esset verum rationem prefatam minime impediret. Nam si plus creditur uni quam pluribus hoc non est precise propter maiorem dignitatem, quia quilibet in dignitate constitutus plurium testimonio potest convinci, quod non esset verum si ex hoc ipso quod aliquis est in maiori dignitate constitutus plus esset sibi soli credendum quam aliis multis. Ergo si est plus credendum uni quam multis hoc est vel quia meliorem rationem habet pro se, vel quia melioris vite, vel quia de causa est magis instructus, vel propter aliquam rationem consimilem. Si ergo papa non est melioris vite quam multi qui dicunt eum esse hereticum, nec

---

Capitulum 15,2 Puto…9 accede] PP* **10** Quarta conclusio] A similar argument (adjusted to debates between popes) was utililised by Francesco d'Ascoli at his 1341 Narbonne trial (cf. Baluze-Mansi, *Miscellanea*, II, p. 282a

---

Capitulum 15,2 habet] h'at We **3** que succincte] *omitted* Fi An succincte] subcincte We **4** circa] contra We **6** calumpniatoribus] calumpniantibus Ly **7** proximorum] diffamantibus seu *added* Ly **8** censeo] sentio Ly | censeo…9 assertionis] *omitted* Fi **9** in] *omitted* Ly **10** proposita] posita Ly **12** aliquis] quis We **13** Que] Quod An Ly **15** dictum] est *added* Fi An We **16** quam] quod *added* Ly | sit[2]] *omitted* Bb **17** assererent] asserent Fi An **19** esset] est Ly **20** nichil] Ly Vg[2]: non Bb ñ Fi An We **21** uni] ubi Fi **23** creditur] crederetur We credetur Ly **24** precise] precipue Ly **26** non] *omitted* We

magis literatus in scripturis divinis, nec in aliquo alio alios excedit nisi in sola dignitate papali et annexis dignitati, non est magis sibi credendum quam multis. Ergo si multi asserunt quod papa est hereticus est eis credendum.

Item, non minus est credendum aliquibus extra iudicium quam in iudicio. Sed multis in iudicio asserentibus papam esse hereticum esset credendum. Aliter enim nunquam papa posset convinci de heretica pravitate. Ergo multis asserentibus extra iudicium papam esse hereticum est credendum.

Discipulus: Ista ratio videtur peccare dupliciter. Primo, quia testes in iudicio sunt iurati, extra vero iudicium non iurant. Magis autem credendum est iuratis quam non iuratis. Ergo magis est credendum multis in iudicio quam extra iudicium.

Secundo, quia ad condempnandum papam non sufficeret duos testes adducere, cum presul non debeat dampnari nisi cum 72 testibus (2 q. 4 c. *Presul*). Ergo nec duobus asserentibus extra iudicium papam esse hereticum est credendum.

Magister: Non habes mentem asserentium conclusionem suprascriptam. Non enim intendunt quod quilibet audiens alios asserentes papam esse hereticum statim fides eis debeat adhiberi, sed volunt quod huiusmodi asserentes papam esse hereticum, antequam credatur eis, sunt cum maxima diligentia examinandi, utrum scilicet sint parati iurare illa que asserunt de papa esse vera, vel utrum possent ea apertis ostendere documentis, pro qua heresi dicunt papam esse hereticum, quomodo sciunt papam huiusmodi heresim affirmare, quomodo sciunt eum esse in sua heresi pertinacem.

---

50 2…Presul] C. 2 q. 4 c. 2 col. 863

---

33 alio] *omitted* We | alios] *omitted* Ly **39** enim] esset *added* Fi An (ess- *cancelled* An^2) | papa] papam We **40** posset] *omitted* We **45** quam…iuratis^2] *omitted* Bb **47** iudicium] et *added* We **48** papam] hereticum *added* We | sufficeret] subfficeret We **49** adducere] aduecere We | debeat] *omitted* We | dampnari] condemnari Ly **50** 72] 72^9 Bb Fi An | 4] 5 Bb Fi An **55** alios] aliquos Fi Ly **56** fides] fid'e We fidem Ly | adhiberi] adhibere Ly **58** cum] etiam Fi An **59** possent] possunt Ly **62** quomodo] quem Fi | pertinacem] pertinaciam We

Et tandem videtur expediens quod talibus asserentibus papam esse hereticum, antequam credatur eis, examinentur et exigantur iuramentum quod circa ipsum papam hereticum meram dicunt veritatem, ut forte non minus tales asserentes papam esse hereticum antequam credatur eis examinentur extra iudicium quam essent examinandi in iudicio, quamvis ad iurandum et alia facienda non debeant compelli extra iudicium sicut in iudicio compelli valerent.

Quibus rite factis credendum est eis extra iudicium sicut in iudicio crederetur, licet credulitas in iudicio aliquem alium effectum possit et debeat habere quam credulitas sola extra iudicium.

Hec maxime servanda sunt circa extraneos et ignotos, circa quos etiam est sollicite inquirendum cuius vite et opinionis extiterint, an etiam pro aliqua alia causa quam pro causa fidei habuerint occasionem male volendi pape.

Per hoc respondetur ad primam instantiam quam fecisti, quia ab asserentibus extra iudicium papam esse hereticum videtur ad maiorem cautelam debere exigi iuramentum.

Ad secundam videtur respondere glosa super preallegatum capitulum *Presul*, que querens ibidem: "*numquid contra papam duplicabuntur testes?*" respondet dicens: "*Non. Imo duo sufficiunt et in hoc est deterioris conditionis, quia ipse sine comparatione aliorum creatus est maior et ideo sine spe venie condempnandus est ut diabolus*". Dicunt tamen quod si duo testes soli apparerent papam de pravitate heretica accusantes, examinandi essent multum

---

63 Et…78 pape] Possibly adscripted at different times to the main point and not fully recoordinated prior to publication. (PP*) **82** glosa] C. 2 q. 4 c. 2 col. 863 s.v. Presul **87** diabolus] The reference (omitted by Ockham) is to De penitentia dis. 2 c. Principium [C. 33 q. 3 c. 45 col. 2295]

---

63 quod] a *added* We **64** antequam…et] *omitted* We | examinentur] extra iudicium *added* Ly **65** exigantur] exigant An Ly exiant We hereticum] plenam et *added* We **66** meram dicunt] manifestam dicant Ly | veritatem] ita *added* We **69** facienda] faciendum Bb An We **70** sicut] eis *added* We **71** sicut] eis *added* We **72** crederetur] creditur Ly **75** et] *omitted* Ly **76** etiam] *omitted* Ly **77** extiterint] existerint Bb Fi An | aliqua] *omitted* Ly **78** habuerint] habuerunt We **80** asserentibus] assertionibus We | esse] ex Fi **81** exigi] debitum *added* Fi **83** preallegatum] preallegatam We **84** contra] supra Fi An duplicabuntur] duplicantur Ly | testes] et infra *added* Ly | respondet] respondetur Fi An **85** est] credendum *added* We **86** sine] *omitted* Bb creatus] creata Fi **87** maior] *omitted* Ww | condempnandus] We: dampnandus Bb Fi An Ly **88** soli] tantum Ly | apparerent] apperent Fi apparent We

stricte, propter hoc quod papa, qui est positus quasi signum ad sagittam, habet multos offendere. Et sic etiam dicunt quod si quis audit duos viros sibi notos, bonos, sanctos et veraces, qui nec amore nec odio alicuius, nec timore nec cupiditate vellent alicui crimen imponere, asserentes se scire papam heresim manifestam et determinatam pertinaciter tenuisse, declarantes modum heresis et pertinacie, debet credere eis et reputare papam hereticum.

Discipulus: Quare dicunt isti quod asserentes papam esse hereticum examinandi sunt utrum ea que dicunt de papa possint apertis ostendere documentis?

Magister: Hoc dicunt propter hoc quod asserunt dupliciter posse aliquos perfidiam pape heretici declarare. Uno modo per testimonium proprium, si videlicet affirmant se audivisse papam asserentem pertinaciter heresim determinatam et apertam, vel etiam docentem heresim contrariam veritati catholice quam credere tenetur explicite. Puta, si dicunt se audivisse papam asserere quod fides christiana est falsa, vel quod Christus non est verus Deus, vel quod non fuit passus, aut aliquid huiusmodi, vel etiam si affirmant se audivisse papam pertinaciter asserere vel defendere quamcunque heresim scripture sacre adversantem.

Aliter possunt aliqui perfidiam pape heretici declarare non per testimonium proprium sed per legitima documenta. Puta, si ostenderent bullam pape in qua diffiniretur heresis manifesta, vel si ostenderent copiam talis bulle per regiones fidelium publicatam, vel etiam si ostenderent instrumentum vel scripturam auctenticam modum quo fuit papa convictus de pravitate heretica continentem.

---

90 quod papa] *omitted* An **91** offendere] effendere Fi **92** notos] quos probavit *added* We | sanctos] socōs Bb **94** crimen] *After this word, which completes* fo. 169vb, *the text of* **Bb** *continues at* fo. 165ra (*with* "imponere asserentes" *etc.*), falsum *added* Bb We | asserentes] asserente Bb **95** heresim manifestam] heresis manifesta We **97** papam] esse *added* Ly **99** utrum] an Ly **100** possint] possunt An Ly | apertis] aperte An | ostendere] astendere An **102** aliquos] alios Bb Fi An **104** audivisse] audissent We audisse Ly **109** quod] Christus *added* Ly **110** audivisse] audisse Ly | vel] *omitted* Bb **111** quamcunque] quantumcunque We Ly | scripture sacre] scriptura sacra We | sacre] sancte Ly **112** possunt] p^{t} Bb **113** non] *omitted* Ly **114** diffiniretur] diffinineretur We **115** manifesta] mac^{n}u^{s}lata We (^{n} *and* ^{s} *added above* "cu" *and* "ul" *during correction by same scriptor)* manifeste Ly copiam…116 ostenderent] *omitted* An | talis] *omitted* Ly **116** vel] *omitted* Ly **117** quo fuit] *omitted* We | fuit] f^{t} An fuerit Ly **118** heretica] hereticam Bb

Discipulus: Si habes alias rationes ad conclusionem predictam, adducas.

Magister: Tertia ratio est hec. Ad illa que innocentie sunt quilibet obligatur. Sed credere viris bone fame et opinionis cum aliqua asserunt et affirmant ad innocentiam spectat, teste Ambrosio qui, ut habetur 22 q. 4 c. *Innocens*, ait: "'*Innocens credit omni verbo'. Non vituperanda facilitas sed laudanda bonitas*". Cum ergo viri boni et veraces asserunt et affirmant modo predicto papam esse hereticum, eis audiens fidem adhibere tenetur.

Quarta ratio est hec. Illud non est obmittendum sine quo societas humana et conversatio mutua hominum rite non poterit conservari. Sed nisi unus alteri credat, nec humana societas nec mutua conversatio hominum rite poterit conservari. Ergo unus tenetur alteri credere, nisi sit aliquo crimine irretitus propter quod de falsitate debeat haberi suspectus. Cui autem credendum est in uno, et in omnibus, quia si aliquibus in uno credendum est hoc non est nisi quia presumuntur veraces. Si enim non presumerentur veraces non esset eis credendum. Qui autem presumitur verax, in omnibus dictis suis presumitur verax, quia si in uno esset mendax non presumeretur verax. Ergo veracibus asserentibus papam esse hereticum est credendum.

Discipulus: Per istam rationem probaretur quod uni soli asserenti modo preexposito papam esse hereticum esset credendum, quia presumitur verax, ergo in omnibus est sibi credendum.

Magister: Respondetur quod secus est de uno et pluribus, quia plus est credendum pluribus quam uni, et ideo propter assertionem multorum potest quis licite credere malum de alio quem plures asserunt esse malum. Sed quando

---

124 22…Innocens] C. 22 q. 4 c. 23 col. 1685

---

121 Magister] Adhuc *added* Ly **122** obligatur] oligatur Bb | Sed] *omitted* We **123** asserunt] assererunt We | affirmant] que *added* Bb Fi An **124** spectat] spectant Bb Fi An **125** vituperanda] We (victuperanda): vituperando Bb Fi An Ly **126** laudanda] laudada We et] *omitted* Fi **129** est[2]] *omitted* Fi **130** rite] *omitted* We **131** poterit] post We posset Ly **132** rite] ide We | poterit] pōt Ly **133** alteri] *omitted* An **137** presumuntur] presumerentur Ly | Si…veraces[2]] *omitted* An | non[1]] *omitted* We **138** presumitur] *omitted* Fi An **139** quia…140 verax] *omitted* Ly | mendax] merax (*sic*) We **142** uni] ubi Fi **144** ergo…145 credendum] *omitted* We **146** et] de *added* Ly **147** quia…pluribus[2]] *omitted* An **149** quem] ꝗñ Fi

unus refert malum de alio, propter talem relationem non est magis presumendum illum de quo malum narratur esse malum quam illum esse veracem qui narrat, et ideo nullus tenetur credere uni soli referenti papam esse hereticum.

Discipulus: Non adducas plures rationes pro ista conclusione, sed dic quem effectum debet habere ista credulitas.

Magister: Respondetur distinguendo, quia aut ista credulitas fit iudici pape heretici, aut alii qui non est iudex eius. Si fit iudici pape heretici et illi qui faciunt talem credulitatem iudici sunt parati in iudicio eadem asserere, iudex ad condempnationem pape heretici debet procedere. Si autem ista credulitas fit alii quam iudici, et fit talis credulitas quod papa potest convinci legitime, illi qui taliter credunt papam esse hereticum ipsum tanquam excommunicatum vitare tenentur, et ideo ei debent nullatenus obedire, sed pro defensione fidei quantum possunt modis sibi convenientibus laborare tenentur ne, videlicet, papa hereticus inficere valeat orthodoxos.

Capitulum 16

Discipulus: Conclusionem quintam supra capitulo 13 premissam discutias.

Magister: Quinta conclusio est hec. Viris providis et honestis referentibus per famam publicam papam esse hereticum est credendum. Que sic probatur. Illis est credendum papam esse hereticum propter quorum relationem papa tanquam hereticus est vitandus. Sed propter relationem talem papa tanquam hereticus est vitandus (Extra, *De sententia excommunicationis* c. *Cum desideres*). Papa autem hereticus est excommunicatus. Ergo propter solam famam

---

Capitulum 16,9 Extra…10 desideres] X. 5. 39. 15 col. 1885

---

150 refert] profert Ly | alio] aliquo Ly | relationem] ralationem We **151** illum] de illo Ly | narratur] eum *added* Ly **154** rationes] *omitted* Fi An **155** conclusione] assertione seu conclusione Ly **159** illi] *omitted* Ly **160** credulitatem] credillitatem We **161** heretici] et *added* Bb **163** credunt] *omitted* We **166** fidei] in *added* Fi An Ly convenientibus] congruentibus We **Capitulum 16,2** capitulo 13] c^m 13^m Fi **4** hec] h^o An | Viris] *omitted* An **5** publicam] honestam Ly **7** relationem] *omitted* Fi An Ly **8** Sed…9 vitandus] *omitted* Ly Vg propter] *omitted* We **9** vitandus] quia solum propter plubicam (*sic*) famam excommunicatus est vitandus *added* **We** quia propter solam publicam famam excommunicatus est vitandus *added* Vc **11** propter…12 publicam] papa sola fama publica We

publicam est vitandus. Et per consequens narrantibus papam esse hereticum per publicam famam est credendum.

Discipulus: De hoc tactum est supra libro sexto capitulo 94, ubi recitasti virtualiter opinionem eandem, que videtur omnino falsa. Nam cum constet quod sepe publica fama est falsa et sepe ita diffamantur de crimine innocentes sicut nocentes, nullo modo videtur quod propter relationem publice fame debeat papa hereticus censeri. Quia ita potest diffamari papa catholicus sicut hereticus.

Magister: Licet argumentum tuum non videatur habere colorem, tamen conclusio supradicta clarius quam prius ab aliquibus explicatur.

Discipulus: Dic primo quomodo argumentum meum non videtur habere colorem.

Magister: Dicitur quod non obstante quod ita diffamantur innocentes sicut rei, est aliquis propter famam publicam evitandus, quemadmodum non obstante quod ita convincuntur sepe innocentes per testes qui veraces creduntur sicut rei, et tamen postquam aliquis convictus fuerit et dampnatus, sive innocens fuerit sive reus, sententia est servanda, et si est sententia que sequestrationem a fidelium cetu includat, est vitandus.

Discipulus: De hac responsione in alio tractatu faciam mentionem. Ideo dic quomodo predicta conclusio explicatur.

Magister: Distinguitur de referentibus per famam publicam papam esse hereticum. Quia aut narrant famam publicam quam sciunt a quibus orta fuit etc. aut quam

---

14 De…16 falsa] PP* | supra] 1 Dial. 6. 94. 178-247 **34** in…tractatu] Cf. 1 Dial. 6. 100. 159-167*, 190-214*. **38** etc] This actually refers to the following in 1 Dial. 6. 94. 241-245*: "*Sed propter famam ortam a certis auctoribus bone fame hactenus, presertim qui sint in sacra pagina*

---

12 narrantibus] videtur quod referentibus Ly **14** supra] dicitur Bb *omitted* Ly **15** 94] Kn: 98 Bb Fi An We (*possibly the* "8" *was simply a misread for the actual looped* "4") 68 Ly | recitasti] resti^{ti} An **16** omnino] michi Ly | falsa] esse *added* We | cum constet] quia constat Ly **17** sicut] sic We **18** propter] papa We **19** censeri] evitari We **21** tuum] *omitted* We | non videatur] videatur non We **25** videtur] videatur An Ly **26** obstante] ostante We **27** diffamantur] diffamentur We Ly | rei] nocentes Ly | est] tamen *added* Ly **30** et] *omitted* Ly fuerit] fuit Fi An Ly **31** fuerit] fuit Fi Ly **33** cetu] cetum We **36** referentibus] ferentibus We **37** papam] *omitted* We **38** quam^{1}] papam *added* An | sciunt] ortam a personis que in iudicio possunt et sunt parati probare papam esse hereticum, aut narrant famam publicam *added* We Vc Ba | a…aut] *omitted* We Vc [Ba *accepts the prior* We

nesciunt a quibus orta fuit nec an alique persone possunt veritatem fame probare. In primo casu videtur quod propter talem narrationem sit papa hereticus ab audientibus evitandus. In secundo casu non videtur quod debeat evitari.

Capitulum 17

Discipulus: Illa conclusione dimissa, de qua alias te diligenter interrogare propono, dissere conclusionem sextam supra capitulo 13º recitatam.

Magister: Conclusio sexta est quod quibuscunque criminosis adducentibus legitima documenta vel indicia manifesta quod papa est hereticus est credendum, non quod propter assertionem criminosorum, sed propter ipsa documenta legitima et indicia manifesta credatur papa esse hereticus.

Discipulus: Que sunt ista documenta legitima et indicia manifesta propter que credendum est papam esse hereticum?

Magister: De hoc tactum est supra capitulo 15, ubi dictum est quomodo possunt aliqui perfidiam pape heretici declarare per legitima documenta.

Discipulus: Si illis aliquid est addendum secundum taliter opinantes non differas explanare.

Magister: Inter legitima documenta et indicia manifesta distinguunt. Nam 'legitima documenta' vocant scripturas perfidiam pape heretici absque pallio declarantes, 'indicia manifesta' vocant suspiciones seu presumptiones probabiles perfidiam pape heretici comprobantes.

Discipulus: Pone exempla ex predictis.

Magister: De legitimis documentis supra capitulo 15 posita sunt exempla. Quorum primum est de bulla pape heretici in qua aliquis error contra doctrinam ecclesie

---

eruditi, volentibus papam de pravitate heretica accusare, et seipsos ad penam talionis si in probatione defecerint, obligare."

---

innovation but <u>*also*</u> *transcribes the mainstream text*] | etc] *omitted* Ly Fr | quam[2]] ne *added* Bb

39 fuit] fuerit We | an] a[ii] (=alii)An *omitted* We alie *added* Ly **40** probare] prestare We **Capitulum 17,3** interrogare propono] interrogabo seu interrogare intendo Ly | dissere] dissereris An **7** non] quidem *added* We Ly **9** credatur…10 hereticus] propter que credendum est papam esse hereticum We **12** propter…hereticum] credatur papam esse hereticum propter hoc We **19** vocant scripturas] vacant scrituaras We **20** pallio] per alio We | declarantes] comprobantes Ly **21** vocant suspiciones] vacant subspiciones We | probabiles] probabiliter Ly **23** exempla] exemplum We | ex] de We Ly

affirmatur. Secundum est de copia bulle eius. Tertium est de aliquo instrumento vel scriptura auctentica modum quo fuit papa hereticus convictus de heresi continente. Et quartum potest poni de scriptura auctentica alicuius prelati vel principis transsumptum bulle vel illius particule in qua error hereticalis asseritur continente.

Discipulus: Antequam exemplifices de indiciis manifestis, peto ut tractes duo exempla prima de legitimis documentis, et primo primum.

Magister: Quod propter talem bullam pape heresim asserentem sit credendum papam esse hereticum sic videtur posse probari. Si non esset credendum papam esse hereticum propter huiusmodi bullam, aut hoc esset quia papa posset sub bulla heresim asserere absque heretica pravitate, aut quia tali bulle fides est minime adhibenda. Non propter primum, quia supra libro quarto videtur probatum aperte quod papa sub bulla asserens heresim est pertinax, et per consequens hereticus reputandus, quia non est paratus corrigi et ultimata deliberatione heresim diffinivit. Nec propter secundum, quia bulle papali fides debet adhiberi.

Discipulus: Videtur quod isti sibiipsis sint contrarii. Nam isti assentire videntur quod pape heretico in nullo negotio est credendum. Ergo nec bulle sue fides debet aliqualiter adhiberi. Et ita propter bullam suam minime est hereticus reputandus.

Magister: Dicunt quod ipsos nequaquam intelligis. Cum enim dicunt quod pape heretico in nullo negotio est credendum, verum est pro se et precipue contra alium. Tamen pape heretico, sicut cuilibet criminoso, credendum est contra se. Unde si criminosus confiteatur crimen suum, creditur sibi,

---

Capitulum 17,42 supra…quod] PP*

---

27 eius] huius We | Tertium est] Tertia We **29** quartum] quartus Ly **30** poni de] esse vel Ly **32** continente] continens Ly **34** tractes] *omitted* Fi An **36** pape] heretici *added* We **37** asserentem] asserente Bb **38** Si] Quia quod Ly **39** bullam] ballam We | esset] est Ly **40** absque] asque We | tali] taliter Ly **41** est] *omitted* We Ly | minime] esset *added* Ly **42** quarto] *omitted* An | videtur] vides Ly **47** sint] sunt We **48** isti assentire] asserere Ly | assentire] assertive Fi assertive asserere An sentire We | quod] *Last word in* **Bb** fo. 166vb. *The text continues* ("pape heretico" etc.) *at* fo. 170ra | pape] papa Ly **50** ita] papa *added* Ly **53** in] *omitted* Ly | in…55 heretico] *omitted* An | negotio] modo Ly **54** verum] intelligendum Ly | et precipue] vel Ly | alium] ei *added* Ly **55** pape heretico] *omitted* Ly | cuilibet] *omitted* Bb **56** crimen] factum Ly

quia aliter propter confessionem propriam minime dampnaretur. Si tamen criminosus confiteatur vel asserat crimen alterius, sibi nullatenus est credendum. Et sic dicunt quod bulle sive diffinitioni hereticali pape heretici bene est credendum contra papam, ut propter eam hereticus iudicetur, sed bulle huiusmodi in aliis minime est credendum. Si enim in eadem bulla vel alia pape heretici aliquid asseratur contra fidem vel etiam in preiudicium cuiuscunque catholici, sibi nullatenus est credendum, quia in nullo negotio supra alium pape heretico est credendum.

Capitulum 18

Discipulus: Tracta secundum exemplum de copia bulle pape heretici in qua heresis affirmatur.

Magister: Quod propter talem copiam sive transsumptum papa debeat hereticus iudicari videtur posse probari sic. In omnibus credendum est copie sive transsumpto bulle pape catholici. Ergo credendum est copie sive transsumpto bulle pape heretici in hiis que sunt contra ipsum. Antecedens videtur probatione minime indigere. Consequentia probatur per hoc quod tantum valet copia sive transsumptum bulle pape heretici contra ipsum quantum valet copia sive transsumptum bulle pape catholici quantum ad omnia que continet. Quemadmodum tantum valet ipsa bulla pape heretici contra se quantum valet ipsa bulla pape catholici quantum ad omnia que continet et includit. Ergo sicut in omnibus credendum est transsumpto bulle pape catholici, ita quantum ad illa que sunt contra papam hereticum credendum est transsumpto bulle pape heretici.

---

57 aliter] s^{r} Bb | minime] nullatenus We **58** vel] cri (*sic)* Bb **59** Et] *omitted* We | Et sic] Similiter Ly **60** bulle sive] *omitted* Ly diffinitioni] diffinonitione Ly | heretici] heretico Bb **62** minime] non Ly | credendum] Et *added* We **64** etiam] *omitted* Fi **65** in] *omitted* Bb Ly | supra] contra We **Capitulum 18,1** …] *omitted* Bb **2** Tracta] Transmittas Fi An Dicas Ly Subiungas Fr **4** Magister] *omitted* Ly **5** iudicari] Magister *added* An Magister: Hoc *added* Ly **6** probari] propari Bb | est] *omitted* Fi | sive] *omitted* We **7** catholici…8 pape] *omitted* Bb **10** per] propter Ly **11** heretici…12 pape] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An Ly **13** continet] continent We | Quemadmodum tantum] quantum Ly **14** quantum valet] sed Ly **15** quantum] valet quantum Ly | ad] dad We | que] *omitted* We | et] *omitted* We | Ergo] *omitted* We **16** est] *omitted* We | transsumpto] We: *omitted* Bb Fi An Ly **17** ita] in Fi An **18** transsumpto] *omitted* Ly

Discipulus: Videtur quod nec transsumptum bulle pape catholici nec transsumptum bulle pape heretici a criminosis vel infamibus divulgatum fidem facere debeat cuicunque, quia sicut verba criminosorum debent esse suspecta ita etiam tales ostentiones transsumptorum papalium debent esse suspecte, ut nullus talibus ostentionibus transsumptorum papalium fidem debeat adhibere, quia non debet quis propter criminosos credere illa esse vera transsumpta.

Magister: Ad hoc respondetur distinguendo de diffinitionibus pape sive heretici sive catholici. Quia aut sunt publice et sollempniter promulgate aut non. De primis dicitur quod ignorantia talium nullum excusat post duos menses. De secundo dicitur quod de eis potest quis per ignorantiam excusari. Per hoc dicitur ad argumentum quod fecisti, concedendo quod propter criminosos, sive propter ostentionem transsumptorum papalium a criminosis factam, nullus tenetur credere umquam papam esse hereticum. Tamen propter huiusmodi ostensionem transsumptorum papalium continentium hereticam pravitatem a criminosis factam, si aliquis in rei veritate ignorat papam talem diffinitionem hereticalem edidisse, debet inquirere veritatem.

Discipulus: Hic deberent isti duo probare. Quorum primum est quod de constitutione hereticali pape publice et sollempniter promulgata nullus valet se per ignorantiam excusare. Secundum est quod, propter verba criminosorum, ignorantes talem constitutionem hereticalem pape deberent querere veritatem. Unde de istis duobus velis disserere, et non solum referas circa ipsa sententiam predictorum, sed etiam aliorum.

Magister: Circa primum sunt diverse sententie. Una est quod nullus de constitutione hereticali pape post duos menses potest se per ignorantiam excusare, nec potest in hoc casu

---

Capitulum 18,45 et…47 aliorum] Probably scripted prior to 1 Dial. *Prologus*.

---

20 catholici…pape] *omitted* Fi An | pape] *omitted* Bb **21** divulgatum] divulgant Bb **22** verba] vita Ly | debent] debet Ly **23** tales] transsumptiones statutorum vel *added* Bb Fi An Ly **24** transsumptorum] statutorum Ly **25** adhibere] adhiberi We | quis] aliquis Bb **29** non] sunt taliter promulgate *added* We Vc Ba **30** nullum] non Ly **31** secundo] secundis Bb Ly **32** excusari] et *added* Ly **33** propter[2]] We: *omitted* Bb Fi An Ly **35** Tamen] Tan We **38** diffinitionem] diffi[iem] An **39** hereticalem edidisse] dedisse Ly **40** probare] probari An **41** et] *omitted* Fi An **42** valet] tenetur Ly **44** talem] tales An **46** circa] contra We

ignorantiam allegare, et si allegat non est sibi credendum nisi ignorantiam probaverit quam allegat. Quemadmodum nullus potest ignorantiam allegare de constitutione pape catholici post duos menses, quia eam omnes scire tenentur, et omnes ad eius observantiam obligantur. Et ista videtur esse sententia glosatorum decretalium et decretorum.

Unde, de sententia publice promulgata cardinalis infra legationem suam, de qua minus videtur, dicit glosa Extra, *De postulatione prelatorum* c. 1º: "*Cum publice sententia illa fuerit promulgata, eam ignorare non potest neque debet, et presumitur eam scire, 12 q. 2 Qui et humanis et 16 dis. Quod dicitis*". Et infra: "*ubi enim allegatur ignorantia circa ea que plerique sciunt et que publice fiunt, non creditur ei nisi hoc probetur*".

Item, glosa Extra, *De constitutionibus* c. *Cognoscentes*, loquens de constitutione pape, ait: "*Ex quo publice promulgata est et publicata, omnes tenentur ad ipsius observantiam. Et omnes ligat post duos menses a publicationis tempore elapsos*".

Item, glosa 9 q. 1 c. *Ordinationes* ait: "*In his que publice fiunt non potest quis ignorantiam allegare*".

Item, glosa 16 dis. capitulo ultimo ait: "*Nulli licet ignorare ea que publice facta sunt*".

Item, glosa 8 q. 1 c. *Licet* ait: "*in his que publice facta sunt non potest contradici*".

---

58 Extra…59 1o] X. 1. 5. 1 (*Ad hec*) col. 98 s.v. allegans **61** 12… humanis] C. 12 q. 2 c. 24 (*Qui et divinis et humanis*) | 16…62 dicitis] D. 16 c. 14 col. 87 **62** infra] X. 1. 5. 1 (*Ad hec*) col. 98 s.v. allegans **65** Extra…Cognoscentes] X. 1. 2. 2 col. 16 s.v. ante prohibitionem **70** 9…Ordinationes] C. 9 q. 1 c. 5 col. 1144 s.v. nisi probare **72** 16… ultimo] D. 16 c. 14 (*Quod dicitis*) col. 87 s.v. regionibus **74** 8…Licet] C. 8 q. 1 c. 15 col. 1130 s.v. populo

---

51 et] *omitted* Ly | allegat] allegaverit We | est] *omitted* We | nisi] per *added* An **52** quam allegat] *omitted* Ly | allegat] alleat We **53** catholici] captholici We **54** eam] cā Bb (*negligent* "c" for "e") **55** obligantur] aligantur Bb | ista] ita An | esse] fuisse Ly **57** cardinalis] cardinalium Ly **58** qua] *omitted* We **59** postulatione] postulationibus Ly | prelatorum] *omitted* Ww **60** fuerit] fuit Bb promulgata] publicata Ww **61** 12] 13 Ly | Qui et] *omitted* An | et[2]] *omitted* Ww **62** dicitis] dictis We **63** plerique] plurimi Ww | que] *omitted* Ly | ei] *omitted* Ww | nisi] per *added* An | hoc] fieri *added* Ly **64** probetur] probet Ww **65** constitutionibus] constitutione Bb Fi An **67** promulgata…tenentur] publicata est tenetur Ly **68** ligat] obligat Ww **69** publicationis tempore] publicatione Ly | elapsos] elassis We **70** Item…71 allegare] *omitted* Ly Vg **72** 16] 19 Ly

Item, glosa dis. 54 c. *Nulli* ait: "*si aliqua sunt publice facta nemo postea auditur contradictor*".

Ex quibus aliisque quam pluribus colligitur, ut videtur, quod non solum non auditur qui allegat se ignorare constitutionem pape publice promulgatam, sed etiam qui allegat se ignorare alia quecunque que tamen publice facta sunt. Quia quamvis dicat se nescire, presumitur tamen scire. Et ideo quamvis aliquis dicat se nescire papam edidisse constitutionem in qua assertio que est heretica diffinitur, non est sibi credendum, quia ex quo talis constitutio hereticalis est publice promulgata, quilibet presumitur scire ipsam.

Discipulus: In quo fundant se glose predicte?

Magister: In legibus civilibus et canonicis quamplurimis se fundant. De quibus sufficiat adducere decretalem epistolam Innocentii 3ii ad decanum et capitulum Senonense, que ponitur Extra, *De postulatione prelatorum* c. 1o, in qua, ponens allegationes procuratoris episcopi Altisiodorum volentis eundem episcopum per ignorantiam excusare, et eam excludens, sic ait: "*Quoniam antequam idem magister ad sedem apostolicam accessisset nobis quasi pro certo constabat quod idem episcopus interdicti sententiam non servasset, quod idem magister non negavit, in fratrum nostrorum presentia requisitus a nobis, in ipsius episcopi excusationem allegans, quod sententiam latam servare nullatenus tenebatur, que ad eius notitiam nec per literas nostras nec per cardinalem tunc apostolice sedis legatum, qui eandem sententiam promulgarat, nec per deputati ad hoc executoris mandatum vel literas pervenisset. (Et infra:) Quod*

---

76 dis…Nulli] D. 54 c. 2 col. 366 s.v. cuius etc. in ambone publice legatur **91** Extra…92 1o] X. 1. 5. 1 col. 98

---

76 Nulli] ubi Ly | si] ubi Ly **77** postea] *omitted* Ww | contradictor] contradictionem We **78** pluribus] plurimis Ly | videtur] habetur Ly **80** etiam] ille non auditur *added* We Vc Ba **82** presumitur…83 nescire] *omitted* Ly Vg **85** ex quo] *omitted* An **88** canonicis] canocis We **89** quamplurimis] quampluribus Ly **90** decretalem] *omitted* Ly decanum] canonum An **91** postulatione prelatorum] postilatione (*sic*) We postulationibus Bb Fi An Ly **92** procuratoris] procurationes We procurationi Ly **93** Altisiodorum] Bb: Altisidiorum Fi An Altisiodori We Altisiodorensis Ly **94** excusare] excusari We **96** constabat] perstabat Bb sed stabat Fi An | idem] *omitted* Ww **97** quod] et quod Bb Fi An We quod et Ly | idem] *omitted* An | negavit] negat Bb | fratrum] fratrorum Bb An **99** sententiam] sententia We **100** nullatenus] contra nos *added* Ly | que] quod Ly | literas] *omitted* Ww **101** nostras…per] *omitted* Fi An Ly | cardinalem] cardinalis We | legatum] legatos Bb Fi An **102** promulgarat] promulgavit Ly | ad hoc] *omitted* We

nec sufficit, imo nec proficit ad excusationem predicti episcopi, cum cardinalis idem sententiam interdicti presentibus multis sollempniter ac publice promulgaverit, et eadem interdicti sententia in regno Francorum iam a multis publice ceperit observari, nec sit necessarium cum constitutio sollempniter editur aut publice promulgatur ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum vel literas inculcare, sed id solum sufficit ut ad eius observantiam teneatur qui noverit eam sollempniter editam aut publice promulgatam, cum et contra quosdam qui Sardicence concilium non servabant, tamquam illud non habuerint aut perceperint, canonica tradat auctoritas, quod eis non facile facultas credendi tribuitur, cum idem penes illos in suis regionibus actum fuerit et receptum".

Ex quibus verbis colligitur quod constitutione aliqua publice et sollempniter promulgata, nulli eam ignorare licet, ita quod si fuit constitutio pape omnes ligat et omnes eam scire tenentur. Si autem fuit prelati inferioris, omnes de sua iurisdictione debent scire ipsam. Ex eisdem etiam verbis infertur quod illa que publice fiunt nemini commoranti in loco ubi publice fiunt licet ignorare. Ex quibus concluditur quod si papa constitutionem hereticalem publice et sollempniter promulgavit, nemini licet ignorare ipsam.

Discipulus: Non apparet quod omnes debeant scire constitutiones pape heretici, cum non sit verus prelatus omnium. Ad nullius autem constitutiones omnes astringuntur christiani nisi veri pape, quia constitutio solius veri pape omnes astringit.

Magister: Respondetur quod ad sciendum constitutiones pape heretici quilibet qui nescit eum esse

---

104 nec[1]] Ly Vg[2]: non Bb Fi An We | imo] in We | proficit] prficit We **106** promulgaverit] promulgat Bb promulgavit Fi An We Ly **107** eadem] eandem Ww | Francorum] Francie Ww **108** publice ceperit] Ly Vg[2]: ceperat Bb Fi An We **109** editur] aditur We | aut] ac Ly | ipsius] *omitted* Bb **110** speciale] specialem We **111** id] illud Bb An Ly **112** teneatur] teneantur Ly | aut] ac We Ly **113** cum et] et esset Ly **114** illud] id We | habuerint] habuerunt Bb Fi Ly **115** perceperint] perceperunt Ww | tradat] *omitted* Ly | auctoritas] auctoritatos Bb auctoritate Ly in *added* Fi An Ly | quod] quo Ly | non…117 actum] *omitted* We **117** fuerit] We: fuit Bb Fi Ly f[t] An | receptum] receptam We **119** promulgata] promulgatam We **120** fuit] fuerit We | eam…121 scire] observare We **121** fuit] fuerit We **122** iurisdictione] iuridictione An | verbis] *omitted* Ly **123** nemini] non Fi **126** promulgavit] promulgaverit We promulgat Ly **129** omnes] *omitted* Ly | astringuntur] constringuntur Ly

hereticum et putat eum verum papam est astrictus. Sed postquam scit papam esse hereticum non tenetur scire constitutiones eius posteriores, nisi sicut ceterorum hereticorum scripta et dicta. In casu enim catholicus obligatur ad sciendum constitutiones et dicta hereticorum, non ad approbandum sed ad improbandum. Ex quibus infertur quod quilibet tenetur scire constitutionem hereticalem pape, nisi sint aliqui qui per alium modum quam per constitutionem hereticalem sciunt ipsum esse hereticum.

Quod enim quilibet alius teneatur scire constitutionem hereticalem pape probatur. Quia aut antequam scit constitutionem hereticalem ipsius reputat eum verum papam, aut non reputat eum verum papam. Si reputat eum verum papam, ergo tenetur scire constitutionem eius. Si non reputat eum verum papam, hoc non est nisi quia scit constitutionem hereticalem eius. Et ita vel scit vel tenetur scire constitutionem hereticalem eius si nescit eum esse hereticum per alium modum.

Discipulus: Nunquid secundum glosas in nullo casu potest quis allegare se ignorare constitutiones pape vel ea que publice fiunt?

Magister: Respondetur quod secundum glosas aliquando contingit talem ignorantiam allegare. Sed taliter alleganti minime est credendum nisi ignorantiam probaverit quam allegavit. Quam quidem aliquando potest probare iuramento, aliquando autem iuramentum non sufficit.

De hoc tamen glosa dis. 82 c. *Proposuisti* diversas recitat opiniones, dicens: "*cum enim constitutio sit publice promulgata quilibet tenetur eam scire... et secundum leges tenetur eam quilibet scire usque ad duos menses, ut in Authen. ut facte nove constitutiones § 1 coll. 6 secundum*

---

160 dis…Proposuisti] D. 82 c. 2 col. 527 s.v. non probatur

---

134 putat] reputat Ly **135** postquam] aliquis *added* We | esse] e^{t} Fi **137** scripta] scricta (*sic*) We | enim] autem Ly **138** dicta] scricta We **139** approbandum] probandum Ly | sed…improbandum] *omitted* An **142** sciunt] sciant Ly **143** teneatur] tenetur Ly **147** reputat] reputatur An **148** scit] vel tenetur scire *added* Ly **149** vel^{2}] *omitted* An et Ly **150** esse] *omitted* Fi **152** glosas] glosam Ly **156** contingit] contigit Bb **157** probaverit] probaverint Bb **158** allegavit] Ly Vg: allegant Bb allegaverit Fi An allegat We | quidem] quidam We **159** iuramento] iurando We | autem] *omitted* We **160** 82…Proposuisti] Vc: S3 Bb 83 Fi An We Ly **161** enim] *omitted* Ww **162** quilibet…leges] *omitted* Ww **163** quilibet] *omitted* Ly **164** ut facte] et Ly | §] *omitted* We coll 6] *omitted* Ww

canones usque ad sex menses ut 18 dis. c. Decernimus. Quia ergo presumebatur pervenisse ad istos, tenebantur ipsi probare ignorantiam, et hoc est generale quod propter presumptionem cogitur aliquis probare ignorantiam ut hic, et Extra, De electione c. Innotuit et 1 q. 1 Si qui a simoniacis". Et infra: "*Sed qualiter probat se aliquis ignorasse? Dico suo sacramento ut 34 q. 2 In lectum... ut not. 4 q. 5 Quisquis, in fine Ioan. Vel etiam alio modo, si potest probare se fuisse in alio loco, et forte si presumptio est contra eum non crederem iuramento suo. Sed quid si collegium vel aliquis conventus dicit se ignorasse, numquid omnes iurabunt? Dico quod sufficit si episcopus cum maioribus de capitulo iurat ut ff. decondi. et demonst. municipibus*". *Alii dicunt quod eo ipso probatur ignorantia quod non probatur scientia, ut C. qui mili. non pos. super servis lib. 12*".

Discipulus: Durum michi videtur asserere quod omnes teneantur scire omnes constitutiones pape, quia tunc omnes tenerentur scire omnia decreta, omnes decretales summorum

---

165 18…Decernimus] D. 18 c. 17 col. 101 **169** Extra…Innotuit] X. 1. 6. 20 col. 133 (much about "ignorantia crassa et supina" s.v. ignorantia) 1[1]…simoniacis] C. 1 q. 1 c. 108 col. 731 **170** infra] D. 82 c. 2 col. 527-528 s.v. non probatur **171** 34…lectum] C. 34 q. 2 c. 6 col 2403 4…Quisquis] C. 4 q. 5 c. 1 col. 1031 (*and gloss* s.v. probaverit) **180** Durum…asserere] Cpre 1 Dial. 4. 21

---

165 usque] vero Ly | sex] 5 Bb Fi An We sextum Ly | menses] mensem Bb Fi An Ly messes We | Decernimus] Decrevimus Bb An Ly **166** pervenisse] pervese Bb | tenebantur] tenebatur An **167** et…168 ignorantiam] *omitted* Ly Vg | hoc] hic Fi We **169** electione] electis We | et] Ly: *omitted* Bb Fi An We | qui] quis Ww | a simoniacis] We: autem simoniacis Bb Fi An autem si noveritis Ly **170** probat] probaverit We | Dico] Aliquo Fi An Dicto Ly **171** lectum] We: literis *or* lectis Bb literis Fi An Ly **172** Ioan] c. Bb Fi An Ly c. .io. We | Vel] *omitted* Bb Ly | etiam] in We | probare] probando Ww **173** crederem] crederetur Ly **174** suo] Discipulus *added* Ly | Sed] We: Si Bb Fi An Ly | quid si] *omitted* Ly | aliquis] «uis *garbled* An **175** dicit] diceret Bb Fi An Ly dicat We | iurabunt] Magister *added* Ly | Dico] Deo Fi dō An **176** si] quod Ww | maioribus] moioribus We | de capitulo] c. Fi An | iurat] We: iuret Bb Fi An Ly | ff] diff. Bb *omitted* Fi An **177** decondi] de. -9. Bb An We dis. *added* Ly | et…municipibus] de municip[bus] Bb imicco[bʒ] (*garbled*) An de imintto[bus] (*garbled*) Fi de municibus We de renuntiatione Ly **178** ut…179 12] *omitted* Ww **181** scire] *omitted* We | omnes[1]] *omitted* Ly **182** decreta] et *added* We Ly | summorum] sed mmorum (*sic*) Fi An

pontificum, quod rationabile non videtur, cum in multis annis sciri non possint. Ideo circa predicta aliam narra sententiam.

Magister: Quorundam aliorum est sententia quod inferiores episcopis non tenentur scire quamcunque constitutionem pape, neque hereticalem neque aliam, nisi fuerit per episcopum publicata. Dicunt enim quod prelati immediate sub episcopo constituti non tenentur scire constitutionem pape nisi episcopus intimaverit eis, sicut etiam alii prelati sub illis prelatis immediate constituti non tenentur scire constitutionem pape nisi prelati sui indicaverint eis, et sic usque ad laicos et alios curam animarum non habentes, qui non tenentur scire constitutiones pape nisi presbiteri seu rectores eorum, aut alii prelati superiores, publicaverint eandem constitutionem pape inter ipsos. Sic etiam dicunt de religiosis, quod religiosi subditi nullam constitutionem pape scire tenentur antequam prelati eorum publicaverint eam inter ipsos.

Hec sententia videtur posse probari primo sic. Si quilibet teneretur scire constitutionem pape post duos menses vel post sex, frustra episcopi tenerentur publicare eam. Sed episcopi tenentur publicare constitutionem pape. Ergo ante publicationem talem non omnes tenentur scire constitutionem pape. Maior videtur manifesta. Minor ostenditur sic. Non minus tenentur episcopi publicare constitutionem pape quam ea que in conciliis provincialibus singulis annis aguntur. Sed illa debent episcopi publicare, sicut in concilio Toletano decernitur, ut habetur dis. 18 c. *Decernimus*. Ergo et constitutiones pape noviter editas publicare tenentur.

Item, non transitur ab extremo ad extremum nisi per medium. Sed episcopi sunt medii inter papam et suos

---

209 dis…Decernimus] D. 18 c. 17 col. 101

---

183 rationabile] rationale We | videtur] apparet We qui *added* Bb Fi An quia *added* Ly | in] *omitted* An Ly **184** possint] possunt We | aliam] aliquam Fi An alia We **185** sententia] sententiam We **186** episcopis] episcopi Ly **187** neque[1]] *omitted* An **189** constituti…192 sui] *omitted* Fi **190** episcopus…192 nisi] We Vc: *omitted* Bb An Ly **193** et alios] *omitted* An **194** constitutiones] constitutionem Fi An We **195** presbiteri] plebani We Ly **196** publicaverint] publicant Ly **197** dicunt] etiam *added* We | religiosi] reliosi We **199** publicaverint] publicaverunt Ly **201** post…205 Maior] *omitted as gap* An **202** post] *omitted* We **203** ante…204 talem] et Bb **204** talem] *omitted* Ly **206** constitutionem] constitutiones We **207** annis] onīs Fi omnes An aguntur] agunt We **208** Toletano] Telletano We tali Ly **211** extremo] extremum We | ad] in Ly **212** episcopi] *omitted* Bb

subiectos. Ergo non tenentur subiecti scire constitutiones pape nisi eis per episcopos tanquam per medium intimentur.

Tertio sic. Nullus potest ad impossibile obligari. Sed impossibile est illiteratos intelligere constitutiones pape nisi prelati exposuerint eis. Ergo non tenentur eas scire antequam per prelatos eorum fuerint eis exposite.

Discipulus: Ista sententia decreto Innocentii 3ii superius allegato adversari videtur, cum dicitur "*nec sit necessarium cum constitutio sollempniter editur aut publice promulgatur ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum vel literas inculcare*". Ex quibus verbis colligitur quod nonnulli tenentur scire constitutionem sollempniter editam et publice promulgatam licet eorum auribus neque ab episcopo neque ab aliquo inferiori per speciale mandatum vel literas fuerit inculcata. Et ita ad hoc quod teneantur scire constitutionem pape nulla publicatio preter primam que fit in curia pape requiritur.

Item, non est consuetudo ecclesie quod omnes constitutiones pape noviter edite priusquam obligent per episcopos divulgentur. Ergo prima solempnis divulgatio sufficit ad hoc quod constitutio pape obliget universos. Hoc etiam glosa super dicto capitulo Innocentii 3ii videtur asserere, que dicit quod "*videtur sufficere quod per solam famam ad ipsum pervenerit*".

Item, preceptum superioris non minus obligat quam preceptum inferioris. Ergo similiter divulgatio facta per superiorem non minus obligat quam divulgatio facta per inferiorem, et secundum istam sententiam divulgatio constitutionis pape facta per episcopum ligat inferiores

---

219 superius] lines xxxx **234** glosa] X. 1. 5. 1 col. 99 s.v. publice promulgaverit

---

214 episcopos] episcopum An | tanquam] taquam We | intimentur] intimetur We **217** prelati] literati We **218** exposite] exsposita We **219** Innocentii 3ii] Innocentius 3us An **220** cum dicitur] 9r Bb | dicitur] dicit quod We **221** editur] *omitted* We | aut] et Ly **222** auribus] aucbʒ Fi An **224** tenentur] tenetur We **225** auribus] aucbʒ An | episcopo] ipso Ly **226** literas] hominis Bb literis Ly **227** fuerit] fuit Bb inculcata] inculcatum We intimata Ly | teneantur] teneatur Ly **228** nulla] illa Ly **230** est] *omitted* Bb **231** priusquam] primo antequam We **232** divulgentur] divulgantur We dimulgentur Ly divulgatio] dimulgatio Ly **233** obliget] obligat We | universos] et *added* We **234** super] supra Bb Fi An **235** sufficere] subfficere We **236** pervenerit] We: pervenit Bb Fi An Ly **238** similiter divulgatio] simpliciter dimulgatio Ly **239** divulgatio] dimulgatio Ly **240** et… divulgatio] sed dimulgatio Ly

episcopo. Ergo non minus ligat eos divulgatio facta per papam.

Item, sicut episcopi sunt superiores abbatibus, decanis, archidiaconis, et huiusmodi inferioribus prelatis, ita archiepiscopi sunt superiores episcopis. Sed constitutio pape ligat episcopos licet ad eos per archiepiscopos nequaquam pervenit (Extra, *De postulatione prelatorum* c. 1). Ergo et constitutio pape ligat inferiores episcopis licet episcopi non publicaverint constitutionem eandem.

Hec inter alia movent me contra predictam sententiam. Ideo aliam sententiam libenter audirem.

Magister: Sunt quidam qui glosas de ista materia negare nolunt, sed eas, ut affirmant, explanant de constitutione pape dupliciter distinguentes. Aut enim publice fertur non solum in curia pape sed in universis regionibus christianorum papam de aliqua determinata materia constitutionem noviter edidisse, aut talis rumor ad omnes regiones christianorum vel aliquas non pervenit. Item, aut constitutio pape nova omnes tangit, aut aliquas determinatas personas vel aliqua collegia certa.

Si itaque aliqua constitutio nova pape in eius curia sollempniter et publice promulgatur que omnes tangit, et publicus rumor aut sermo de tali constitutione ad omnes regiones christianorum pervenit, omnes conclusionem constitutionis huiusmodi scire tenentur, precipue illi qui de facili per se vel per alios eam scire possunt.

Ab hac tamen regula, secundum quosdam, excipiuntur milites, rustici, minores, et mulieres, qui constitutionem talem scire non tenentur. Secundum quosdam vero, si eam de facili possunt scire, eam ignorare non debent, precipue si sit constitutio que bonum commune respiciat.

---

268 Ab…272 respiciat] PP* | secundum quosdam] *Dictum Gratiani ad* C. 1 q. 4 c. 12 col. 778 s.v. omnis ignorantia

---

242 divulgatio] dimulgatio Ly **244** sunt] *omitted* We **247** ad eos] *omitted* An **248** pervenit] pervenerit We pervenitur Ly | prelatorum] *omitted* Ww **249** episcopis] episcopos We **251** contra] supra Bb Fi An **253** qui] *omitted* Bb **255** distinguentes] diffinientes Bb Ly **256** fertur] feruntur Ly | sed] etiam *added* We **257** christianorum] extranorum Bb aliqua] aliquam We **259** christianorum] extranorum Bb | aliquas] adliquas We **262** pape…curia] in curia pape We **265** conclusionem] conclusionesm (*sic*) We conclusiones Ly **266** precipue] preci^{e} Bb precise Fi An | de] *omitted* We **267** alios] alium We **269** minores] iuniores Ly | mulieres] mun^{res} Bb **270** tenentur] et *added* Bb Fi An Ly

Huius ratio assignatur talis. Ignorantia crassa et supina et peior nullum excusat. Sed ignorantia iuris quemcunque tangentis quod quis potest de facili scire est ignorantia crassa et supina vel peior. Ergo talis ignorantia nullum excusat.

Maior probatur auctoritate Alexandrii 3ii qui, ut habetur Extra, *De ordinatis ab episcopo qui renuntiavit episcopatui* c. 1, ait: "*si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem officii non habebit. Ubi autem non scienter, poterit, nisi crassa et supina fuerit ignorantia, discretus pontifex dispensare*". Ex quibus verbis colligitur quod ignorantia crassa et supina dispensationem alias licitam impedit, et per consequens ignorantia crassa et supina non excusat. Quod glosa Extra, *De electione et electi potestate* c. *Innotuit* asserit manifeste, dicens: "*Ignorantia crassa et supina non excusat*".

Minor, scilicet quod ignorantia iuris quemcunque tangentis quod quis potest de facili scire est ignorantia crassa et supina probatur. Quia ignorantia dampnabilis est crassa et supina vel peior. Sed talis ignorantia est dampnabilis, teste Augustino qui, ut legitur dis. 37 cap. ultimo, ait: "*Non omnis ignorans immunis est a pena. Ille enim ignorans potest excusari a pena qui a quo disceret non invenit. Istis autem*

---

273 Huius…talis] What follows is possibly the earliest scripting (as vs. positioning) of the "ignorantia crassa" argument in 1 Dial. if development length indicates compositional priority. **278** Extra…279 1] X. 1. 13. 1 (*Requisivit*) col. 263 **285** glosa] X. 1. 6. 20 col. 133 s.v. ignorantiam **291** talis ignorantia] i.e. "*ignorantia iuris quemcunque tangentis quod quis potest de facili scire*" **292** dis…ultimo] D. 37 c. 16 (*Non omnis*) col. 249

---

273 supina] suspina An subpina (*frequent for* scriptor 15us) **274** quemcunque…275 tangentis] quantumlibet tangat Ly **275** quis potest] We Vc: per se Bb Fi An per se quis potest Ba per se potest Ly Fr **277** Alexandrii] *omitted* An **278** ordinatis] ordinato Ww | episcopo] eo Ww | renuntiavit] renunutiat An **279** receperit] acceperit Bb Fi An Ly acciperiet We **280** fecit] facit Ww | executionem] excusationem Ly **281** poterit] *omitted* We | supina] dispensationem *added* We **282** discretus] distractus We | dispensare] dispensaret Bb Ly | verbis] *omitted* Ly **284** alias] *omitted* Ly **285** Quod…287 excusat] *omitted* Bb | et…286 potestate] *omitted* Fi An We Ly **287** supina] vel peior *added* Ly **288** quemcunque] quamcunque We | quemcunque…289 tangentis] quantumlibet tangeret Ly **289** quis] Kn (cf. *supra* line 275*) : *omitted* Ww **290** probatur…291 supina] *omitted* Ly Vg **291** Sed] Et Ly | est] ignorantia *added* We **292** legitur] habetur Ly **293** ignorans[2]] Ly: *omitted* Bb Fi An We **294** qui] *omitted* Bb Fi An | a quo] quod Ww | disceret] discat We

hoc ignosci petit qui, habentes a quo discerent operam non dederunt". Ex quibus verbis colligitur evidenter quod ignorantes illa que spectant ad ipsos qui possunt faciliter scire minime excusantur. Quod etiam Apostolus 1 Cor. 14 aperte insinuat cum dicit, ut etiam recitatur dis. 37 § *ut itaque* : "*qui ignorat ignorabitur*". Quod Gratianus ibidem dicit intelligendum de eo "*qui noluit intelligere ut bene ageret*", ubi dicit glosa "qui ignorat" :"*id est qui negligit scire vel contempnit scire*". Et infra*: "nec excusatur quis per ignorantiam qui potest habere copiam peritorum, ff. de iuris et facti ignorantia L. regula, vel si sua prudentia facile potuit illud scire*". Ex quibus colligitur quod omnes illos ignorantia non excusat qui nolunt scire, qui ideo ignorant quia non dant operam ad sciendum, qui negligunt scire, qui contempnunt scire, qui habent copiam peritorum, qui sua prudentia facile possunt scire. Et ita omnis talis ignorantia est dampnabilis et per consequens est crassa et supina vel peior.

Ex quo infertur quod constitutionem pape quantum ad subiectum constitutionis contentum in ipsa omnes tenentur scire, si omnes tangit et rumor de tali constitutione ad omnes regiones christianorum pervenit. Quia nemini licet ignorare ea de quibus in regione ubi moratur est publicus rumor si omnes tangunt. Si autem rumor de tali constitutione non ad omnes regiones christianorum pervenit, commorantes in regionibus in quibus nullus est rumor de tali constitutione

---

298 1…14] 1 Corinthians 14:38: "*Si quis autem ignorat, ignorabitur*" **299** dis…itaque] *Dictum Gratiani ad* D. 37 c. 15 col. 249 **300** ibidem] *ibid.* **302** glosa] *Dictum Gratiani ad* D. 37 c. 15 col. 249 s.v. qui ignorat **303** infra] *Dictum Gratiani ad* D. 37 c. 15 col. 249 s.v. qui noluit

---

295 hoc] *omitted* Ww | petit] non potest Bb Fi An Ly non poterit We quo] *omitted* Fi | discerent] addiscerent An Ly discant We **297** ignorantes] ignorantia Ly | spectant] spectat Ly | qui] que Bb Fi We **298** excusantur] excusatur Fi An Ly | 1] 2 ad Ly | 14] 15 Ww **300** Quod] *omitted* We **301** bene] *omitted* We | ageret] et *added* Ly **302** id est] We: et Bb Fi An Ly | vel] qui *added* Ww **303** contempnit] contendit We | nec] ne We etiam *added* Ww **305** L] *omitted* Ww facile] faciliter Ly | potuit] po^{t} Bb An potest Fi We Ly **306** illud] id Ly | quibus] verbis *added* Ly **308** qui^{1}…310 scire] *omitted* An **309** facile] *omitted* Ly **312** constitutionem] constitutio Ly **313** subiectum] sustatiam (*sic*) We | contentum] Kn: contenta We contente Bb Fi An Ly | omnes] omnis Bb o^{i} Fi *omitted* An | tenentur] tenetur Bb **314** si] sed An **315** Quia] Et An Ly **316** moratur] ignorare *added* Ly | rumor] *omitted* We | si…317 tangunt] *omitted* Ly **317** tangunt] tangant Bb Fi tagunt We **319** tali] tal' Ly

pape eam scire non tenentur, quia ignorantia probabilis ipsos excusat. Ignorans enim sicut errans, quemadmodum insinuat glosa 1 q. 4 § *Notandum*, non est necesse "*quod sit nimis scrupulosus, et diligens, et curiosus in inquirendo, nec quod sit nimis negligens et dissolutus non inquirendo*". Ille autem qui in regione moratur ubi de constitutione pape nova nulla sit mentio non est nimium negligens et dissolutus in inquirendo. Ergo ignorantia probabili laborat, et per consequens est merito excusandus licet constitutionem pape non sciat. Si vero constitutio pape non tangit omnes sed aliquas determinatas personas, puta tantummodo episcopos vel tantummodo monachos vel tantum presbiteros seu rectores vel aliquas alias certas personas vel collegia, non omnes tenentur scire constitutionem huiusmodi, sed tantummodo illi quos constitutio tangit, et illorum illi solummodo qui in regionibus manent ubi inter tales personas de constitutione huiusmodi est publicus rumor.

Per hoc dicitur ad propositum de constitutione hereticali pape quod, cum talis constitutio pape omnes tangat, quia fidem omnium quantum in se est destruit et enervat, omnes illi qui in regionibus commorantur in quibus est rumor publicus de constitutione tali eam scire tenentur, non ad servandum sed ad resistendum pro posse. Illi autem qui morantur in regionibus ubi non est rumor de tali constitutione eam scire non tenentur, et ideo si eam non impugnant per ignorantiam probabilem excusantur.

Discipulus: Nunquid secundum istos ad hoc quod aliqui teneantur scire constitutionem hereticalem pape requiritur quod in omnibus civitatibus illius regionis fiat talis rumor?

---

322 glosa] *Dictum Gratiani ad* C. 1 q. 4 c. 12 col. 777 s.v. omnis ignorantia

---

320 ipsos] eos Ly **321** excusat] et sed *added* An **324** nimis] nimium Ww | non] in Ww **326** in…327 Ergo] ergo in inquirendo Ly **327** laborat] laboret Fi **329** constitutio] constitutionem An **330** episcopos] *omitted* We episcopos Wem **331** vel[1]…332 alias] *omitted* We | tantummodo] tantum Bb Fi | tantum] tantummodo Ly **333** constitutionem] constitutiones Fi | huiusmodi] eius Ly **334** illi[2]] subiecti Ly **338** pape[1]] propter Ly | constitutio] distinctio Bb | pape[2]] *omitted* We | tangat] tagat We tangit Ly **341** eam] *omitted* Ly **342** resistendum] resi[d'] An **343** morantur] morarentur Bb Ly **344** eam[1]] ea Bb **348** in omnibus] *omitted* Bb | regionis] regionibus We | talis] *omitted* Bb

Magister: Respondetur distinguendo. Quia manentium in aliqua regione quidam ex consuetudine in una civitate morantur continue, non transeundo de civitate ad civitatem, quidam vero ad civitates diversas proficiscuntur. Primi non tenentur scire constitutionem hereticalem pape antequam rumor de tali constitutione pape hereticali ad civitatem pervenit. Alii vero tenentur scire si in aliqua civitatum ad quas sunt solliti proficisci rumor talis fuerit divulgatus.

Discipulus: Ista non videntur bene dicta, quia subditi et simplices non videntur habere explicitam fidem de multis que credit ecclesia. Ergo multo fortius non tenentur habere notitiam explicitam de constitutionibus hereticalibus pape quantumcunque fuerit rumor quod de fide constitutiones hereticales ediderit.

Magister: Respondetur distinguendo de constitutionibus hereticalibus pape. Quia aut continent heresim contrariam veritati catholice quam quilibet tenetur credere explicite, puta si diffiniret quod fides christiana est falsa, vel quod Christus non fuit mortuus, aut quod anime reproborum minime cruciantur, aut quod non est vita futura: et talem constitutionem omnes manentes in civitatibus ad quas rumor vel fama de constitutione tali pervenit scire tenentur, quemadmodum veritatem contrariam credere tenentur explicite. Quia, sicut tenentur explicite credere veritatem catholicam et pro loco et tempore eam exterius confiteri, ita heresim contrariam debent discredere mente, et pro loco et tempore exterius reprobare et horrere.

Si vero non contineat talem heresim contrariam veritati catholice quam omnes tenentur credere explicite, sed est

---

367 aut…368 cruciantur] allusion to the *visio beata* controversy (LTR)

---

349 Quia] Quod Ly | manentium] manantium We **350** una] min[a] We **351** ad] in Ly **352** proficiscuntur] profici s9[c] Bb **354** ad] suam *added* We **355** pervenit] pervenerit We | aliqua civitatum] aliquam civitatem Ly | civitatum] We: civitate Bb Fi An | ad…356 quas] *omitted* Ly **356** quas] We: quos *or* quas Bb quos Fi An | solliti] solli[ti] An proficisci] proficissci We ubi *added* Ly | divulgatus] dimulgatus Ly **358** videntur] Ly | explicitam] ex splitam (*sic*) We **359** ecclesia] ortam Fi An **362** ediderit] edidit Fi Ly **363** distinguendo] distingnedo (*sic*) We **364** constitutionibus hereticalibus] constitutione hereticali We continent] continet We **366** credere] scire Ly **367** fuit] fuerit Fi **368** est] alia *added* Ly **369** et] etiam Ly **370** pervenit] pervenerit We **371** tenentur] conentur Bb An **372** tenentur[1]] conentur Bb Fi An Quia…explicite[2]] *omitted* Ly Vg **373** pro] illo *added* Ly **374** discredere] et *added* Ly | mente] manifeste We **376** contineat] tenetur We **377** sed] *omitted* Ly

heresis que contrariatur veritati quam aliqui tenentur credere explicite et aliqui ad hoc non tenentur illi qui non tenentur explicite credere veritatem contrariam heresi diffinite in constitutione pape non tenentur scire constitutionem pape hereticalem, nisi in casu. Illi vero qui tenentur credere explicite veritatem contrariam, tenentur etiam scire constitutionem pape hereticalem si fama de tali constitutione ad civitatem ubi morantur pervenerit.

Capitulum 19

Discipulus: Nunc tracta secundum premissum circa principium precedentis capituli, an scilicet propter verba criminosorum asserentium constitutionem hereticalem pape esse noviter editam debeant ignorantes inquirere veritatem.

Magister: Respondetur quod si aliqui criminosi diffamant papam in genere, dicentes quod in constitutione sua heresim diffinivit, neque constitutionem neque heresim specificando, non est necesse propter verba eorum inquirere veritatem. Si autem in speciali tam heresim quam constitutionem specificant, dicendo ‘in tali constitutione papa talem heresim diffinivit’, videtur quod illi qui veritatem contrariam credere tenentur explicite, licet non debeant credere criminosis, debent tamen cauta sollicitudine querere veritatem, legendo scilicet in statuto constitutionem eandem.

Hoc probatur primo sic. In dubiis via tutior est tenenda (Extra, *De sponsalibus et matrimoniis* c. *Iuvenis*, et *De penitentia* dis. 7 c. *Si quis positus*, et Extra, *De homicidio voluntario vel casuali* c. *Significasti* et c. *Ad audientiam*). Sed

---

Capitulum 19,2 circa…3 principium] 1 Dial. 7. 18.32-35 **17** Extra… Iuvenis] X. 4. 1. 3 col. 1421 | De^{2}…18 positus] C. 32 q. 3 D. 7 c. 2 col. 2375 **18** Extra…19 Significasti] X. 5. 12. 16 col. 1707 **19** c^{2}… audientiam] X. 5. 12. 12 col. 1705

---

378 quam] *omitted* Bb **380** heresi] heresim We | diffinite] Vc: distincte Bb Fi An Ly disserendo We **381** tenentur] debet tenere Fi **382** tenentur] illi vero qui tenentur *added dittography* We **383** contrariam] *omitted* Ly **385** morantur] moratur We | pervenerit] pervenit Ly **Capitulum 19,2** Nunc] Nc We | premissum…3 principium] premissa secundum quesitum Ly **4** pape] *omitted* We **7** diffamant] diffament Fi An quod] si *added* An **8** diffinivit] diffinit Ly **9** eorum] egorum We **12** diffinivit] diffinit Ly **13** tenentur] conentur Bb **14** criminosis] criminosos An | debent] debeant Fi An **15** in statuto] Bb Ly: in testa^{to} Fi An et studendo sillicite (*sic*) We et studendo sollicite Vc Ba **16** Hoc] hec Bb **17** De^{1}…matrimoniis] De spō^{bus} Bb Fi An De sposalibus We De spon. Ly **19** voluntario…casuali] *omitted* Ww | Significasti] Signasti Bb We Sig$^{(w)ti}$ An

querere veritatem de constitutione pape, cum nuntiatur heresim continere, est via tutior, quia omni caret periculo. Non querere autem veritatem magnum habet periculum, quia propter hoc quod non quereretur veritas, posset in nonnullis periclitari fides. Ergo propter huiusmodi famam veritas sollicite est querenda.

Secundo sic. Propter assertionem illorum de constitutione hereticali pape est querenda veritas extra iudicium propter quorum denuntiationem coram iudice esset veritas iudicialiter inquirenda. Sed propter denuntiationem criminosorum debet iudex pape heretici inquirere veritatem. Nam criminosi in exceptis criminibus inter que est heresis ad denuntiandum debent admitti. Ergo etiam extra iudicium propter assertionem talem criminosorum veritas est querenda.

Discipulus: Secundum canonicas sanctiones de nullo est inquisitio facienda nisi fuerit graviter diffamatus. Ergo propter verba criminosorum non est de papa inquisitio facienda nisi taliter fuerit diffamatus quod absque scandalo tolerari non posset.

Magister: Respondetur quod iudicialis inquisitio, que absque gravamine et nota illius de quo inquiritur nequaquam fieri potest, non est aliqualiter facienda nisi fuerit graviter diffamatus. Et de illa inquisitione loquuntur canonice sanctiones. Alia autem inquisitio veritatis, que fit extra iudicium, que in casu proposito solum per inspectionem et studium constitutionis hereticalis pape fieri potest, facienda est etiam absque precedente infamia pape, quia per talem inquisitionem veritatis nullum gravamen vel nota infertur illi de quo inquiritur, licet postea invenientes veritatem debeant papam hereticum evitare.

Discipulus: Ista responsio non videtur sufficere, quia propter verba criminosorum non est credendum quod transsumpta ostensa sint vera transsumpta. Ergo licet in illis transsumptis per criminosos ostensis inveniatur aliqua heresis diffinita, non est credendum papam esse hereticum.

---

22 quia] *omitted* Ly **23** quod non] nisi Ly | in] et Fi **24** famam] fama We **26** illorum] We: omitted Bb Fi An Ly **29** iudicialiter] iudiciaria Ly **31** in] inter Bb **32** debent] debet Bb Fi We **35** fuerit] fu^{t} Bb Fi f^{t} An **37** facienda] *omitted* We | fuerit] fu'it An **40** gravamine] gravatione Bb Ly grava^{ne} An **41** est aliqualiter] erit aliter Ly | graviter] *omitted* Ly **43** Alia autem] Quia Ly **44** proposito] proponendo We | inspectionem] scandalum *added* Ly **46** per] *omitted* Bb **50** videtur] respondere *added* An **52** in] *omitted* We **53** ostensis] onstensa (*garbled)* We **54** diffinita] diffamata We | est] *omitted* We

Magister: Ad hoc respondetur quod in hoc casu non solum audiens relationem ostendentium transsumpta huiusmodi debet illa transsumpta legere et studere, sed etiam debet diligenter inquirere an sint vera vel falsa transsumpta. Quod quia potest fieri absque nota et gravamine pape, si est innocens, ex habundanti cautela tenetur audiens huiusmodi crimonosos inquirere veritatem.

Capitulum 20

Discipulus: Quia raro aut nunquam invenitur criminosus qui publice se auderet offere ad convincendum papam catholicum statuta hereticalia edidisse, et propter hoc ex hoc ipso quod criminosi publice et manifeste etiam extra iudicium de papa talia affirmarent esset quedam presumptio quod eorum assertio non esset a veritate extranea, ideo circa istam materiam nolo amplius immorare. Quapropter de indiciis manifestis de quibus dictum est supra capitulo 17 velis disserere.

Magister: Sententia predictorum est quod asserentibus extra iudicium indicia manifesta declarantia perfidiam pape heretici est credendum. Cuius ratio assignatur talis. Magis credendum est asserentibus indicia manifesta ad aliquod comprobandum quam assertioni simplici quorumcunque. Sed sepe credendum est assertioni simplici aliquorum fide dignorum, cum etiam nonnunquam credatur uni (*De consecratione* dis. 4 c. *Parvulos* et c. *Cum itaque*). Ergo multo fortius asserentibus papam esse hereticum et simul cum hoc asserentibus indicia manifesta (hoc est suspiciones et presumptiones probabiles) quibus eius perfidia declaratur est credendum.

Capitulum 20,9 supra] 1 Dial. 7. 17. xxx **17** De…18 Parvulos] Decreti tertia pars, De consecratione , D. 4 c. 110 col. 2637 **18** c^2…itaque] *Ibid.* c. 112 col. 2639

---

55 in] *omitted* We **57** transsumpta…59 est] *omitted* Fi **58** debet] *omitted* Ly **59** pape] et *added* Ly **60** cautela] caute An | huiusmodi… 61 crimonosos] huius criminosi huiusmodi Ly **61** inquirere] querere We | veritatem] huius *added* Ly **Capitulum 20,2** invenitur] inveniretur We **5** criminosi] si *added* Ly | etiam] *omitted* We **6** affirmarent] affirmant We | quedam] que We **7** non] *omitted* Ly | ideo] quapropter Ly | circa] contra We **8** immorare] Bb: immorari Fi An We Ly Quapropter] Ideo Ly **9** est] *omitted* We **10** disserere] dicere Ly **11** est] *omitted* Ly **15** comprobandum] oprobandum An | quorumcunque…16 simplici] *omitted* Ly Vg **17** nonnunquam] We: nunquam Bb Fi An Ly

Discipulus: Pone exemplum ut melius predicta intelligam.

Magister: Exempla multa possent poni, secundum quod suspiciones seu presumptiones possent esse quam plurime, imo innumere. Unum autem potest esse tale. Ponatur quod papa publice predicet quod Christus non fuit verus Deus, aut quod non fuit passus, vel aliquid tale quod est hereticum manifeste. Insuper omnes tenentes contrarium persequatur, destruat, et confundat, omnes vero suam doctrinam pestiferam defendentes, tenentes, predicantes, et docentes, diligat, promoveat, et exaltet. Sint etiam aliqui qui ignorent papam talem heresim predicare, tenere, aut docere, et tamen sciunt quosdam alios de eadem doctrina inter se altercationem habere, quorum quidam tenent catholicam veritatem et alii eam impugnant. Hoc posito, si taliter ignorantes papam doctrinam hereticam predicare, asserere, vel tenere, audierint postea aliquos referentes quod talis est doctrina pape, et ad hoc confirmandum inducentes quod defensores veritatis catholice papa deprimit et confundit, docentes vero contrariam hereticam pravitatem promovet et exaltat, sicut etiam ipsi ignorantes papam esse hereticum manifeste conspiciunt, taliter adducentibus indicia manifesta ad probandum papam esse hereticum est credendum, quia pro dicto eorum est presumptio violenta, ex quo papa talem doctrinam hereticam defendentes diligit, iuvat, et exaltat, et tenentes veritatem catholicam odit, persequitur, et molestat. Que presumptio magis ostenditur violenta si nulla ratio apparet quare istos deprimit et illos exaltat, nisi quia isti doctrinam talem negant et alii tenent eandem. Que etiam nimis urgere videntur si papa illos, quos ante diligebat, odit vel persequitur ex quo doctrinam suam hereticam impugnare ceperunt, et econverso eos quibus minus favorabilis videbatur, cariores habet ex quo doctrinam suam hereticam defenderunt, docuerunt, divulgaverunt, asseruerunt, vel

27 Unum…tale] Ockham chose not to use “verbi gratia” here...

23 exemplum] exempla We **25** possent] possunt We **28** fuit] fu^{t} Fi An fuerit Ly **29** fuit] fuerit We Ly **31** vero] etiam Ly **32** defendentes] defedentes We | tenentes] *omitted* Ly **33** ignorent] ignorant We **34** aut] et Ly **35** alios] *omitted* An | eadem] eandem We **39** postea] We: post Bb Fi An Ly | talis] tale Bb **42** sicut] sint Bb An **51** negant] nagant We | Que] Quo Ly **52** urgere] urgeri Ly | videntur] videtur We illos] alios Ly **54** ceperunt] ceper^{z} We | minus] *omitted* Ly favorabilis] favorabiliter Fi An Ly **55** habet] haberet We

tenuerunt. Quare per talem presumptionem credendum est papam esse hereticum.

Item, si papa de heresi diffamatur, maxime per viros literatos et in sacra pagina eruditos, petentes instanter et totis viribus laborantes ut generale concilium celebretur ad discutiendum et examinandum illa que pape tanquam hereticalia imponuntur, se subicere generalis concilii iudicio, idem generale concilium ne celebretur impediendo, recusat, est contra ipsum presumptio violenta quod est heretica labe respersus.

Item, si de heresi manifesta publice diffamatur et ipse de tali heresi se non purgat, sed eam predicat, tenet, et docet, est contra eum presumptio violenta quod est hereticus manifestus.

Et ita asserentibus tales presumptiones apertas ad probandum papam esse hereticum videtur esse credendum.

Discipulus: Videtur quod ista dicta inter se repugnant. Nam suspicio sive presumptio non est credulitas nec causa credulitatis. Cum ergo indicia manifesta non sint nisi quedam suspiciones seu presumptiones, propter indicia manifesta non debet quis credere papam esse hereticum.

Magister: Respondetur quod differentia est inter scientiam et credulitatem, quia scientia est ex evidentia rei, credulitas autem non est ex evidentia rei. Et ideo licet indicia manifesta que sunt suspiciones seu presumptiones probabiles vel violente nunquam causant scientiam, causant tamen sepe credulitatem. Sepe tamen non causant tam certam credulitatem quod credens a sua credulitate neque debeat neque possit recedere.

Discipulus: Quomodo potest probari quod presumptio probabilis vel violenta causat aliquando credulitatem?

Magister: Hoc videtur aperte posse probari. Primo per hoc quod iudex absque credulitate quod reus sit dampnandus

---

57 per] propter We **59** diffamatur] diffamatus Ly **60** petentes] *omitted* Fi **64** impediendo] impedire Ly **65** quod] que An **67** ipse] *omitted* An **68** purgat] purget Ly | eam] etiam Ly **69** est] heretica labe respersus. Item, si de heresi manifesta publice diffamatur et ipse de tali heresi se non purgat, sed eam predicat, tenet, et docet, est contra eum presumptio violenta quod est *added dittography* Bb Fi An **72** esse[1]] *omitted* We **73** repugnant] repugnent We **74** nec] est *added* Ly | causa] causam We **76** seu presumptiones] *omitted* Bb **79** ex] *omitted* Fi An | evidentia] videntia We **81** presumptiones] We: probationes Bb Fi An Ly **82** causant[1]] causent Bb **85** recedere] credere We **86** potest] posset Ly **87** causat aliquando] causet aliquando We causet aliquam Ly

non debet ad sententiam condempnationis procedere. Sed sepe etiam diffinitiva sententia condempnationis et alia fertur propter solam presumptionem, Extra, *De presumptionibus* c. *Afferte*, ubi dicit glosa super verbo 'date huic': "*hec enim fuit sententia diffinitiva lata per solam presumptionem*". Et eodem titulo c. *Quanto* dicit glosa: "*violenta presumptio quandoque sufficit ad condempnationem*". Ergo ad credulitatem nonnunquam sufficit violenta presumptio.

Secundo probatur idem sic. Compurgatores alicuius se purgantis licite iurant se credere quod purgans se dicit veritatem (Extra, *De purgatione canonica* c. *De testibus* et c. *Quotiens* et c. ultimo). Sed talem credulitatem non habent nisi ex sola presumptione qua presumunt quod purgatus nolit periurare. Ergo sola presumptio sufficit ad credulitatem.

Discipulus: Videtur quod hic possit fieri difficultas de differentia inter presumptionem et credulitatem. Quia tamen non reputo eam multum utilem ad propositum quod intendo, nolo ut eam discutias. Sed dic quem effectum habebit ista credulitas de perfidia pape heretici que solis presumptionibus probabilibus vel violentis, seu indiciis manifestis, habetur.

Magister: Respondetur quod talis credulitas aliquem effectum debet habere respectu persone pape heretici, et aliquem respectu quorundam aliorum. Respectu pape heretici duplicem potest habere effectum secundum quod varia potest esse presumptio de perfidia pape heretici. Quia aut est talis presumptio quod non sufficit ad condempnationem etiam si esset ordine iudiciario servato probata, aut est presumptio tam

---

93 glosa] X. 2. 23. 2 col. 786 s.v. date huic **95** glosa] X. 2. 23. 8 col. 788 s.v. non potuit **100** Extra…testibus] X. 5. 34. 13 col.1844 | c^{2}… 101 Quotiens] X. 5. 34. 5 col. 1837 **101** c ultimo] X. 5. 34. 16 (*Accepimus litteras*) col. 1848

---

91 diffinitiva] diffinitivam An diffñtā We | sententia] supra An | et alia] de aliquo Ly **92** propter] per We | presumptionem] et *added* An presumptionibus] presump^{o} Bb An presumptione Fi **93** date] data Fi An Ly | huic] Ly: *omitted* Bb Fi An We | enim] non *added* Fi An **94** diffinitiva lata] diffinitivam latam An We **95** eodem titulo] *omitted* Ly | dicit] et infra *added* Ly **99** purgans] purgant (?) An **100** Extra] de purgationibus vel *added* Ly **102** presumunt] presumpmunt We | nolit] noluit Fi An Ly **103** periurare] peie^{re} Bb An peiorare Fi **104** hic possit] posset We **106** utilem] utile We **110** Respondetur] Dicitur We aliquem] talem Ly **111** debet] debent An | et…112 heretici] *omitted* Ly Vg **112** Respectu…114 perfidia] *omitted* An **113** duplicem…114 perfidia] *omitted* Ly **115** presumptio] tam violenta *added* An | etiam] ē We | si] *omitted* Fi **116** est] e^{t} We | tam] *omitted* Ly

violenta quod sufficit ad condempnandum papam hereticum si probata extiterit.

Propter primam presumptionem et credulitatem papa in secreto est vitandus, sed non in publico. Quod enim sit in secreto vitandus patet ex hoc quod quilibet qui creditur esse excommunicatus est vitandus saltem in secreto. Sed papa per talem credulitatem creditur esse excommunicatus. Ergo a tali credulitate saltem in secreto est vitandus. Quod autem non sit vitandus in publico propter talem credulitatem videtur sic posse probari. Nullus debet alium in publico tanquam hereticum et excommunicatum vitare nisi possit probari excommunicatus, vel nisi publica fama de excommunicatione eius possit probari. Sed papa propter talem presumptionem solam neque potest probari excommunicatus neque potest probari fama quod est excommunicatus. Ergo propter talem presumptionem non est in publico devitandus.

Discipulus: Potest esse quod talis presumptio sit publica vel etiam notoria, ergo fama est quod papa est hereticus et per consequens fama est quod est excommunicatus. Propter famam autem est aliquis tanquam excommunicatus etiam in publico devitandus (Extra, *De sententia excommunicationis* c. *Cum desideres*). Ergo propter talem presumptionem debet papa etiam in publico devitari.

Magister: Respondetur quod non propter solam presumptionem talem que non sufficit ad condempnationem pape heretici, quantumcunque sit publica vel notoria, potest haberi quod papa sit tanquam hereticus publice diffamatus. Aliquando enim ex presumptione nulla consurget infamia, et ideo propter tales presumptiones solas non est papa reputandus hereticus vel excommunicatus.

---

137 Extra…138 desideres] X. 5. 39. 15 col. 1885

---

118 extiterit] exstistit exa^{t} Fi extitit Ly extiteit et We **119** in] *omitted* Ly **121** vitandus] vitadus We | ex] per Fi An **122** est] e We vitandus] videndus Fi vi^{dus}An | papa] *omitted* Fi | per…123 talem] propter Ly **123** credulitatem] incredulitatem An | excommunicatus] (**check**) quia creditur esse hereticus *added* We Vc Ba **126** alium] aliquem We **129** probari] excommunicatus *added* Ly | propter] *omitted* An **130** solam] Kn: so^{m} Bb An solum Fi We Ly | neque^{1}] post *added* Ly **132** devitandus] vitandus Ly **135** hereticus] h'e^{co} Fi **136** aliquis] quis We **137** excommunicatus] etc. *added* Ly **138** desideres] We: consideres Bb Fi An Ly **140** solam] salam We **142** vel] *omitted* Ly **143** diffamatus] et *added* We **144** Aliquando] Aliter Ly | consurget] consurgit Fi We

Discipulus: Nonne lex dicit quod ex levi causa probatur quis hereticus? Ergo propter presumptionem probabilem est papa hereticus reputandus.

Magister: Ad hoc respondet glosa Extra, *De presumptione* c. *Literas*, dicens quod lex debet intelligi quantum ad hoc quod suspectus de heresi habeatur, sed non ut condempnetur de heresi. Quod Innocentius 3us capitulo idem *Literas* satis aperte insinuare videtur, dicens: "*propter solam suspicionem quamvis vehementem, nolumus illum de tam gravi crimine*", scilicet heresis, "*condempnari*". Ex quibus verbis patet quod non propter omnem presumptionem est quis hereticus reputandus, licet propter eam suspectus de heresi habeatur.

Discipulus: Dixisti de presumptione que non sufficit ad condempnandum eum de heretica pravitate. Nunc dic de alia.

Magister: Dicitur quod si est presumptio tam violenta contra papam quod sufficeret ad condempnandum eum de heretica pravitate si fuerit in iudicio comprobata, credens propter talem presumptionem papam esse hereticum, si potest eam probare in iudicio, tenetur papam in publico tanquam hereticum et excommunicatum vitare.

Discipulus: Hoc videtur repugnare assertioni concilii generalis sub Innocentio 3o celebrati quod, ut legitur Extra, *De hereticis* c. *Excommunicamus 1o* , ait: "*Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus*

---

147 lex dicit] Cf. reference in X. 2. 23. 14 col. 794 s.v. vehementem **150** Extra…151 Literas] X. 2. 23. 14 col. 794 s.v. vehementem **154** dicens] X. 2. 23. 14 col. 794 (*in textu*) **169** Extra…170 1o] X. 5. 7. 13 col. 1671 (*misprint for* 1681)

---

147 quod] *omitted* Ly **149** hereticus] vel excommunicatus *added* An **151** dicens] *omitted* Ly | quod] quantum Bb **152** quod] ut We **154** idem] *omitted* Ly | dicens] *omitted* Ly **155** solam] salam We illum] eum Bb We Ly eam Fi An **156** condempnari] We: condempnare Bb Fi An Ly **160** presumptione] quia est hereticus reputandus *added* We | que] quod Ly **161** condempnandum…pravitate] condempnationem pape heretici We | Nunc] Nuc We **163** contra] quam An | sufficeret] sufficit Fi An We **164** fuerit] fuit Bb ft An **167** excommunicatum] communicatum We **170** 1o] *omitted* Ly **171** nisi] *omitted* Fi | iuxta considerationem] iusta consideratione We **172** qualitatemque] qualitatem Ly pape *or* proprie *added* An **174** feriantur] ferantur An We | usque] *omitted* We

evitentur". Ex quibus verbis colligitur quos propter nullam presumptionem seu suspicionem de heretica pravitate est aliquis excommunicatus, licet sit excommunicandus.

Magister: Ad hoc respondetur quod verba premissa concilii generalis intelligenda sunt de suspicione probabili que non est adeo violenta ut ad condempnationem sufficiat, non de illa que sufficit ad condempnationem. Quod enim sit aliqua suspicio seu presumptio que ad condempnandum aliquem tanquam hereticum sufficiat, et propter quam debeat hereticus reputari, patet per verba que immediate sequuntur verba prescripta, cum dicit concilium generale: "*ita quod si per annum in excommunicationem perstiterint, ex tunc velut heretici condempnentur*". Ex quibus verbis colligitur evidenter quod est aliqua presumptio que sufficit ad condempnandum hereticos, quia per hoc quod aliquis in excommunicatione persistit per annum. Propter suspicionem precedentem de heretica pravitate non habetur per certam scientiam quod est hereticus, sed solummodo presumptive.

Discipulus: Postquam recitasti quem effectum debet habere credulitas habita per solam presumptionem respectu persone pape, dic quem effectum debet habere respectu aliorum.

Magister: Dicitur quod credentes propter solam presumptionem papam esse hereticum debent illis qui papam impugnant de heretica pravitate, nisi constiterit eis legitimis documentis quod calumpniose vel maliciose procedunt, prebere defensionem quam possunt ac etiam consilium, auxilium et favorem, et eos in nullo penitus molestare.

Capitulum 21

---

184 immediate sequuntur] *Ibid.*

---

175 evitentur] ita quod si per annum in excommunicatione persisterint ex tunc velut heretici condempnentur *added* Ly **180** ut] quod Ly | ad] *omitted* We **181** enim] non An Ly **185** prescripta] prescritta We **186** excommunicationem] excommunicatione Bb Fi An | perstiterint] perstiterit Ly **187** heretici condempnentur] hereticus condempnetur Ly verbis] *omitted* Fi An **188** quod] *omitted* We **189** quia] *omitted* We per] scilicet ex Ly **190** suspicionem] autem *added* Ly **192** presumptive] Capitulum 21 *added* Ly **194** habita] heretica Ly | solam] salam We **195** persone] *omitted* Ly | quem] *omitted* We **197** credentes] credulitas We **198** debent] debet We **199** impugnant] pugnant Fi **200** vel] et Fi An **202** penitus] *omitted* An Ly **Capitulum 21,1** …] *omitted* Ly

Discipulus: Hec assertio dependere michi videtur ex hiis que dicta sunt libro sexto a capitulo 37 usque ad capitulum 55, ubi allegasti quod impugnantes papam hereticum de heretica pravitate sunt a catholicis defendendi. Ideo circa ipsam noli insistere, sed tracta aliam conclusionem supra capitulo 13 istius septimi recitatam.

Magister: Septima conclusio est quod quibuscunque criminosis et existentibus male fame, si non declaraverint per legitima documenta aut manifesta indicia papam esse hereticum, minime est credendum. Hoc videtur posse probari sic. Nulli criminoso in quocunque negotio est credendum. Ergo nec criminosis contra papam est credendum de heretica pravitate si dictum suum nec per legitima documenta nec per indicia manifesta probaverint. Antecedens probari potest, ut videtur, per illa que dicta sunt supra libro sexto capitulo 79º. Consequentia probatione videtur nullatenus indigere.

Capitulum 22

Discipulus: Quantum ad opus istud michi sufficiunt ea que dicta sunt in genere predicto capitulo 79 huius sexti. Ideo ad materiam aliam annexam precedentibus me converto. Inquisivimus enim a capitulo 10º an imponentes pape heretico perfidiam heresis sint audiendi et an eis fides debeat adhiberi. Nunc autem interrogo an scripta eorum qui perfidiam pape heretici declarare nituntur sint videnda, si in scriptis personam pape heretici et doctrinam eius conati fuerint reprobare.

Magister: Respondetur quod scripta talium cum diligentia et studio sunt videnda. Quod eisdem rationibus

---

Capitulum 21,2 Hec…7 recitatam] PP* **15** Antecedens…16 79o] PP* **16** supra] 1 Dial. 6. 79.xxx **Capitulum 22,2** Quantum…4 converto] PP*

---

3 a…37] capitulo 33 Ly **4** impugnantes] impugnantos We **5** catholicis] cotholicis We **6** ipsam] We: primam Bb Fi An Ly (*perhaps* .i^{m}. *in autograph*) | tracta aliam] circa septimam Ly | aliam] septimam We **7** supra] *omitted* Ly | recitatam] recitata (*changed from* "recitada") We **9** declaraverint] declararent Ly **11** Hoc] Sed Fi **15** probaverint] probaverit Ly **16** supra] *omitted* Ly | 79o] 69 We **Capitulum 22,2** opus] apus We | ea] illa We **3** 79] We: 19 Bb Fi An Ly | sexti] *omitted* Ly **5** a…10o] supra Ly **6** perfidiam] perfidia We **7** autem] *omitted* Bb | qui] que Fi An Ly **8** nituntur] nitantur We **9** scriptis] scripturis Ly | eius] aliis We **12** diligentia] dilegentia We | videnda] vita(n)da We | Quod] Quia Ly

quibus ostenditur quod imponentes pape heretico pravitatem hereticam debent audiri videtur posse probari.

Discipulus: Allega rationes speciales si quas habes.

Magister: Hoc videtur posse probari primo sic. Magis legenda sunt et videnda scripta catholicorum hereticam impugnantium pravitatem quam scripta paganorum infidelium et hereticorum que catholicam reprobant veritatem. Sed scripta paganorum infidelium et hereticorum sunt legenda et videnda, non ad probandum vel tenendum sed ad reprobandum et convincendum. Ergo multo magis scripta catholicorum perfidiam pape heretici impugnantium et reprobantium sunt legenda et videnda.

Maior probatione non indiget. Minor auctoritatibus manifestis posse probari. Hieronymus enim, ut legitur dis. 37 c. *Qui de mensa*, ait: "*Qui de mensa regis et de vino potus eius nolunt comedere, ne polluantur, utique si ipsam sapientiam atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, numquam acquiescerent discere quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut iudicent atque convincant. Quomodo si quispiam adversus mathematicos velit scribere imperitus mathematis, risui pateat, et adversus philosophos disputans, si ignorat dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldeorum, qua et Moyses omnem sapientiam Egyptiorum didicerat*".

---

26 dis…27 mensa[1]] D. 37 c. 11 col. 245

---

14 debent] debet We | probari] primo sic. Magis legenda sunt et videnda *added* then *cancelled* An **15** Discipulus] *omitted* An **16** primo] *omitted* Ly | primo sic] *omitted* An **17** scripta] scri^c^ta We (*frequent spelling in* **We**'*s 15th gathering*) **19** et] *omitted* We | reprobant] repñ An **20** infidelium] *omitted* Ly | infidelium…hereticorum] *omitted* B **21** probandum] approbandum Fi An Ly **22** et] vel ad Ly **23** catholicorum] *omitted* Ly **26** manifestis] manifistis videtur We **27** regis…28 eius] et vino regis Ww **28** ipsam] *omitted* Ww **29** sapientiam] sapientia Bb | doctrinam] doctrina Bb | Babyloniorum] Babilloniorum We **30** discere] dicere Fi | quod] *omitted* Bb **31** autem] Ly: *omitted* Bb Fi An We **32** convincant] convincat An **33** scribere] describere Ww | mathematis] mathe^cos^ Fi An methaseos Bb We matheseos Ly **34** dogmata] documenta Ly **35** Discunt] discant Ww mente] dogmata et *added* Bb Fi An We documenta et *added* Ly Chaldeorum] caldeicam Fi caldaicam Bb An We chaldaicam Ly | et] etiam Ww **36** didicerat] didiscerat An

Item Ambrosius, ut habetur dis. predicta c. *Legimus*, ait: "*Legimus aliqua ne negligantur, legimus ne ignoremus, legimus non ut teneamus sed ut repudiemus*".

Ex quibus patet quod scripta philosophorum paganorum et hereticorum sunt legenda et videnda non ut approbentur, sed ut reprobentur. Ergo multo magis scripta catholicorum declarantium perfidiam pape heretici sunt legenda et videnda.

Discipulus: Hec ratio bene procederet si constaret tales scribentes esse catholicos. Quando autem non constaret eos esse catholicos scripta eorum videnda non essent.

Magister: Nonnullis apparet quod omnino hic desipis. Quia audientes alios composuisse libros adversus papam et doctrinam eius aut reputant eos catholicos, aut hereticos, aut dubitant, nescientes an sint catholici vel heretici. Si reputant eos catholicos libros eorum non debent respuere sed videre. Si reputant eos hereticos libros eorum videre debent ad reprobandum erronea et ad respondendum sophisticis argumentis eorum, exemplo sanctorum Moysi et Danielis qui libros infidelium perlegerunt. Quomodo enim hereticorum fallacie dissolventur nisi legantur? Si autem dubitant, nescientes eos esse neque catholicos neque hereticos, libros debent eorum videre et legere, ut approbent si sint catholici vel reprobent si fuerint heretica labe respersi.

Discipulus: Facias alias rationes.

Magister: Secunda ratio specialiter probat quod ignorantes papam esse hereticum scripta aliorum contra ipsum debent legere et videre. Nam dubia, maxime de hiis que sunt necessaria ad salutem, sunt diligenter discutienda, teste Apostolo, qui 1 Thess. 5º ait: "*omnia autem probate,*

---

37 dis…Legimus] D. 37 c. 9 col. 244 **65** 1…5o] 1 Thessalonians 5:21

---

37 habetur] legitur We | c…ait] *omitted* An **38** ne[1]] *omitted* An negligantur] negligamur Ly **40** quibus] verbis *added* Ly **41** hereticorum] et *added* Bb Fi An Ly | approbentur] probentur Ly **44** bene…tales] non procederet nisi constaret Ly **45** catholicos] catholiquos We | autem] *omitted* Bb **46** catholicos] catholic8s (*sic*) We **47** hic] hi Fi | desipis] deciperis Ly **48** audientes] arguentes Ly composuisse] compose Bb **50** Si] Et We **52** eorum] *omitted* An **53** erronea] errorem Ly **54** sanctorum] et *added* Ly **56** fallacie] fallere Fi | dissolventur] dissolvantur Ly **57** neque[1]…hereticos] catholicos neque scientes eos esse hereticos We Vc Ba **58** eorum] eorumdem Ly si sint] sit We **65** teste] te We | qui] *omitted* Ly | 1] ad *added* Ly | 5o ait] *omitted* Ly

quod bonum est tenete", ubi dicit glosa: "*probate, id est, ratione discutite*" omnia probanda scilicet (certa enim non egent discussione), "*et*" 'quod bonum est', id est, "*quod bonum invenitur, tenete*". Ex quibus verbis colligitur quod dubia, presertim si fidem et salutem tangunt, sunt diligenter discutienda. Sed illa que scribuntur contra papam hereticum sunt necessaria ad salutem, quia spectant ad fidem que est necessaria ad salutem. Ergo nescientes an tales scribentes sint catholici vel heretici debent eorum scripta diligenter discutere et examinare.

Tertia ratio est hec. Illorum scripta sunt videnda cum quibus est licitum disputare, quia easdem rationes ore quis profert et scribit. Quod autem debet audiri debet et legi si scribitur. Sed cum illis qui dicunt et scribunt papam esse hereticum licitum est disputare ad veritatem inveniendam. Ergo et eorum scripta debent legi et videri.

Capitulum 23

Discipulus: Quia iste rationes michi videntur apparentiam aliqualem habere, reputoque probabile quod scripta catholicorum contra papam hereticum sunt nullatenus contempnanda , licet contra predicta alique obviationes michi occurrant, nolo tamen hic eas tractari, sed inferius dabo tibi occasionem discutiendi eas. Ideo dic nunc breviter an illi qui nolunt credere referentibus papam esse hereticum, quando in rei veritate esset hereticus, et qui nolunt scripta catholicorum contra papam hereticum legere nec videre, sint inter dampnabiliter credentes pape heretico numerandi, et qua pena sunt plectendi.

---

66 glosa] Walafrid Strabo, *Glossa ordinaria, epistola prima ad Thessalonicenses* (PL, t. 114, col. 620B) **Capitulum 23,6** inferius] Cf. *infra* 1 Dial. 7.37

---

67 probanda] probando incerta Ly | scilicet] *omitted* Ly | certa] incerta We **68** egent] indigent Ly **69** bonum] esse *added* Bb Fi An We **70** salutem] salt-- We | tangunt] tagunt We tangant Ly **72** necessaria] necesse An | salutem] salt-- We **73** necessaria] necessa An | salutem] salt-- We **77** quia] per *added* Ly **78** et[2]] etiam Ly | legi] eligi Bb Fi An **79** scribitur] scibetur (*sic*) We **Capitulum 23,3** reputoque] reputo Ly **5** contempnanda licet] condemnanda sed Ly | obviationes] obiectiones We **6** occurrant] occurrunt Ly | tractari] tractare Fi An Ly **9** et…11 heretico] *omitted* We | scripta] hereticorum *added* An **10** sint] sunt Ly

Magister: Iuxta pertractata duas interrogationes proponis. Ad quarum primam distinguendo respondetur, quia nolentium credere papam esse hereticum quando esset hereticus quidam sunt qui dampnabiliter nolunt hoc credere, vel quia nolunt de eius perfidia informari, vel quia licet sint informati nolunt informationibus sufficientibus et fidem facientibus de perfidia pape heretici adhibere fidem. Quidam autem sunt vel esse possunt qui absque crimine nolunt credere papam esse hereticum, utpote illi per quos non stat quin de perfidia pape heretici informentur et eisdem informationibus fidem facientibus de perfidia pape heretici credant et fidem adhibeant. Item, dampnabiliter recusantium credere papam esse hereticum quidam sunt qui quamvis crederent eum esse hereticum in nullo possent ei vel eius erroribus obviare. Aliqui vero possent ei vel eius erroribus obviare publice vel occulte.

Dicitur ergo quod nolentes credere informationibus rationabilibus facientibus hominibus fidem de perfidia pape heretici, si possunt sibi vel eius erroribus obviare, non solum credentes dampnabiliter pape heretico sed etiam fautores eiusdem sunt censendi. Si vero in nullo possunt pape heretico vel eius erroribus obviare, credentes et non fautores reputari debent. Si vero sunt aliqui qui nolunt credere papam esse hereticum quia non sunt de eius perfidia informati, nec per eos stat quod non informantur, nec fautores nec dampnabiliter credentes pape heretico sunt censendi.

Discipulus: Intelligo responsionem istorum quantum ad hoc. Ideo dic qua pena illi qui dampnabiliter renuunt credere papam esse hereticum sunt plectendi.

Magister: Ad hoc patet responsio per illa que dicta sunt hic et superius capitulo 2º, quia ut dictum est hic, tales sunt dampnabiliter credentes, ibi autem dictum est quod credentes sunt excommunicationis sententia involuti. Ergo qui

---

13 pertractata] pertractanda We **14** proponis] proponit An | primam] prima We | quia] quod An Ly **16** hoc] papam esse hereticum **We** Vc Ba **25** quidam…26 hereticum] *omitted* Fi **26** crederent] credunt We crederent eum] credant papam Ly | ei] pape heretico We | eius] eis Fi **27** Aliqui…28 obviare] *omitted* Bb An | ei] pape heretico We | ei vel] *omitted* Ly **30** rationabilibus] *omitted* An | rationabilibus facientibus] facientibus rationabilibus Bb Fi We | hominibus] *omitted* Ly **33** eiusdem] eius Fi An **34** vel] nec Ly **35** sunt] sint Ly | papam] papa Bb **37** informantur] informentur Ly **39** responsionem] r. We **43** est] sit We | hic[2]] ibi Ly **44** credentes[1]] credente Bb **45** involuti] innodati Ly

dampnabiliter renuunt credere papam esse hereticum sunt excommunicationis sententie vinculo alligati.

Discipulus: Dic ad secundam interrogationem.

Magister: Ad ipsam respondetur quod illi qui dampnabiliter renuunt legere vel videre aut audire scripta catholicorum contra papam hereticum, si possunt obviare pape heretico vel eius erroribus, non solum credentes sed etiam fautores eiusdem sunt habendi. Si autem obviare non possunt, solummodo credentes sunt putandi, et tam hii quam illi excommunicationis sententia sunt ligati.

Discipulus: Nunquid illa que dicta sunt prius secundum istos debent intelligi de credentibus aliis hereticis quam pape?

Magister: Respondetur quod de aliis consimiliter debent intelligi, licet gravius peccent illi qui credunt pape heretico quam aliis, eo quod papa hereticus est magis nocivus et magis periculosus quam alii heretici.

Capitulum 24

Discipulus: Propter illa que in hoc capitulo dicta sunt, hic esset locus querendi de fautoribus hereticorum. Sed antequam inquiram de eis, peto ut respondeas ad rationes supra c. 12º allegatas quibus ostenditur quod volentibus declarare perfidiam pape heretici minime est credendum. Puto enim quod per responsiones quas narrabis, sive alique earum fuerint rationabiles sive irrationabiles, totam materiam de credentibus hereticis clarius et magis profunde intelligam.

Magister: Ad primam illarum dicitur quod sacra pagina minime reprehendit omnes adhibentes fidem narrantibus aliquid sinistrum de alio. Sed eum qui cito credit narrantibus mala de aliquo sacra pagina reprehendit. Propter quod non scribitur quod ‘qui credit levis corde est’ sed “*qui credit cito*

Capitulum 24,7 Puto…9 intelligam] Probable early composition (prior to 1 Dial. *Prologus*)

---

46 renuunt] *omitted* An **47** sententie] sententia Bb Ly *omitted* We et *added* Ly **51** papam…52 solum] *omitted* An **56** illa] *omitted* Ly **57** istos] ista Ly | intelligi] Magister *added* Ly | de…59 intelligi] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An Ly Fr **58** aliis] allis We **59** licet] liquet quod Ly | peccent] p^{c}e^{m} Fi **60** nocivus…61 magis] *omitted* We **Capitulum 24,2** capitulo] loco Ly **4** inquiram] in quī We | eis] his Ly **6** heretici] *omitted* We **7** alique] aliqua Fi An **8** fuerint] sint Ly **10** Magister] Master We | illarum] *omitted* Ly **12** alio] aliquo Ly | cito] *omitted* Bb Fi An **13** aliquo] alio Ly | non…15 est] scribitur quod ‘qui cito credit levis est corde’ Ly Vg **14** quod] *omitted* We | qui^{1}] illi Bb | qui^{1}…sed] *omitted* Fi An | cito] dico quod An

levis corde est". Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod non ideo dicitur aliquis dampnabiliter cito credere quia statim credit quando aliquid sive bonum sive malum narratur de alio. Nam et David, ut legitur 2 Reg. 3, ut audivit Joab interficisse Abner, credidit, nec tamen in hoc peccavit. Sed qui credit cito malum de proximo levis corde est, et, si malum quod cito credit de proximo est peccatum mortale, credendo cito mortaliter peccat. Est ergo videndum quis credit cito malum de proximo et quis non credit cito.

Dicitur igitur quod aliquis potest credere malum de aliquo dupliciter. Quia vel credit malum de alio ex aliquo quod ipsemet percipit de ipso, vel solummodo ex relatione seu narratione aliorum. Si autem aliquis credit malum de alio ex aliquid quod ipsemet percipit de ipso, hoc potest esse dupliciter: quia aut illud potest fieri bene et male, aut tantummodo male. Si potest fieri bene et male, aut ergo, ut communiter, non fit nisi male, licet in casu singulari et speciali et raro possit fieri bene, aut frequenter fit bene et frequenter fit male.

Si frequenter fit bene et frequenter male, sicut frequenter homines cum mulieribus bona intentione loquuntur, et frequenter mala, sepe etiam bona intentione visitant eas et dant munera ipsis ac diversa solacia habent cum eis, et sepe mala intentione talia fiunt, si in hoc casu vel consimili aliquis credat peccatum mortale de alio, peccat mortaliter, quia est iudicium temerarium contra caritatem quam habere debet ad proximum, qua illa que possunt fieri bene et male in meliorem partem interpretari debemus, sicut dicit Beda, ut habetur Extra, *De regulis iuris* c. *Estote*.

---

43 Extra…Estote] X. 5. 41. 2 col. 1962 : "*ea facta que dubium est quo animo fiant in meliorem partem intrepretemur*"

---

17 aliquid] aliquis Bb **18** Nam…19 tamen] *omitted* We **19** interficisse] interfecisse An **20** qui credit] credidit Fi | corde] cord' Bb Fi An **23** et] ets Ly | quis] qui Fi Ly **25** Quia] *omitted* Ly | alio ex] *omitted* Ly | ex aliquo] *omitted* Ly **27** aliorum] eorum Fi | alio] We: aliquo Bb Fi An Ly **28** aliquid] We: aliquo Bb Fi An Ly | esse… 29 dupliciter] dupliciter contingere We **29** quia] *omitted* Ly | male] maxime Bb **30** male[1]] ma~ Bb | aut] *omitted* Ly **31** communiter] illud *added* Ly **32** possit] posset Ly | aut] et *added* An **33** fit male] male et We **34** Si…male] *omitted* Ly | frequenter[2]] fit *added* An frequenter[3]] *omitted* We **35** et…36 mala] *omitted* Ly **36** visitant…38 intentione] *omitted* We **37** sepe] cum eis *added* Ly **40** quia] quod Fi Ly **41** qua] quia Ly

Si autem illud ex quo quis credit malum de alio est tale quod ut communiter fit male, raro autem vel nunquam fit bene, licet possit fieri bene, sic non peccat quis suspicando malum de alio. Peccat tamen firmiter credendo malum de ipso, et multo magis peccat credendo malum gravius quam sit illud quod videt de alio, maxime si illud malum quod credit de alio est aliquod enorme excedens peccata que ab hominibus communiter fiunt. Sicut si quis, videns aliquem multum iratum contra alium, crederet quod ille iratus intenderet eundem occidere, multo magis peccat quam solummodo credendo iram quam videt esse peccatum mortale. Et tamen, credendo ipsum ex hoc solo quod irascitur peccare mortaliter, si iratus ultra non procedat, peccat mortaliter. Potest enim aliquis irasci multum et intense contra alium zelo iustitie et intentione bona absque peccato mortali, et quandoque venialiter solum. Verumptamen, suspicando vel dubitando talem iram esse peccatum mortale in ipso non est peccatum mortale.

Sic etiam, si ex illis que habent aliquam speciem mali que tamen possunt in casu fieri absque peccato mortali quis credat alium peccatum grande committere, peccat mortaliter. Et de hoc videtur poni exemplum 34 dis. c. 1, ubi Nicholaus papa, scribens Albino archiepiscopo de immoderata familiaritate quam habuit quidam episcopus cum filia sua, non vult credere quod idem episcopus carnaliter peccaverit cum filia eadem, licet illa immoderata familiaritas habuit speciem mali, sed vult propter scandalum quod eandem familiaritatem dimittat, scribens in hec verba: "*Nichilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolatui nostro, quod cum quadam filia sua immoderatam teneat familiaritatem, et*

65 34…1] D. 34 c. 1 (*Quorumdam relatione*) col. 221

44 tale] quid *added* We **45** ut] nec Bb (*perhaps a misread* n^{c}/u^{t} *abbrevation*) **46** possit] posset Ly **47** malum^{2}…48 credendo] *omitted* Bb **51** quis] aliquis We | videns] Ly Vg: videret Bb Fi An We **52** alium] aliquem We **53** intenderet] tenderet Fi An | peccat] peccaret Fi An Ly **56** procedat] procedit ille We **57** Potest] Post We | aliquis] quis Ly | intense] interesse Ly **58** zelo] zolo We **62** Sic] Si Ly | si] *omitted* An Ly | que] qui We | mali] *omitted* Bb Fi An **64** alium] aliud Ly | grande] grave Ly | mortaliter] graviter Ly **65** ubi] *omitted* We **66** Albino] Aldino Ww **68** non vult] noluit Ly | peccaverit] peccat Bb *omitted* We peccaverat Ly **69** filia] sua *added* Ly | habuit] habeat Bb habuerit We **70** eandem] eadem Bb **71** Nichilominus] Nicolaus Ly **72** autem] etc. Ly | episcopo] ipso Fi | nostro] modo Fi | quod] *omitted* We **73** teneat] tenuit Ly

ob id mala fama ei orta sit, pro qua re a sanctitate tua ceterisque coepiscopis suis commonitus atque correptus est, sed nullatenus emendatus. Que res in hoc maxime displicet, et magis ac magis deteriorem de se reddit opinionem in quo beatitudinis tue et ceterorum coepiscoporum suorum rationibus non obedit et per inobedientiam in culpam protoplasti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale cum episcopis et suffraganeis tuis convocare concilium, et hunc salutaribus eloquiis episcopum convenire, atque illi pastorali auctoritate precipere quatenus ab omnium bestiarum vel volucrum venatione penitus alienus existat, atque ab immoderata filie sue familiaritate semet omnino coherceat. Quod si parere contempserit, et tam pro venationis declinatione quam pro immoderata filie sue conversatione vitanda vobis admonentibus obedire distulerit, a vestro collegio excommunicatus abscedat. Quod si in hoc contumax adhuc apparuerit, a ministerio cessare debebit".

Ex quibus verbis colligitur quod episcopus immoderatam familiaritatem habuit cum filia sua. Et qualis fuerit illa immoderata familiaritas glosa super verbo 'fama' exprimit, dicens: "*Coram omnibus eam nimis osculabatur, et ponebat manus in gremium eius*". Quod speciem mali videtur habere quia, ut communiter, osculum mulieris nimium iteratum et positio manus in gremium sive sinum ex immundo corde procedit et cor impudicum pretendit. Et tamen ex tali specie mali noluit nichilominus Nicholaus papa non solum credere sed nec etiam suspicari quod idem episcopus in lapsum carnis inciderit. Nec etiam voluit quod ei

93 glosa] *Ibid.* col. 222 s.v. fama

74 id] illud Fi An Ly **75** suis…correptus] tuis ammonitus correctusque Ww **76** in] *omitted* Ly **77** in] de Bb Fi An We *omitted* Ly **78** beatitudinis] beatudini Bb An Ly beatitudine Fi We | ceterorum] *omitted* Ww | suorum] tuorum Ly **79** in culpam] *omitted* We **80** protoplasti] prothoplasti We prothoplausti Bb Fi An Ly **81** tuis] Ly: suis Bb Fi An We **82** hunc] huc We *omitted* Ly **83** quatenus] quem toto Fi An **84** volucrum] velucrum Fi | existat] exstat We **85** ab] *omitted* An | semet] se Ly **86** coherceat] cohibeat Ly | parere] precipere An **87** declinatione] inclinatione Ly **88** vitanda] vatanda We | admonentibus] amonentibus Fi An | vestro] vestri Bb Fi **89** abscedat] ascedat Fi accedat An **90** adhuc] We: *omitted* Bb Fi An Ly **91** quibus] his Ly **92** habuit] hñet We **94** nimis osculabatur] deosculabatur Ly **95** manus] We: manum Bb Fi An Ly | gremium] We: gremio Bb Fi An Ly **98** pretendit] pretendat An **99** nichilominus] *omitted* We | Nicholaus] *omitted* Bb Fi An **100** suspicari] suspicare We **101** Nec] Et Ly | voluit] noluit Ly

indiceretur purgatio, non obstante mala fama ex hoc orta de ipso, testante glosa que ibidem ait: "*non quod aliquid ibi sevi criminis existimaretur propter fedus nature, sed quia coram omnibus eam nimis osculabatur et ponebat manus in gremium eius, et ideo non fuit ei indicta purgatio*".

Discipulus: Quare non fuit ei indicta purgatio ex quo extitit diffamatus, teste Nicholao, qui in verbis premissis dicit "*et ob id mala fama ei orta sit*" ?

Magister: Respondetur quod purgatio non debet diffamato indici nisi quando de crimine diffamatur. Iste autem episcopus de crimine, puta de lapsu carnis, minime extitit diffamatus, sed erat tantummodo diffamatus de immoderata familiaritate filie sue. Que, quamvis fuit immoderata et, ut communiter immoderata familiaritas mulieris sit cum peccato mortali, tamen talis immoderatio potest carere peccato mortali, quia non omnis immoderatio est peccatum mortale. Ideo, iste episcopus non fuit de crimine diffamatus. Quare sibi non debuit indici purgatio, sed debuit ammoneri, quia etiam de venialibus ammonitio fieri potest.

Discipulus: Unde accidit quod aliquis credit malum de alio ex illo quod frequenter fit bene et male, et ex illo quod habet speciem mali et frequenter fit male et nunquam vel raro bene?

Magister: Respondetur quod ut communiter hoc provenit de duobus. Ex hoc videlicet quod taliter credentes malum de alio consimilibus criminibus publice vel occulte aut voluntate sunt infecti, et ideo iudicant de aliis sicut sentiunt de seipsis, et quia credunt alios esse tales in actibus exterioribus etiam indifferentibus quales sciunt esse seipsos publice vel occulte aut secundum voluntatem et desiderium cordis. Unde sunt quidam qui omnes suspiciosos et cito

---

103 ibidem] *Ibid.*

---

102 de…103 ipso] est We **103** testante] teste Fi We | non] nota An We | ibi] in An Ly | sevi] sem Fi | sevi…104 criminis] ipso Ly **104** criminis] carnis Bb Fi An | existimaretur] estimaretur Ww | nature] naturale Ww **105** manus] manum Ww **106** et] etiam Bb | non] Ww: "non" *is missing CIC1582.* **108** extitit] existit Bb Fi An | qui] quod Bb Fi An **109** et] *omitted* Ly | id] illud Fi An Ly | sit] We: est Bb Fi An Ly **110** debet] *omitted* We **112** lapsu] lassu We | carnis] criminis Ly extitit] estitit Bb Fi **114** familiaritate…immoderata] *omitted* Fi | fuit] fuerit We Ly **115** immoderata] immoderate Bb | familiaritas…sit] familiatas mulierite fit We **116** potest] pst We **118** diffamatus] et *added* We **119** debuit[1]] dedit Fi **121** aliquis] quis We **122** fit] *omitted* We quod[2]] fit *added* We **126** de] ex Fi An

credentes crimina quecunque de proximo reputant actu vel voluntate eisdem criminibus irretitos. Provenit etiam talis credulitas mala ex inimicitia aut odio vel ira quam habent sic credentes ad illos quos credunt esse malos, quia unusquisque malus cito credit malum de illo quem odit.

Discipulus: Dic de credente aliquem esse malum ex aliquo quod non potest fieri nisi male.

Magister: Dicitur quod qui credit aliquem esse malum quia percipit per semetipsum aliquid de eo quod non potest fieri bene sed tantummodo male non peccat ex hoc quod credit malum de ipso, quia propter illa que non possunt fieri bene licitum est cuilibet iudicare et reputare malum illum qui facit. Hec est sententia Bede, ut habetur Extra, *De regulis iuris* c. *Estote*, qui ait: "*Quod enim scriptum est 'ex fructibus eorum cognoscetis eos', de manifestis dictum est, que non possunt bono animo fieri, ut stuprum, blasphemie, furta, ebrietates et similia, de quibus nobis permittitur iudicare*". Ex quibus verbis colligitur quod propter illa que non possunt fieri bene licet credere aliquem esse malum.

Discipulus: Dic de illo qui credit malum de alio solummodo propter relationem seu narrationem alicuius vel etiam aliquorum.

Magister: De hoc, quando scilicet quis debeat credere malum de aliquo propter relationem vel narrationem alicuius vel aliquorum et quando non debet, difficile vel impossibile est dare regulam generalem que in nullo casu deficiat. Quia aliquando credendum est extra iudicium dicto unius, aliquando non est credendum dicto unius etiam extra iudicium. Aliquando etiam credendum est dicto multorum, et aliquando non. Quandoque etiam credendum est fame, et quandoque non est credendum fame. Interdum etiam credendum est presumptionibus que narrantur, et interdum illis minime est credendum. Ista omnia, ut nonnullis apparet,

---

145 Extra…146 Estote] X. 5. 41. 2 col. 1962 **146** scriptum est] Matthew 7:20 **155** De…168 insistendum] PP*

---

135 quam] quem Fi An **137** malum] ex aliquo quod non potest fieri nisi male *added* An (*but avoids homioteleuton cf. line 139**) | illo] alio We **138** esse] *omitted* An | ex] alio *added* Fi | ex…140 malum] *omitted* We **Magister** *added in margin* We **141** semetipsum] seipsum We Ly **142** bene] *omitted* An Ly | sed] nisi Ly **145** est] *omitted* We **146** enim] *omitted* Ww **148** blasphemie] blasphemia Ly | furta] We: furt Bb fiunt Fi An furtum Ly **149** ebrietates] heresis Ly | nobis] verbis Fi **150** colligitur] *omitted* Bb Fi An **154** etiam] *omitted* We Ly **163** est] *omitted* Bb

per rationes apertas, exempla, et iura, possent copiose probari, sed propter prolixitatem vitandam videtur non esse insistendum.

Dicitur igitur quod, quemadmodum, ut habetur Extra *De testibus et attestationibus* c. *Preterea*, iudex circumspectus et discretus debet formare "*motum animi sui ex argumentis et testimoniis, que rei aptiora esse compererit*", ita etiam unusquisque audiens extra iudicium referentes malum de aliquo ad hoc quod credat vel non credat sepe ex multis conscientiam suam formare tenetur, quia sepe extra iudicium sicut in iudicio ad faciendum fidem de malo alterius, etsi non possunt singula, multa collecta simul iuvant.

Discipulus: Applica predicta ad propositum.

Magister: Secundum ista dicitur quis cito credere malum de proximo qui ex hiis solummodo que possunt fieri bene et male credit ipsum esse malum. Qui autem credit ipsum esse malum ex hiis que nunquam bono animo fieri possunt, non cito credit.

Iterum, qui credit alium esse malum ex hiis que possunt fieri bene et male et aliis aminiculis concurrentibus simul, ex quibus simul potest quis licite formare conscientiam suam de malo proximi, non cito credit eum esse malum.

Iterum, si ex sola relatione malorum inimicorum adversariorum causam habentium contra aliquem, absque aliis aminiculis, quis credit ipsum esse malum, cito credit. Qui autem credit ex relatione virorum fidelium, presertim sub iuramento asserentium per certam scientiam malum de proximo, etiam extra iudicium non cito credit.

---

169 Extra…170 Preterea] X. 2. 20. 27 col. 721

---

166 possent] posset Bb | copiose] *omitted* We **170** et attestationibus] *omitted* Ww | Preterea] Predicta We **172** testimoniis] testibus We aptiora] apertiora Fi An acciora We | compererit] comperit Ww **175** extra…176 iudicio] sic (sicut= Vc) in iudicio sic extra iudicium We Vc **177** possunt] prosunt An | singula] tamen *added* Ly **179** quis] aliquis Ly | credere] credit We **180** proximo] quia ille cito malum credit de proximo *added* **We** quia ille cito malum credit de proximo et quis non cito credere malum de proximo *added* Vc | possunt…181 malum] *omitted* Fi **181** credit[1]] credunt An Ly **183** credit] credunt Ly **184** credit…malum] Kn: *omitted* Ww **185** aminiculis] multis Ly **186** formare] informare Ly **187** eum] *omitted* Bb Fi An **188** Iterum] Item Ly **190** quis] *omitted* We

Iterum, qui ex relatione malorum vel inimicorum, aliis concurrentibus indiciis et aminiculis que simul iuncta faciunt fidem, credit, non cito credit.

Discipulus: Satis apparet quod non est facile dare regulam generalem qua cognoscatur quando quis credit cito vel non credit cito extra iudicium. Quia alio modo cognoscitur unus credere cito in uno casu, et alio modo constat in alio casu quod credit cito. Ideo, hoc generali omisso, dic alias vias secundum istos quibus in speciali cognoscitur quod credens papam esse hereticum credit cito vel non cito.

Magister: De hoc dicitur quod videns bullam hereticalem pape et cognoscens eam esse hereticalem et ex hoc credens papam esse hereticum, non credit cito nec peccat in aliquo. Imo peccaret si hereticum eum non crederet. Quia scire tenetur quod, quamvis non omnis errans contra fidem sit hereticus, tamen errans contra fidem et suum errorem sollempniter ultimata deliberatione diffiniens hereticus est.

Iterum, videns transsumptum bulle hereticalis et cognoscens quod est transsumptum bulle, ac credens in ipso heresim diffiniri, et ex hoc credens papam talem hereticum, non cito credit. Imo credere tenetur de necessitate salutis, sicut credere tenetur si videret bullam hereticalem talis pape.

Iterum, si quis audit alios qui hactenus bone fame fuerint, publice et constanter asserere et paratos iurare papam heresim manifestam, quam in speciali exprimunt et exponunt, sollempniter diffinisse, quamvis neque bullam hereticalem neque transsumptum ostenderent, et ex hoc credens papam esse hereticum, non cito credit nec peccat credendo.

---

194 relatione] etiam *added* We **195** concurrentibus] asserentibus Bb Fi An | iuncta faciunt] iunctis faciant We **200** cognoscitur] dicitur Ly cito] ito Ly **201** constat…Ideo] idem vel alter in alio casu Ly | in…cito] *In* **We** *these are the last words of gathering 15* (fo. 166v last text line). *They are then repeated on the bottom right of* fo. 166v *as a gathering shift indicator. And* scriptor 16us *begins his copywork at* fo. 167r line 1 *by dittographing them.* | Ideo] *garbled* An **202** omisso] admisso Fi An | alias] aliquas We **204** non] credit *added* We **206** cognoscens…207 credens] videns Ly | eam…207 credens] *omitted* Vg **208** aliquo] credens eum esse hereticum *added* We Vc Ba | eum] esse *added* We | crederet] credit Ly **212** Iterum] Item Ly transsumptum] transsumptam We **214** diffiniri] *omitted* Bb | talem] esse We Ly **215** de…216 tenetur] *omitted* An **216** videret] *omitted* Bb | hereticalem] heretici Fi An Ly | talis] *omitted* We **217** hactenus] actenus Bb Fi An **218** fuerint] fuerunt Fi sunt Ly | et^{1}] *omitted* Fi **221** ostenderent] Ly Vg: ostenderat Bb Fi An ostendant We

Item, audiens papam publice de determinata heresi diffamari, nec papa negat se illam docere, nec purgat in aliquo famam suam, non cito credit si credit ipsum hereticum esse.

Item, audiens a fide dignis papam publice predicare hereses manifestas et quod tenentibus, docentibus, predicantibus, et divulgantibus ipsas favet, ac eos diligit, promovet, et honorat, tenentes autem contrarias veritates odit, persequitur, et molestat, non credit cito si credit ipsum papam hereticum esse.

Item, sciens quod pape a viris literatis hactenus providis et discretis hereses manifeste imponuntur, qui etiam petunt cum instantia fieri concilium generale, si papa impedit celebrari concilium generale, nec suam declarat innocentiam de impositis criminibus manifestis, non cito credit si ipsum credit hereticum esse.

Qui autem videns in bulla pape assertionem aliquam contineri que sensum et hereticum potest habere, et nec ex antecedentibus nec ex sequentibus nec ex aliis dictis vel scriptis talis pape potest patenter inferri quod sensus hereticus de mente pape est, cito credit et peccat mortaliter si sic credit eum esse hereticum, quia maliciose pervertit assertionem pape. Et idem est tenendum de assertionibus et opinionibus aliorum.

Item, qui videt aliquod scriptum pape in quo non diffinitive tanquam papa determinat, sed tanquam privata persona de diversis tractat, docet, et inquirit, et in eodem scripto heresim reperit manifestam, cuius contrarium veritatem non tenetur papa explicite tenere, si propter talem heresim credit papam esse hereticum, cito credit, licet non cito credat credendo ipsum errare. Si autem in scripto pape

---

244 maliciose…245 pape] Cf. similar warning *infra* (1 Dial. 7. 73 . 39-42*

---

223 de] ex Ly **224** illam] heresim *added* We **225** ipsum] papam We **227** fide] de *added* Fi **229** ipsas] hereses quas predicavit We Vc Ba favet] fovet Ly **231** non] nec Fi An | ipsum] *omitted* We **234** discretis] reputatis *added* Ly | etiam] et Bb Fi We **237** criminibus] erroribus We | ipsum] papam We **239** aliquam] aliam Ly **240** sensum] assensum An catholicum *added* We | et[1]] *omitted* Ly **241** sequentibus] 9ñtib' We **242** talis] *omitted* We **243** sic] *omitted* We **244** eum] papam We **245** pape] *omitted* An **247** non] Bb: nichil Fi An We Ly **248** privata…249 persona] privatam personam Bb **249** tractat] tractandis Ly **250** contrarium] contrariam Bb Fi **251** tenere] credere Bb Fi An

quocunque reperit heresim manifestam cuius contrarium tenetur credere explicite, et non solummodo recitatam sed assertam aut opinatam vel etiam dubitatam, non credit cito si credit papam hereticum antedictum. Unde si quis legeret in libro, sermone, seu scripto pape quocunque quod Christus non fuit mortuus, quod non ascendit in celum, aut quod mortui non resurgent, vel quod non est infernus, vel aliquod tale cuius contrarium tenetur papa explicite credere, non crederet cito qui statim crederet papam esse hereticum, postquam sibi constaret tale scriptum esse pape.

Item, qui videns solummodo aliquas reportationes sermonum vel determinationum aut assertionum pape in quibus aliqua heresis de qua non est intentio principalis asseritur, si credit papam esse hereticum, cito credit et peccat mortaliter. Si vero audit a fide dignis asserentibus talem heresim esse de mente pape, et quod est veraciter reportata et non ex errore, non credit cito si credit papam esse hereticum.

Item, qui audit aliquos criminosos pestilentes inimicos pape, leves detractores, conspiratores, malum de aliis credentes faciliter, referentes papam esse hereticum, si credit ex hoc papam esse hereticum, cito credit, licet in rei veritate esset hereticus. Talibus enim nunquam in preiudicium alterius est credendum.

Discipulus: Videtur quod credendum sit eis, quia non est verisimile quod aliquis sit immemor tam sanitatis corporalis quam spiritualis. Sed tales, si mendaciter papam de heresi diffamarent, essent in periculo tam corporis quam anime, quia et dampnabiliter mentirentur et papa de eis gravissimam sumeret ultionem.

Magister: De hoc distinguitur. Quia aut tales criminosi pestilentes et huiusmodi solummodo in occulto diffamant papam de heretica pravitate, aut publice in speciali sibi

---

266 non…principalis] For instance certain sermons of John XXIII made in 1329 and 1330: cf. OP III, p. 14. 18-26 with additional references. Cf. also 1 Dial. 6.34.xx (OP VI)

---

254 quocunque] quoque Ly | reperit] reperiat Ly **255** et] *omitted* We **257** papam] esse *added* We | antedictum] *omitted* We **260** vel[1]] *omitted* Ly **266** aliqua] *omitted* An Ly | intentio] mentio Ly **268** asserentibus] *omitted* Ly **271** Item] Iterum Fi We | aliquos] alios We **272** leves] vel *added* Ly | conspiratores] conspirantes Ly **273** si… 274 hereticum] *omitted* Ly **274** ex hoc] *omitted* We | credit] credunt An | veritate] *omitted* Fi An **278** sanitatis] salutis We **279** corporalis] *omitted* Fi An **281** mentirentur] de papa *added* We **284** pestilentes] detractores *added* We | diffamant] diffament Fi

imponunt hereses manifestas, offerentes se probaturos papam esse hereticum, et cum instantia petentes iustitiam. In primo casu non esset eis credendum, et qui eis credit cito credit. Nec etiam propter eorum verba in occulto est aliqualiter suspicandum vel presumendum papam esse hereticum, quia verba talium in occulto non debent facere fidem, sed debent esse suspecta, ut nequaquam in preiudicum cuiuscunque credatur eisdem. In secundo vero casu, licet talibus minime sit credendum, propter eos tamen licet suspicari papam esse hereticum et dubitare de fidelitate eius, in tantum quod quilibet, quantum sibi licet pro gradu suo et officio, tenetur de hoc querere sollicite veritatem.

Capitulum 25

Discipulus: Aliqualiter distinguendo, interrogo an propter verba criminosorum et detractorum et huiusmodi pestilentium publice heresim seu aliud crimen de aliquo asserentium maior suspicio sit habenda de papa seu de alio prelato vel subdito, de divite et potente vel paupere.

Magister: Ad hoc dicitur distinguendo. Quia aut imponentes vel referentes crimen de alio sunt lesi, turbati, vel provocati qualitercunque ab eo cui crimen imponunt, sive etiam sunt emuli, inimici, adversarii vel quomodocunque sive in agibilibus sive in speculabilibus notabiliter contrariantes eidem, seu talium amici, subditi, prelati, vel quomodolibet talibus adherentes, aut imponentes vel etiam referentes crimen de alio non sunt lesi, nec per aliquod factum aut

---

286 manifestas] manifesta Bb **287** cum] tamen An Ly | instantia] *omitted* Ly **288** esset] est We | cito credit] *omitted* Bb **289** aliqualiter] aliqua Bb An aliquo modo Ly **290** suspicandum] verba talium *added* Bb **291** talium in] in tali Ly | fidem] *omitted* We **292** cuiuscunque] undecunque (?) (*garbled*) We **293** credatur] tradatur An | vero] *omitted* We **295** de fidelitate] *omitted* Bb **296** de…297 hoc] *omitted* We **Capitulum 25,2** Aliqualiter] /***/ Aliqua **Fi An** Fr Di alica To **3** et[1]] aut Di **5** de[2]] *omitted* **Bb Fi** Di To **6** de] *omitted* Ly Gs **7** Quia] Quod **Ly** Gs Vg Va **8** de alio] *omitted* Di | de…9 crimen] *omitted* Va **9** provocati] procurati **Fi An** protracti Ax perturbati Fr Di To | cui] qui **We** **10** quomodocunque] **Bb Fi We** Vc Ox Ax Vd Es Ba Fr Di To: quandocunque **An** Na quocunque modo **Ly** Gs Vg Va Ca **11** agibilibus] agentibus Va age *followed by gap* Vg agilibus Es | in[2]] ā Di | in speculabilibus] speculabilibus sive Ca **12** talium] **We** Vc Ox Ax Vd Es Ba Fr: ta^{m} **Bb Fi An** Na Ca in causa **Ly** Gs ca^{m} Va (t-m Va^{2}) | amici] sui *added* **Ly** Gs Vg Ca^{2} seu *added* Ca | subditi] vel *added* Es Ba Di To quomodolibet] quomodocunque Ox Ax Vd Es Ba Di To **13** etiam] non Va (*corrected to* etiam Va^{2}) *omitted* Ca Es Ba Fr Di To **14** sunt] sint Va (*corrected to* sunt Va^{2}) | lesi] *omitted* Ax | aut] *omitted* Es Ba Fr Di To

dictum eius vel amicorum eius sunt provocati contra ipsum, nec aliquam contentionem notabilem sive contrarietatem neque in speculabilibus neque in agibilibus habent contra ipsum.

Si itaque aliqui diffamant vel imponunt seu referunt crimen de paupere a quo sunt secundum veritatem vel secundum opinionem ipsorum lesi vel quomodolibet perturbati contra ipsum, vel sunt inimici, emuli, adversarii, vel quoquo modo contrariantes eidem, minus credendum est eis quam si imponerent vel referrent crimen de papa, etiam dictis modis pape emuli existentes sive non.

Similiter, si referentes crimen de papa et de paupere nec ab uno nec ab alio sunt offensi nec aliquam rationem contrarietatis vel inimicitie habent plus contra unum quam contra alium, magis presumendum est de referentibus crimen pape quam pauperis quod minime mentiantur.

Si vero referentes crimen de paupere contra ipsum nullam rationem contrarietatis vel inimicitie habent, contra papam vero quem similiter infamant habent rationem

---

16 contentionem] intentionem **Ly** Gs Vg Va Ca | sive contrarietatem] contrariantem Ca **17** agibilibus] agilibus Ax **19** seu] *omitted* Di **20** a…sunt] amico **Ly** Gs aliquo Vg Va aliquo sunt Ca | vel] *omitted* **Ly** Gs Vg **21** secundum] *omitted* Va Es Ba Di To | ipsorum] eorum Ca quomodolibet] quomodocunque Ax Vd Es Fr Di To **22** perturbati] provocati **We** Vc Ox Ba | emuli] vel *added* **An** tamen multi Ax adversarii] perturbati *added* **Ly** Gs Vg Va Ca **23** quoquo modo] **Bb Fi An** Na: aliquo modo **Ly** Gs Vg Va Ca in speculationibus aut agibilibus notabiliter **We** Vc Ox Ba quomodocunque Ax Vd Es Fr Di To | eidem] eisdem Ax | est] *omitted* Bb Ca **24** imponerent] reponerent Va | vel] etiam *added* Ax Vd Es Ba Fr Di To | referrent] referrerent **We** inferrent Es | etiam…25 non] sive essent lesi ab ipso quomodocunque secundum veritatem vel secundum opinionem ipsorum sive in nullo essent offensi per ipsum **We** Vc Ox Ba **25** sive…26 referentes] sive non similiter. Si autem referentes Fr **26** si] se Di | nec] aut Di **28** contrarietatis] contrarie Vg (Vg^2 *corrects to* contrarietatis) contrarietat Fr | plus] *omitted* **We** Vc Ox | contra] supra **Ly** Gs Vg Va Ca quam Ax | quam…29 contra] vel **We** Vc Ox **29** contra] supra **Ly** Gs Vg Va Ca *omitted* Es To | presumendum] credendum Ca Vd Ax Es Fr Di To | de] *omitted* Ca **30** pauperis] de referentibus seu imponentibus pauperi crimen **We** Vc Ox Ba | quod] *omitted* Ax | mentiantur] mentiuntur **We** Vc Ox mentiatur Di To **32** habent] habet Di To et *added* Ca | contra…33 infamant] referentes autem seu imponentes crimen pape adversantur eidem vel **We** Vc Ox Ba **33** papam] ipsum Fr Di To | papam…quem] papam vero quod Ax | vero] V'b' Vg (*cancelled*) *omitted* **Ly** Gs Va Ca | quem] quod Ca | similiter] simpliciter **Ly** Gs Vg Va Ca | habent] aliquam *added* **We** Vc Ox Ba

contrarietatis predicte, magis presumendum est tunc de crimine pauperis quam de crimine pape quod a veritate nequaquam aberrent. Et idem proportionaliter dicitur de omnibus supradictis, scilicet prelato et subdito divite et paupere.

Discipulus: Primum breviter probare coneris.

Magister: Primum, scilicet quod minus credendum est adversariis qui erga pauperem sunt offensi vel turbati quam adversariis pape probatur primo sic. Tanto minus credendum est adversariis alicuius imponentibus seu referentibus crimen de ipso quanto habent pauciora retrahentia ipsos a talibus diffamationibus vel relationibus de ipso. Sed adversarii pauperis sunt huiusmodi.

Quia quicquid retraheret adversarium pauperis a talibus retraheret etiam adversarium pape. Si enim ex conscientia dimittit adversarius pauperis referre talia de paupere, hoc

---

34 predicte] vel inimitie contra ipsum We Vc Ox Ba | est] *omitted* Ba tunc…36 aberrent] pro imponentibus seu referentibus crimen de paupere quod a veritate nequaquam aberrent quam pro illis qui crimen imponunt vel referunt de papa **We** Vc Ox Ba **35** quam…pape] *omitted* Ax Vd Fr Di To | crimine[2]…a] *omitted* Es Fr | a] de Di To | veritate] varietate Ca **36** aberrent] **Bb** Va: aberrant **Fi An Ly** Gs Na Fr To oberrant Di | Et idem] Nec eidem **Ly** Gs Vg et eidem Va | proportionaliter] proportionabiliter esse credendum **Ly** Gs probabiliter Ax Es Ba | de] quod **An** **37** scilicet] de *added* Es Ba Fr Di To | et[1]] *omitted* Es To subdito] sudito | divite] *omitted* **Ly** Gs Va Ca **39** breviter] *omitted* **An** Vc | coneris] conaris Fr teneris To **40** est] *omitted* **Bb** **41** qui] quam Ax | turbati] irati **We** Ox irretiti Vc perturbati Fr **42** primo] *omitted* Di **44** ipso] eo **Ly** Gs Vg Va Ca | quanto] quam Fr | a] *omitted* Ax | a…45 relationibus] ab impositione seu relatione criminis impositi seu relati **We** Vc Ox Ba **45** vel] et **Ly** Vg Va Ca | relationibus] revelationibus To | adversarii…46 pauperis] pauperes Vd **46** sunt huiusmodi] habent pauciora retrahentia ipsos ne imponant vel referant crimen de ipso quam adversarii pape **We** Vc Ox Ba **47** adversarium…48 retraheret] *omitted* Ax | a…48 pape] ne imponeret vel referret crimen de ipso *hoc etiam ut communiter retraheret adversarium pape ne imponeret vel referret crimen de ipso* **We** (*where* *-* *completed in margin*) Vc Ba ne imponeret vel referret crimen de ipso Ox (***homoioteleuton omission in* Ox) | a…49 pauperis] *omitted* Es Fr Di | a…50 pape] *omitted* To **48** etiam] **Bb Fi Ly** Gs Vg Na: in **An** *omitted* Va **49** dimittit] dicit Ax | pauperis] *omitted* **We** Vc Ox Ba | talia] crimen **We** Vc Ox Ba | hoc] *omitted* **We** Vc Ox Ba

etiam dimitteret adversarius pape de papa. Si etiam dimittit ne inveniatur mendax, eadem ratione ne mendax inveniatur de papa. Si etiam dimittit ne alios scandalizet vel offendat, multo magis ex hoc silebit de papa. Et sic consimiliter quicquid tales retraheret ad referendum malum de paupere, retraheret etiam ne referrent malum de papa.

Multa vero retrahunt adversarium a referendo malum de papa que non retrahunt adversarium pauperis a referendo de paupere, puta timor potentie pape. Unde per experientiam cotidianam cognoscitur quod nonnulli adversarii pape timore eius a relatione eius criminum se compescunt, qui tamen

---

50 etiam[1]] iciam (sic) Di ex conscientia *added* **We** Vc Ox Ba dimitteret] dimittet **We** Di Fr dimittit Na Vc Ba | adversarius pape] crimen referre **We** Vc Ox Ba | papa] si enim ex conscientia dimittit adversarius pauperis talia referre de paupere hoc etiam dimittet adversarius pape de papa *added* Es[2]m | dimittit] dimittat Ax alios *added* Vg (*cancelled* Vg[2]) Ca | dimittit…51 mendax[1]] non imponit pauperi crimen ne deprehendatur inveniaturque mendax **We** Vc Ox Ba | ne] *omitted* Va ne…52 dimittit] *omitted* Ax Di **51** ratione] ratio Ox | ne…52 papa] monebit ipsum ne *quis* (Ba *omits*) imponat crimen pape **We** Vc Ox Ba dimittet de papa ne mendax inveniatur Es Fr | de…52 papa] *omitted* To **52** Si…53 papa] Iterum, si quis adversarius pauperis (paupertis Vc) dimittat crimen referre de ipso ne alios scandalizet vel offendat, multo magis dimittet propter eadem (causam *added* Vc) crimen referre de papa **We** Vc Ox Ba | alios] aliquos Fr Di *omitted* **Ly** Gs Va Ca **53** de] *omitted* To | Et…55 papa] Et ita ut communiter et regulariter *quicquid* (Ba *omits*) potest retrahere adversarium pauperis ne imponat vel referat crimen de ipso, idem poterit retrahere adversarium pape ne imponat vel referat crimen de ipso **We** Vc Ox Ba | consimiliter] coīr Fr **54** tales] *omitted* Fr Di | ad] a Vg[2]b | ad referendum] a referre **Bb** a referendo **Ly** Gs Vg Va | ad…retraheret[2]] *omitted* Fr Di | retraheret[2]…55 referrent] adversarium pape ad referendum **Ly** Gs **56** vero] autem **We** Vc Ox Ba retrahunt…58 pape] retraherunt adversarium pauperis a referendo de paupere malum ut puta credo timor pene vel timor potentie pape Di adversarium] pape *added* **We** Vc Ox Ba Es (*added* Es[2]m: que possunt retrahere adversarium pape a relatione criminis eius) **Ly** Gs Vg Ca pauperis *added* Va | a referendo] ad referendum **Fi** Na Ax Vd Es Fr To a…57 papa] ne referat crimen de ipso **We** Vc Ox Ba | malum] mala Ax **57** non] nequaquam **We** Vc Ox Ba | retrahunt] retraherent **Bb** Es Fr To retrahent **Fi** | a…58 paupere] *omitted* **We** Vc Ox Ba **58** paupere] malum ut *added* Es Fr To | puta] nam **We** Vc Ox Ba | timor] pene vel timor *added* Es Fr To | pape] retrahere potest adversarium eius ne referat crimen de ipso. Timor autem potentie pauperis non sic retrahit adversarium eius *added* **We** Vc Ox Ba | Unde] Vel **Bb** et *added* **We** Vc Ox **59** cognoscitur] videtur **Ly** Gs Vg Va arguitur Ca | pape] *omitted* To a *added* Fr Di **60** eius[1]] potentie pape **Ly** Gs | a relatione] aut revelatione To | eius[2]] *omitted* **We** Vc Ox | qui] **Bb Fi An** Na Vd Ax Es Ba Fr **Ly** Gs que **We** Vc Va

contra pauperes eis crimen imponendo vel imposita referendo linguas suas laxare impudenter non desinunt. Similiter, spes obtinendi beneficium vel honorem a papa potest retrahere adversarium eius a predictis relationibus, non autem adversarium pauperis, a quo beneficium vel magnum honorem sperare non potest, nequaquam retraheret. Plura etiam alia retraherent et retrahunt adversarium pape que nequaquam adversarium pauperis retrahere dinoscuntur. Ergo minus credendum est adversariis pauperis imponentibus sibi crimen vel impositum referentibus quam adversario pape sibi eadem facienti.

Secundo sic. Minus credendum est adversariis eorum qui citius et facilius et communius calumpniam, odium, persecutionem, et infestationem aliorum incurrunt quantum ad opus exterius, quam adversariis illius qui non ita cito nec ita faciliter calumpniam, odium, et cetera huiusmodi incurrit. Sed huiusmodi est pauper respectu pape. Ergo minus est adversariis in talibus credendum. Maior est manifesta, quia homines facilius male loquuntur de illis quos calumpniantur, persequuntur et odiunt, quam de aliis. Propter quod, secundum iura, testimonium inimici nullatenus est

---

61 crimen] crimina **Bb We** Na Ax Di To **62** desinunt] desi^{ut} **An** **64** a… relationibus] ne ei crimen imponat vel impositum referat aut divulget **We** Vc Ox Ba | non] hoc **We** Vc Ox Ba **65** vel] est Ax **66** nequaquam retraheret] *omitted* **Ly** Gs **67** etiam] *omitted* **We** autem Vc Ox | alia] *omitted* Vc Vd | retraherent et] *omitted* **We** Vc Ox Ba | et] vel Ax Vd Es To vel etiam Di vel etiam Fr | pape] ne referat crimen de ipso *added* **We** Vc Ox Ba **68** adversarium] adversarii **An** | dinoscuntur] dignoscitur Ax **69** est] *omitted* Ax **70** referentibus] sibi crimen *added* To **71** eadem facienti] imponenti crimen vel impositum referenti **We** Vc Ox Ba | facienti] facientibus **Ly** Gs Vg Va Ca Es **72** Secundo sic] 2^{oc} Ca *omitted* sic Es To | est] *omitted* **Bb** | eorum] illorum **We** Vc Ox **73** et^{1}] *omitted* Fr Di | odium] et *added* Ax **74** et] vel Ax **75** adversariis] adversarius **Fi Ly** Gs | ita] *omitted* Ax Es Fr Di To **76** et cetera] persecutionem *et* (Ba *omits*) infestationem **We** Vc Ox Ba etiam **Bb** Ca | huiusmodi] exteriorem **We** Vc Ox Ba *omitted* **Ly** Gs Vg Va Ca incurrit] **Fi An We Ly** Vc Vg^{2}: incurrunt **Bb** Na Vg Va Ca Vd Ax Es Fr Ba Di To **77** Sed…78 credendum] Pauper autem citius, facilius, et communius calumpniam, odium, persecutionem et infestationem exteriorem aliorum incurrit quam papa. Ergo minus credendum est adversariis pauperis referentibus crimen de ipso quam adversariis pape **We** Vc Ox (Ox *omits* "Pauper...incurrit" *by homoioteleuton*) Ba | pauper respectu] pauperior (?) To | pape] persone Di **78** adversariis] eius *added* **Ly** Vg^{2} **79** male] maxime **Ly** Gs Vg Va **80** aliis] illis Va Propter] Per To | quod] **Ax** *omits all text subsequent to this word, and continues with* "operiret eam, sicut habetur Exod. 21" *infra* 1 Dial. 7.25 lines 222 ss.*

admittendum. Minor autem per scripturas divinas probatur aperte.

Unde Proverb. c. 14 dicitur: "*Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici vero divitum multi*". Quod precipue verum est de odio exterius. Quia licet sepe divites odium interius plurimum incurrant quam pauperes, pro eo quod plures offendunt, sepe tamen odientes divites odium in exteriori opere minime manifestant.

Item, Salomon ibidem c. 19: "*Divitie addunt amicos plurimos: a paupere autem et hii quod habuit separantur*". Et post: "*Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper et amici procul recesserunt ab eo*". Ex quibus patet quod pauperes citius quam divites odium predictum incurrunt.

Item, Ecclesiastici 13 scribitur: "*Dives locutus est et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est et dicunt 'quis est hic', et si offenderit subvertent illum*".

Capitulum 25,84 Proverb…14] Proverbs 14:20 **90** ibidem…19] Proverbs 19:4 **92** post] Proverbs 19:6-7 **96** Ecclesiastici 13] Ecclesiasticus 13:28-29

---

82 autem] vero Es Ba Fr Di To | divinas] *omitted* **Bb** **84** Unde… dicitur] Ait enim Salomon *in* (Ba *omits*) Proverb. c.14 **We** Vc Ox Ba dicitur] quod *added* Fr Di To | pauper] paupero Di **85** erit] est **Bb** divitum] diviti Di | multi] Ex quibus verbis colligitur quod facilius pauperes quam divites (ad *added* Ba) odium aliorum incurrunt *added* **We** Vc Ox Ba **86** odio] quantum ad opus *added* **We** Vc Ox Ba | exterius] exteriori **Ly** **87** plurimum incurrant] plurium incurrunt **We** | pro] *omitted* Fr Di **88** odientes divites] obedientes divite **Bb** | odium] *omitted* Ox **90** Salomon…19] idem in eisdem Proverbiis ait **We** Vc Ox | 19] Es: .e. **Bb** 4 **Fi An Ly** Gs Ba Fr Di To ait *added* Ba | Divitie] *omitted* To **91** quod] quos **Bb Fi We Ly** Gs Vg Ox Di | habuit] habuerit Vc | habuit separantur] habent separentur Fr Di To **92** Multi…potentis] tollit personam Va | personam potentis] potentiam potentum Fr potentiam potentiam (sic) Di | potentis] divitis **Ly** Gs Vg patentis To et] *omitted* To | dona] donum **Ly** Gs Vg Ca **93** pauperis] pauperes Fr Di | oderunt] odiunt Ba Fr Di To | eum] autem **We** **94** procul] longe **Ww*** | quibus] verbis *added* **We** Vc **95** predictum] quantum ad opus exterius aliorum **We** Vc Ox aliorum quantum ad opus exterius Ba *omitted* **Ly** Gs **97** tacuerunt] acuerunt **Bb** | et…illius] *omitted* Vg Va Ca verbum] v'ù **An** **99** subvertent] **Bb Fi An We** Na Vc: subvertunt **Ly** Gs | illum] ex quibus verbis colligitur quod citius pauper quam dives persecutionem et infestationem ac etiam calumpniam incurrit. Dives autem a pluribus admiratur, defenditur (defendatur Ba) et iustificatur *added* **We** Vc Ox Ba

Item, ibidem: "*Dives commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cum ceciderit expelletur et a notis. Diviti decepto multi recuperatores: locutus est superbe et iustificaverunt illum. Humilis deceptus est, insuper et arguitur: locutus est sensate, et non est datus ei locus*".

Et Amos 4 sic scribitur: "*Audite verbum hoc vacce pingues, que estis in monte Samarie que calumpniam facitis egenis, et confringitis pauperes*".

Ex quibus aliisque quam pluribus aperte colligitur quod pauperes communius persecutionem, infestationem et calumpniam patiuntur quam divites et potentes. Et ideo minus credendum est adversariis eorum quam divitum de ipsis sinistra narrantibus. Magis igitur presumendum est de adversariis pape cum publice crimen heresis vel aliud sibi imponunt quod dictum eorum non est a veritate totaliter alienum, quamvis si sint criminosi eis sit fides nullatenus adhibenda, et multo minus crederetur criminosis pauperi crimen imponentibus vel ab aliis impositum narrantibus vel divulgantibus quoquo modo, quod maxime continet veritatem

100 ibidem] Ecclesiasticus 13:25-27 **105** Amos 4] Amos 4:1

100 Item] Unde Ba | Item ibidem] Unde et ibidem sic legitur **We** Vc Ox | commotus] **We Ly** Vc Ox: convictus **Bb Fi An** Na Va Vd Es Fr a nobis Ba *omitted* Vg | confirmatur] **Bb Fi An We** Na Vc Ox Vd Ba: conformatur **Ly** firmatur Va confortatur Es Fr Di To **101** ceciderit] exciderit **We** cecidit Ox | et] **Ly** Vg: *omitted* **Bb Fi An We** Ox Di To **102** superbe] superba **Ly** superbie Di **103** iustificaverunt] iustituerunt *or* instituerunt Fi Di To **104** sensate] sensato To **105** Audite…hoc] *omitted* **Ly** Gs Vg Ca | verbum] *omitted* Na **106** que[1]] qui **Ly** Gs estis] est To | que[2]] qui **Ly** Gs Vg **107** confringitis] **Fi We** Na Va Vc Vd Es Fr: confingitis **Bb** Ba confungitis Ox confunditis **Ly** Gs confugitis **An** Ca **108** aliisque] verbis *added* **Ly** Gs aliis verbis Vg (*corrected to* aliisque Vg[2]) Ca | quam] *omitted* Fr Di | pluribus] plurimis **Ly** Gs **109** communius] qui Fr quibus To | infestationem et] *omitted* Es Ba Fr Di To **110** calumpniam] infestationemque plus *added* Es Fr Di To infestationemque *added* Ba | et potentes] *omitted* **We** Vc Ox **111** est] omitted Di | de…112 narrantibus] *omitted* **We** Vc Ox **112** est] *omitted* **Ly** Gs Vg **113** vel] *omitted* **Bb** | aliud] aliquid **Ly** Gs Ca **114** non est] *omitted* Di | totaliter] corporaliter **Bb** **115** sint] sunt To | eis] ei Na eis…116 adhibenda] nullatenus sit eis credendum nec fides adhibenda Es Ba Fr Di To **116** et] igitur Es ergo Vd Ba Fr Di To | multo minus] nichilominus Va | crederetur] credetur **Fi** Vc Es Fr Di To creditur **We** Ba | criminosis] *omitted* Vg | criminosis pauperi] pauperibus **Ly Gs** Va | pauperi] **We** Vc Ox Ba Es Fr: pauperis **Bb Fi An** Na Vd **117** vel[1]] aut **Ly** Gs Vg[2] plus Vg Va | narrantibus] referentibus **We** Vc Ox Ba Es Fr Di To

quando pauper multos offendit et plurimos habet adversarios divites et potentes.

In hoc enim casu sceleratior homo mundi unico verbo potest de paupere infamiam falsissimam, absque divino miraculo indelibilem, suscitare. Si enim mendacissimus crimen quodcunque de paupere odioso confinxerit et uni soli asserendo retulerit, ille aliis divulgabit, dicens tale crimen tali imponitur, qui postea aliis assertissime narrabunt, et sic tale mendacium tanquam verum et certum ad omnes inimicos eius deveniet, et amicos tandem non latebit, et sic erit apud omnes, quamvis mendaciter, diffamatus. Quare causa pauperis odiosi est diligentissime et strictissime perscrutanda, ne per potentiam et mendacia opprimatur.

Discipulus: Nunquid peccant mortaliter qui conficta mendacia absque assertione, solummodo recitando, publicant et divulgant?

Magister: Respondetur quod peccant omnes tales mortaliter.

Discipulus: Istud videtur durum, cum videamus fere omnes relata crimina, etiam non probata, aliis enarrare. Quod etiam hoc non sit peccatum mortale videtur posse probari, quia relatio criminis pro qua alius nullum dampnum neque in persona neque in bonis temporalibus neque in fama incurrit non videtur peccatum mortale. Sed sepe crimina referuntur

---

119 offendit] offenderit Ca | plurimos] *omitted* **Bb** **121** unico] uo^{co} **Bb** **122** infamiam] infamia An | falsissimam] et *added* Es Ba Fr Di To **123** indelibilem] indelebilem **Bb** Fr *omitted* Ba | suscitare] sustinere **Ly** Va | enim] tamen Ca | mendacissimus] mendacissimum Vg **124** confinxerit] confexerit Va confecerit Ca confixerit Fr Di To **125** retulerit] retulerunt **An** retulit **Ly** Gs Va Ca Ba Fr Di **126** qui] quid **Ly** quod Va Ca | aliis] alii Vg | assertissime] **Bb Fi An** Na Es Fr Di To: acertissime Va certissime **Ly** Gs Vg Ca Vd assertive We Vc Ox Ba narrabunt] monstrabunt Va narrabit Vd Es Fr Di To | tale] crimen *added* Ca **127** eius] pauperis Es Ba Fr Di To **128** erit] est Di *omitted* Es Fr To **129** diffamatus] est *added* Es Fr To | Quare] in *added* Ca **130** est] *omitted* Ca Ba | et strictissime] *omitted* Es Fr Di To | perscrutanda… 131 mendacia] perscrutanda sunt mendacia ne per potentiam Ca **131** mendacia] mendacita Di **132** peccant] peccat **Fi An** Fr Di To **133** solummodo] solum Na | recitando] recitandi To | publicant] publicat Fr Di To **134** divulgant] dimulgant **Ly** divulgat Fr Di To **135** tales] taliter Fr **137** videamus] videmus Fr Di To **138** etiam] et Fr Di To | enarrare] narrare **Ly** Gs Vg Ca **139** posse] sic *added* Fr Di To **140** alius] *omitted* **Ly** Gs Fr Di To **141** temporalibus] *omitted* **We** Vc Ox | neque^{2}] aut Di | in fama] infamiam alius Fr Di To | incurrit] **Bb We**: īc^{t} **Fi An** incurritur **Ly** Gs Di To **142** videtur] esse *added* Di To

absque predictis dampnis illius de quo referuntur. Ergo talis relatio non est semper peccatum mortale.

Magister: Ad primum istorum respondetur concedendo quod fere omnes adulti detractionis vitio quod est peccatum mortale sunt implicati, quod glosa super illud Prov. 24 "*cum detractoribus non comiscearis*" testari videtur, dicens: "*Hoc specialiter vitio totum pene genus periclitatur humanum*". Unde quam plurimi reperiuntur qui putant se sanctos et sine peccato mortali, et tamen aliquando decies una die aliis detrahendo et relata crimina enarrando, peccant mortaliter.

Discipulus: Ex quo ignorant gravitatem relationis criminum que minime sunt probata, excusari videntur.

Magister: Respondetur quod ignorantia iuris, precipue naturalis, non excusat. Et ideo, quamvis ignorent gravitatem huius criminis, non essent excusati. Quia de iure naturali est quod nemo debet referre crimen de alio nisi sit notorium vel confessum vel manifeste probatum, nisi constaret certitudinaliter vel saltem probabiliter quod ex tali relatione criminis ille de quo refertur nunquam in perpetuum iacturam in fama, vel honore, aut aliquo alio modo esset passus. Ignorantia ergo huius non excusat, que tamen in multis minime reperitur, quia multi legunt in scripturis gravitatem detractionis, et audiunt a predicantibus et docentibus verbum Dei, et tamen se ab huiusmodi vitio non compescunt. Et ideo conceditur quod sepe omnes adulti hoc vitio dampnabiliter sunt infecti, et sepe magis et gravius isto vitio laborant qui sanctiores cupiunt reputari, ut de multis qui raro vel nunquam reputant se peccare mortaliter vel volunt absque peccato mortali censeri et pro sanctis haberi, liceat viris sanctis et discretis certitudinaliter iudicare, asserere, et sentire quod

---

147 glosa] Rabanus Maurus, *Expositio in Proverbia Salomonis*, cap. 24 (PL, t. 111, col. 759A) | Prov 24] Proverbs 24:21

---

143 absque…referuntur] et tamen ex tali relatione ille de quo referuntur dampnum non patitur, quia non dampnificatur neque in persona neque in bonis neque in fama **We** Vc /***/ **145** respondetur concedendo] concedo Ly **146** est] *omitted* An **147** implicati] īpli^{ti} Bb An īplc^{ti} Fi impliciti We Ly **148** non] ne We **149** specialiter] sepe Ly | totum] *omitted* Ly **150** quam] *omitted* Bb | putant] reputant Ly **152** crimina] criminis We **153** ignorant] ignorent Fi An **157** essent] sunt Ly **158** sit] *omitted* Ly **162** fama vel] *omitted* Ly | modo] *omitted* Ly | passus] passurus Ly **165** audiunt] *omitted* Ly | predicantibus] p'di^{bus} Fi predicatoribus An **171** haberi] licet *added* Fi An ita ut *added* Ly **172** certitudinaliter] *omitted* Ly | sentire] assentire Bb | quod] quia An

sepissime peccant mortaliter et quod sunt homines male et reprobe vite.

Sicut enim ei qui vidit alium furari vel percutere innocentem aut etiam fornicari, aut audivit alium blasphemare vel fidem negare, licet absque vitio iudicare quod furans, percutiens innocentem, fornicans, blasphemans et fidem negans peccare mortaliter, ita ei qui audierit alium crimen falsum vel occultum quod non est notorium neque confessum neque potest aperte probari de proximo referentem, licet absque vitio iudicare quod peccat mortaliter, cuiuscunque dignitatis, preeminentie, conditionis, status, opinionis aut fame est sic referens antedictus, etiam si putaretur quod Deus mille miracula fecisset pro eo, nisi tali modo referret crimen alterius falsum vel occultum quod certitudinaliter vel saltem probabiliter crederetur quod talis relatio nunquam deberet obesse neque in fama neque in aliquo alio ei de quo crimen tale refertur.

Discipulus: Si ista essent vera pauci istis diebus salvarentur adulti.

Magister: Respondetur quod hiis diebus verificata est auctoritas Salomonis qui Ecclesiasti 1º ait: "*Stultorum infinitus est numerus*". Quamquam principalissime intelligendam nonnulli putant de illis qui, dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Quales precipue arbitrantur illos qui, iuxta testimonium Salvatoris, excollantes culicem camelum deglutiunt, qui similes sunt sepulchris dealbatis, qui a foris quidem apparent hominibus iusti, intus autem pleni sunt hipocrisi et iniquitate, quia foris in incessu veste ieiuniis, orationibus, cerimoniisque diversis exempla sanctitatis ostendunt, intus autem pleni sunt invidia, odio, ira, rancore,

---

193 Ecclesiasti 1o] Ecclesiastes 1:15 **195** dicentes] Cf. Romans 1:22 **197** iuxta…Salvatoris] Matthew 23:24, 27-28

---

175 enim] licet *added* Ww | vidit] videt Bb Ly viderit We **176** audivit] audierit We **177** vel] et Ly | licet] *omitted* We **178** furans] furens Bb Fi An | innocentem] We: *omitted* Bb Fi An Ly **179** peccare] peccat An Ly **182** referentem] referente We **184** est] Ly: *omitted* Bb Fi An We antedictus] antedicens Fi *omitted* We **185** mille] nulla Ly **186** referret] refereret We **189** aliquo alio] alio modo Ly | quo] cui An **190** istis] his We Ly **191** adulti] *omitted* Ly **192** diebus] dice[9] Bb An **193** Ecclesiasti] Eccʒ Bb Ecc' Fi Ecc[a] An Ecc[i] We Ecclesiastici Ly | 1o] ipso Bb **194** Quamquam] si *added* We **195** intelligendam] intelligendum An Ly **197** excollantes] colantes Ly **198** similes] silens Bb **200** foris] et *added* Ly **201** cerimoniisque] et ceremoniis Ly diversis] diverse Fi diversa Ly

superbia, inani gloria et ambitione, ex quibus in persecutiones innocentium, detractiones, susurrationes, adulationes, simulationes, scismata, contentiones, discordias, dolos, proditiones, malicias, variaque crimina spiritualia deteriora furto et fornicatione prorumpunt, qui tamen sancti volunt omnino putari.

Discipulus: De ista materia in speciali interrogabo te plura in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam. Ideo dic breviter quomodo respondetur ad secundum quod tetigi.

Magister: Respondetur quod, sicut ut habetur Extra *De iniuriis et dampno dato* c. ultimo: "*Qui occasionem dampni dat dampnum videatur dedisse*", sic qui aliquid facit ex quo potest verisimiliter dampnum contingere vel iactura non est immunis a culpa. Quia quilibet de necessitate salutis cavere tenetur ne aliquid faciat, maxime absque commodo proposito, ex quo in futurum potest dampnum vel iactura proximo provenire.

Propter hoc enim in lege divina precipiebatur quod fodiens cisternam operiret eam, sicut habetur Exod. 21, quia ipsa non operta poterat bos vel asinus in ipsam incidere. Propter hoc etiam, ut habetur ibidem, precipiebatur ut dominus bovis quem sciret cornupetam recluderet eum, quia ipso non recluso poterat hominem vel mulierem occidere. Unde et in hoc casu dominus non recludens ipsum, si aliquem occidebat, precipiebatur occidi, cum sic legitur ibidem: "*Si bos cornupeta fuerit ab heri et nudius tertius et contestati sunt dominum eius nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem, et bos lapidibus obruetur, et dominum eius*

---

213 Extra…214 ultimo] X. 5. 36. 9 (*Si culpa*) col. 1855 **222** Exod 21] Exodus 21:29

---

204 persecutiones] persecutionem Ly | innocentium] innocentum Bb An | detractiones] detractores An | susurrationes] susuratores Fi An sursurrationes Ly **205** contentiones] et *added* Ly **206** malicias] *omitted* Ly **208** omnino] omnino *or* omnia Bb **209** ista] hac Ly **210** circa] contra We **213** ut habetur] *omitted* Ly **214** dato] *omitted* Ly **215** videatur] videtur Bb We Ly | videatur…216 dampnum] *omitted* Fi **218** proposito] proprio Bb Fi An **219** in futurum] *omitted* Ly dampnum] notabile *added* We **223** non] *omitted* An | ipsam incidere] eam cadere Ly **224** precipiebatur] precipitur Ly **225** quem] quam Bb **227** et] *omitted* Ly **228** occidebat] occidit We Vc | precipiebatur] precipitur Ly | legitur] Ly: legatur Bb Fi An We **229** fuerit] fuit Bb Fi fu^{t} An | ab heri] ad heri Fi adhiberi An **230** eum] dominus *added* Ly occideritque] occiditque Fi occid^{t} An **231** eius] Ly Vg: illius Bb Fi An We

occident". Ob eadem etiam rationem cavebatur in lege ut faciens novam domum faceret murum tecti per circuitum. Unde Deuter. 22 sic legitur: "*Cum edificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum ne effundatur sanguis in domo tua, et sis reus labente alio, et in preceps ruente*". Ex quibus aperte colligitur quod quilibet de necessitate salutis ea tenetur facere quibus obmissis potest dampnum verisimiliter vel iactura proximo provenire.

Ergo per eandem rationem quilibet de necessitate salutis ea tenetur obmittere quibus non obmissis sed factis potest verisimiliter proximus dampnum vel notabilem lesionem incurrere. Sed ex relatione falsi criminis vel occulti, maxime publica, potest verisimiliter dampnum in fama vel honore seu aliis proximo provenire (licet forte tunc quando refertur nullum tale inferatur), quia aliquis eorum qui audierunt a primo referente potest postea idem crimen in notabile detrimentum alterius enarrare. Quare a relatione talis criminis de necessitate salutis quilibet abstinere tenetur, nisi forte non ex levibus sed ex probabilibus coniecturis et urgentibus arbitretur quod nunquam in posterum nec ex ipso nec ex aliquo audientium occasione talis relationis aliquod eveniet detrimentum.

Discipulus: Circa hanc materiam magis quam proposuerim evagati sumus. Ideo, ceteris pretermissis, unam solummodo obiectionem contra primam conclusionem principalem responsionis peto secundum opinionem predictam dissolvi. Est autem obiectio talis. Minus credendum est referentibus crimen de illo ad cuius condempnationem est cum cautela diligentissima procedendum quam referentibus crimen de illo ad cuius condempnationem non oportet cum tanta cautela procedere. Sed cum maiori cautela procedendum est ad

---

234 Deuter 22] Deuteronomy 22:8

---

232 occident] occiderent Bb et *added* Ly | eadem] eandem We Ly etiam] *omitted* Ly **233** faceret] fieret An | tecti] tecto We **234** edificaveris] hedificaveris We **235** effundatur] Ly: fundatur Bb Fi An We **239** proximo] suo *added* An **245** provenire] si *added* Ly **246** nullum] n^{n} Bb | tale] dampnum vel dispendium We | eorum] illorum We | audierunt] audierit Ly **249** non] *omitted* Ly **250** sed ex] et Ly **252** audientium] ex *added* Ly **256** solummodo] tantummodo We **257** principalem] principalis We | responsionis] *omitted* Ly **258** predictam] predictom Bb **260** condempnationem] *omitted* Fi cautela diligentissima] cautela et diligentia Ly **261** illo] illius Bb **262** non…264 condempnationem] *omitted* An **263** est] *omitted* Bb Fi

condempnationem pape et prelatorum ac divitum et potentum quam subditorum et pauperum. Ergo minus credendum est referentibus crimen de papa, potentibus, divitibus et prelatis, quam referentibus crimen de pauperibus et subditis, sive referentes fuerint criminosi et infames sive fuerint bone fame.

Maior videtur aperta. Minor auctoritate Innocentii 3ii probatur, que ponitur Extra *De accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus* c. *Qualiter et quando*. Ait enim: "*Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen est observandum in prelatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurrunt et insidias patiuntur. Et ideo sancti patres provide statuerunt ut accusatio prelatorum non facile admittatur, ne concussis columpnis corruat edificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum false sed etiam maligne criminationi ianua precludatur*". Ex quibus colligitur, ut videtur, quod in procedendo contra prelatos maior est adhibenda cautela quam contra alios procedendo. Quare minus credendum est referentibus crimen de papa quam referentibus crimen de aliis quibuscunque.

Magister: Ad hoc respondetur quod Innocentius in decretali predicta consideravit ea que frequentius accidunt, non ea que raro. Et ideo quia sepius accidit quod prelati multos offendunt, pauperes autem quia timent sibi cavent ab offensis, et ideo nec tot nec tam potentes offendunt sicut prelati, hinc, ut frequenter, de facto maior cautela adhibenda

---

270 Extra…271 quando] X. 5. 1. 24 col. 1596 **273** qui…274 sagittam] Cf. 1 Dial. 6.94; 1 Dial. 7.15

---

265 quam] ad condempnationem *added* We **266** potentibus] et *added* Ly **267** crimen] *omitted* Ly **268** fuerint[2]] fuerit Ly **270** probatur] *omitted* We **271** inquisitionibus…denunciationibus] *omitted* Ww | quando] *omitted* Bb Fi An 2o *added* We Ly videtur aperte probari *added* We Vc **272** enim] *omitted* Ly | autem] enim Bb *garbled* Fi **273** qui quasi] q. 9. Fi An **275** suo] *omitted* Ww **277** vero] *omitted* An Ly **279** ut] nec Fi An ne *added* Ly | non] *omitted* Ly **280** edificium] hedificium We **281** per] propter Ww | etiam] *omitted* Ww **282** criminationi] criminatori Fi An criminum impositioni Ly | precludatur] precluditur Bb precludentur Fi An | quibus] verbis aperte *added* We **285** est] pro *added* Ly **286** quam] de *added* We **289** quia] quod Bb Fi An **291** nec[1]] non An *omitted* Ly **292** hinc] est quod *added* We | ut] nec Bb

est cum prelatus accusatur, defertur, denunciatur vel diffamatur quam cum pauper. Si tamen de facto pauper abiectus et oppressus offenderet tot et tam potentes et tam graviter sicut prelatus, maior cautela adhibenda esset quando talis pauper accusaretur vel etiam diffamaretur ab emulis vel provocatis contra ipsum aut ab amicis eorum quam si prelatus dives et potens accusaretur vel diffamaretur a talibus. Quemadmodum si aliquis omni auxilio destitutus impugnaretur iniuste ab emulis eque potentibus, magis iuvandus esset quam dives et potens qui per potentiam posset ab impugnantibus se tueri. Si enim rex vel princeps tam pauperem rusticum quam comitem divitem et potentem contra adversarios eque potentes debeat defensare, necesse est quod maius auxilium pauperi quam comiti potenti exhibeat. Sic, si pauper tot et tantos vel plures, vel plures potentes, habeat emulos ipsum graviter diffamantes vel quomodolibet impedientes quam papa, maiori auxilio indiget quam papa, et ideo minus credendum est talibus emulis pauperis quam equalibus vel minoribus emulis pape.

Capitulum 26

Discipulus: De ista materia et annexis eidem puto quod scires quam plurima recitare, que ad tractatum De gestis circa fidem altercantium orthodoxam volo differri. Ideo dic quomodo respondetur ad rationes alias quibus supra c. 12 videtur ostendi quod volentibus perfidiam pape heretici declarare fides non debeat adhiberi.

Magister: Ad secundam rationem adductam ibidem respondetur quod sepe neque bona narrata de aliquo neque mala sunt credenda. Quando autem nescitur unde vel a quibus fama sive bona sive mala habeat ortum, non est fame credendum neque bone neque male. Similiter, quando scitur quod fama bona vel mala orta est ab inimicis, criminosis, detractoribus, malivolis, maledicis, vel ab hiis qui faciliter credunt vel rumores incertos libenter narrant et asserunt, vel

---

293 accusatur] accusatus Fi **295** potentes…tam[2]] *omitted* Fi **298** amicis] inimicis Ly **302** qui] quia Ly **304** et] *omitted* Ly **305** adversarios] adversario Bb | potentes] potente Bb **307** Sic] Et An | vel plures[2]] et We | plures[2]] *omitted* Fi An Ly **309** quomodolibet] quantumlibet An Ly | impedientes] impo[tes] Bb impetentes We | quam papa] qua propter Ly **310** quam] *omitted* An **Capitulum 26,1** …] *gap* An We **3** scires] scire Bb | plurima] plura Bb **6** ostendi] diceri We **10** autem] enim Fi An We **13** bona] *omitted* An **14** detractoribus] *omitted* Ly

a mendacibus et falsis hominibus, aut etiam ab adulatoribus, ambitiosis, avaris, histrionibus, vel a quibuscunque qui hominibus placere desiderant, non est tali fame credendum.

Quando autem quis scit vel per se vel per alios fide dignos quod fama bona vel mala ortum habet a fide dignis personis, nec sunt amici speciales nec inimici illius cuius famam divulgant bonam vel malam, nec sunt ambitiosi, nec hominibus placere desiderant, nec sunt mendaces, nec detractores, nec maledici, credere tali fame bone vel male non videtur illicitum. Ita tamen quod propter famam malam de aliquo absque certitudine sufficienti nullus ad actum preiudicialem illi de quo est mala fama prorumpat. Et ideo personis fide dignis qui non odio nec rancore asserunt et cupiunt declarare perfidiam pape heretici est credendum, nisi aliquid eis contingat obicere quare eis minime est credendum.

Ad illud autem quod dicitur de regina Saba respondetur quod quedam fama vaga de excellentia Salomonis, saltem quantum ad multa, ad ipsam pervenerat, de qua nescivit unde vel a quibus ortum habuerit, et ideo eis tanquam prudens et sagax fidem adhibere nolebat. Secus est de fama pape heretici quando bulla hereticalis vel transsumptum per universum orbem promulgatum ostenditur. Et ideo in hoc casu credere papam esse hereticum est licitum, debitum atque iustum.

Ad tertiam rationem breviter respondetur quod credere narrantibus sive bona sive mala non universaliter dissuadetur in scriptura divina, sed omnibus et semper credere dissuadetur. Propter quod signanter dicitur Ecclesiastico 19: "*non omni verbo credas*", et non dicitur 'nulli verbo credas', quia alicui verbo credendum est et alicui verbo minime est credendum.

Capitulum 26,42 Ecclesiastico 19] Ecclesiaticus !9:16

---

16 falsis] *omitted* Bb | etiam ab] *omitted* Ly | ab] adl'onibus *added* An **17** ambitiosis] ambitiosi Bb vel *added* Ly | a] aliis Ly **18** desiderant] desiderent Fi An **20** vel] et Bb **21** personis] qui *added* We | illius] eius Ly **22** divulgant] demulgant Bb **23** desiderant] desiderent Fi An **28** non] nec Fi An **33** ad multa] *omitted* Ly | multa] malta Bb nescivit] nesciebat Ly **34** habuerit] ha Bb **36** bulla hereticalis] bullam hereticalem Ly **37** promulgatum] promulgatam We | ostenditur] We: o^{r} Bb ostendit Fi Ly o^{t} *or* o^{r} An **38** atque…40 narrantibus] *omitted* Fi **42** dissuadetur] in scriptura divina, sed omnibus et semper credere dissuadetur *added dittography* Fi | Ecclesiastico] Ecc^{ti} We | 19] We: *garbled* Bb 15 Fi An Ly **43** et…credas^{2}] *omitted* Ly **44** verbo^{1}] *omitted* Ly

Ad illud autem quod adducitur de Ieremie 12 patet ex serie textus quod loquitur de inimicis. Nam ibidem premittitur: "*fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te, et clamaverunt post te plena voce*", et tunc immediate subiungitur: "*ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona*". Et ita patet quod loquitur de inimicis. Inimicis autem nunquam est credendum, iuxta illud Sapientis Eccles. 12: "*Non credas inimico tuo in eternum*". Sicut autem tu non debes credere inimico tuo in eternum, ita nec in eternum credere debes inimico alterius contra ipsum.

Ad illud Michee 7: "*Nolite credere amico*", respondetur quod loquitur de amico trahente ad infidelitatem vel peccatum.

Ad dictum 1 Iohannis 4: "*Nolite omni spiritui credere*", patet, quia signanter dicit "*omni spiritui credere*", quia alicui spiritui est credendum et alicui spiritui nullatenus est credendum. Propter quod subdit ibidem: "*sed probate spiritum si ex Deo sint*". Quare si qui dixerint papam esse hereticum, non statim credendum est (eis scilicet), sed quia nuntiant periculum esse omnium orthodoxorum, probandi sunt, hoc est examinandi sollicite, et si legitima documenta attulerint ad probandum papam esse hereticum, puta si ostenderint bullam hereticalem vel transsumptum ipsius publice et sollempniter promulgate, credendum est papam esse hereticum.

Ad quartam rationem respondetur quod maior falsa est propter tres instantias. Tum quia notorium est credendum licet secundum ordinem iudiciarium minime sit probatum. Tum quia confesso de crimine absque omni ordine est

---

50 immediate subiungitur] Jeremy 12:6 **53** Eccles 12] Ecclesiasticus 12:10 **56** Michee 7] Micheas 7:5 **62** subdit ibidem] 1 John 4:1

---

46 illud] aliud Ly | Ieremie] We: Ieremia Bb Fi An Hieremia Ly **47** quod] qui Bb Fi An **49** adversum] adversus An Ly **50** eis] *omitted* Bb **51** tibi] i[i] Fi An **52** Inimicis] in istis Fi An | Inimicis autem] Quod Ly | nunquam] eis *added* Ly | illud] *omitted* Bb **53** Eccles] esset Fi Ecc[ci] We **56** illud] autem de *added* We **59** dictum] illud We | 1] *omitted* Ly | Nolite] Noli te An **60** dicit] nolite *added* We **61** et…62 credendum] *omitted* Ly **62** ibidem] cui est credendum *added* Ly **63** spiritum] sps We | sint] sit Fi An Ly | Quare] Quamvis Ly dixerint] dixerant Fi An **64** scilicet] *omitted* We Ly **65** esse] commune We | omnium] oppositum Ly **66** est] *omitted* Bb | examinandi] sunt *added* Ly | et] *omitted* Ly **68** ostenderint] ostendunt We | ipsius] bulle hereticalis We **69** promulgate] promulgatum Ly | est] et dicendum *added* Ly **74** omni] tali We

credendum. Tum quia extra iudicium multis et in multis est credendum absque ordine iudiciario observato.

Ad omnes igitur auctoritates respondetur unico verbo, quod omnes intelligende sunt de credulitate iudicis in iudicio quando crimen impositum non est notorium, nec reus confitetur crimen impositum. Et ideo si crimen heresis pape imponitur de quo coram iudice accusatur, iudex, nisi sit notoria heresis pape vel ipse confiteatur, non debet credere illa credulitate que habenda est in iudicio antequam ordine iudiciario observato probetur, licet credulitate que spectat ad aliquem non tanquam ad iudicem credere possit in casu papam esse hereticum. Si enim aliqui fide digni de quorum fidelitate iudex non dubitat referunt assertione iudici se audivisse papam negare fidem vel resurrectionem mortuorum, iudex potest credere eis illa credulitate que inter socios habenda est, sed non debet habere illam credulitatem que ad iudicem spectat antequam in iudicio legitime probatum extiterit, nisi sit notorium iudici et aliis, vel nisi papa in iudicio heresim confiteatur.

Capitulum 27

Discipulus: Quamvis cogitaverim per singula que allegata sunt pro sententia supra c. 13 recitata discurrere, quia tamen prolixitatem magnam volo pro posse vitare, illis usque post completionem huius operis remanentibus indiscussis, ad fautores hereticorum et precipue pape heretici me converto. De quibus in primis peto ut dicas, secundum unam sententiam vel plures, qui fautores hereticorum debent reputari.

Magister: De fautoribus hereticorum distinguitur. Quia aut favent tantummodo personis hereticorum, eis scilicet prebendo consilium et auxilium qualecunque, nichil de eorum erroribus penitus intromittendo, quomodo sepe christiani iudeis, sarracenis et aliis infidelibus favent, quamvis eorum erroribus non faveant neque adhereant. Sepe enim reges et

---

75 multis[1]] *omitted* Ly | multis[2]] casibus *added* We **78** quod] quia We **84** observato] observatorum Bb **85** credere] *omitted* Fi An Ly **86** esse] eī Bb **87** iudici] iudicii Ly **88** vel] negare *added* We **92** extiterit] Bb: extitit Fi An Ly sit We hoc est non debet reputare se deberre ferre diffinitivam sententiam antequam in iudicio legitime probatum extiterit *added* We Vc | nisi[2]] ñ Fi **Capitulum 27,3** discurrere] discernere We **4** magnam] nimiam We | volo] nolo We | pro posse] *omitted* Ly **8** debent] debeant An We **14** infidelibus] fidelibus Bb **15** erroribus] penitus *added* Ly

principes favendo iudeis et infidelibus eos in officiis publicis prefecerunt, quamvis eorum errores minime approbarent. Christiani etiam qui, ut habetur Extra *De iudeis et sarracenis et eorum servis* c. *Ad liberandam*, sarracenis consilium vel auxilium ad Terre Sancte dispendium impendere, arma, ferrum et galearum ligamina defferentes eisdem. Illi etiam qui eis galeas vel naves vendebant poterant fautores sarracenorum non immerito appellari, et tamen eorum erroribus contra fidem non favebant, nec fuerunt per ecclesiam fautores pravitatis heretice vel infidelitatis iudicati.

Aut fautores hereticorum favent eorum erroribus, ipsos approbando, docendo, divulgando, animo alliciendi vel attrahendi alios ad approbationem eorum. Et hii non solum sunt fautores hereticorum sed etiam sunt fautores heretice pravitatis.

Primi autem sunt fautores hereticorum duntaxat, sed non sunt censendi fautores heretice pravitatis.

Discipulus: Michi apparet secundum predicta quod aliqui sunt vel possunt esse fautores hereticorum quamvis non sint fautores heretice pravitatis. Sed nunquid econverso aliqui sunt vel possunt esse fautores heretice pravitatis quamvis non sint fautores hereticorum?

Magister: Respondetur quod sic. Sicut enim potest quis tenere doctrinam alicuius non propter eum sed quia reputat eam veram, et tamen in nullo est fautor et amicus eius, imo potest esse emulus et inimicus eius mortalis, ita potest quis favere erroribus aliquorum hereticorum licet personis eorum non faveat sed penitus adversetur.

Discipulus: Ex hiis michi videtur quod isti habent de fautoribus ponere distinctionem trimembram. Quia aliqui sunt fautores hereticorum tantummodo et non heretice pravitatis, aliqui heretice pravitatis tantummodo et non hereticorum, aliqui vero sunt fautores et hereticorum et heretice pravitatis.

Magister: De hoc ita dicunt ut eis imponis.

Capitulum 27,18 Extra…19 liberandam] X. 5. 6. 17 col. 1667

---

16 eos] eorum An **17** prefecerunt] prefecerint We **18** Extra] *omitted* An Ly **19** et…servis] *omitted* Ww **20** dispendium] stipendium Ly impendere] impenderunt We **21** ligamina] legamina Fi **23** appellari] approbari Fi An Ly | eorum] We: *omitted* Bb Fi An Ly **28** approbationem] probationem Bb We Ly | hii] hiis Bb **29** sunt[1]] *omitted* Ly **40** et[2]] aut We **41** potest[1]] poterit We | mortalis] immortalis Fi An **42** hereticorum] *omitted* Ly **43** faveat] favet Fi **45** trimembram] trimembrem Fi We Ly **47** aliqui] sunt fautores *added* We | tantummodo] solummodo We *omitted* Ly **48** et[1]] *omitted* We Ly

Discipulus: Dic ergo secundum istos quomodo fautores a credentibus de quibus supra inquisivimus distinguuntur.

Magister: De quibus fautoribus interrogas?

Discipulus: Primo dic de fautoribus hereticorum.

Magister: De fautoribus hereticorum adhuc distinguitur. Quia quidam scienter favent hereticis, hoc est scientes eos esse hereticos, quomodo multi christiani scienter favent iudeis et sarracenis quos sciunt esse iudeos et sarracenos. Sic etiam sepe parentes favent filiis et filii parentibus, quamvis sciant eos esse hereticos et eorum errores detestentur. Quidam autem favent hereticis ignoranter, nescientes eos esse hereticos.

Primi, scilicet qui favent scienter et non favent heretice pravitati non sunt credentes nec hereticis nec eorum erroribus, quia non approbant ipsos errores, nec ipsos reputant inter catholicos numerandos. Qui autem ignoranter favent hereticis, hoc est nescientes eos esse hereticos, sunt aliquo modo censendi credentes, quia ipsos qui sunt heretici credunt inter catholicos computandos. Et siquidem laborant ignorantia dampnabili, affectata videlicet aut crassa et supina, dampnabiliter sunt credentes hereticis et excommunicationis sententia sunt ligati. Si autem laborant ignorantia probabili aut invincibili, que non est dampnabilis, sunt aliquo modo credentes, sed non sunt dampnabiliter censendi credentes, nec sunt in numero illorum credentium qui Extra *De hereticis c. Excommunicamus 1º* excommunicationis vinculo innodantur.

Discipulus: Dic quomodo fautores heretice pravitatis a credentibus distinguuntur.

---

74 Extra…75 1o] X. 5. 7. 13 col. 1683

---

51 credentibus] criminibus Fi An Ly **53** Primo] *omitted* An **54** adhuc] ad An **55** quidam] quidem Ly **57** Sic] Sicut We Ly **58** favent] *omitted* Fi **59** sciant] sciunt Ly | et…61 hereticos] We Vc: *omitted* Bb An Fi Vg Alii ignoranter favent quia ignorant esse hereticos Ly et eorum errores detestentur. Alii favent hereticis ignoranter quos tamen nesciunt esse hereticos Ba Alii favent hereticis quos tamen nesciunt esse hereticos Es Fr | errores] hereses We **62** scilicet] si *added* Ly | favent[1]] hereticis *added* We | scienter…favent[2]] *omitted* Bb **63** pravitati] pravitatis Fi An **64** approbant ipsos] adprobant ipsorum We **68** siquidem] et *added* Fi sic Ly **69** dampnabili] ignorantia *added* We | videlicet] *omitted* Bb et] aut An Ly **70** hereticis] heretici Ly **71** sententia] *omitted* Fi **73** sunt] *omitted* Ly **74** in] de Ly **75** vinculo] sententia Ly

Magister: Fautores heretici pravitatis et sunt censendi credentes hereticorum erroribus de quibus legitur Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 2º* , et sunt credentes hereticis de quibus fit mentio Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 1º* . Quia fautores heretice pravitatis et pravitatem hereticam reputant catholicam veritatem et ipsos auctores reputant catholicos vel saltem recte tenentes.

Discipulus: Dic de fautoribus tam hereticorum quam heretice pravitatis, quomodo a credentibus distinguuntur.

Magister: Ad hoc dicitur sicut dictum est de fautoribus heretice pravitatis.

Capitulum 28

Discipulus: Iuxta distinctionem predictam de fautoribus hereticorum et heretice pravitatis, de omnibus fautoribus interrogabo diversa. Incipiam autem primo a fautoribus heretice pravitatis, de quibus ante alia dic qui sunt fautores pravitatis heretice iudicandi.

Magister: Omnes modos favendi heretice pravitati non est facile numerare. Et ideo videtur difficile dare regulam generalem qua de omnibus cognoscatur an faveant vel non faveant heretice pravitati.

Discipulus: Dic aliquos modos favendi pravitati heretice ex quibus alii facilius cognoscantur.

Magister: Quamvis favere heretice pravitati aliquo modo distinguatur a credere heretice pravitati, quia favor videtur actum exteriorem respicere, credere autem actum interiorem, tamen omnibus modis exterioribus quibus aliquis ostendit aut declarat se credere hereticorum erroribus, eisdem modis videtur favere eisdem erroribus. Et ideo quicunque

---

79 Extra…80 2o] X. 5. 7. 15 col. 1686 **81** Extra…82 1o] X. 5. 7. 13 col. 1683

---

78 et] *omitted* Ly **79** legitur] loquitur We c. *added* Bb Fi We **80** 2o] secundi Ly | et] *omitted* Ly **81** de quibus] *In* An (fo. 121ra line 10) *these words* (*a mid-sentence continuation*) *as well as the remaining text of* 1 Dial. 7 *belong to* "scriptor sextus". | quibus] etiam *added* Ly **85** quam] qʒ Fi **87** dicitur] respondetur Ly **Capitulum 28,1** …] *gap* We |] 18 Fi **2** fautoribus] *omitted* Ly **5** de…6 iudicandi] iudicandis An Ly iudicandi Vg **7** heretice] heretici An Ly **9** cognoscatur] cognoscitur An Ly | vel…10 faveant] *omitted* Bb **10** faveant] faveat Fi **12** facilius] *omitted* An faciliter Ly | cognoscantur] cognoscentur We agnoscantur Ly **13** favere] si *added* Bb An **15** actum[1]] actus Fi **16** tamen] in *added* Ly **17** aut] et An **18** quicunque] quecunque An

dicit se hereticorum erroribus adherere aut laudat eos tanquam catholicos, vel divulgat tanquam consonantes veritati, vel legit, docet, aut predicat tanquam tenendos, vel scribit animo adherendi, vel suadet, precipit, consulit, aut quovis modo inducit alios ad tenendum, videtur favere heretice pravitati. Qui etiam quoquo modo persequitur impugnantes errores eosdem aut propter impugnationem huiusmodi quomodolibet adversatur vel etiam infestat docentes, tenentes, et predicantes contrariam veritatem, fautor pravitatis heretice est tenendus.

Discipulus: Suntne aliqui modi speciales quibus sit quis dicendus fautor pravitatis heretice a papa heretico, si essent heretici ad invicem?

Magister: Difficile vel forte impossibile est, secundum quosdam, quod aliquis faveat aliquo modo errori pape quin possit eodem modo favere errori alterius, quamvis si papa esset hereticus, forte de facto aliquibus modis aliqui faverent erroribus eius qui non faverent de facto erroribus aliorum.

Discipulus: Qui sunt illi modi?

Magister: Unus modus est consentiendo diffinitioni erronee pape heretici contra fidem. Si enim papa esset hereticus et contra fidem aliquid diffiniret, quicunque diffinitioni sue erronee consentiret esset fautor heretice pravitatis.

Quicunque etiam consuleret vel induceret aut hortaretur eum ad diffiniendum aliquid contra fidem esset fautor heretice pravitatis.

Quicunque etiam sollempniter in scholis diffinitionem suam hereticalem legeret tanquam tenendam, vel super ipsam non improbando sed approbando glosas, apparatus, lecturam

---

19 hereticorum] *omitted* Bb Fi **20** divulgat] eos *added* An consonantes] Ly Vg: *gap* Bb consonans Fi An consonos We **21** tenendos] tenendo Ly **22** suadet] suadi An | precipit] *omitted* Fi **23** tenendum] eos *added* Ly | favere] adherere Ly **25** impugnantes] impugnates Bb An **28** est…30 heretice] *omitted* An | tenendus] censendus We **29** Suntne] Sunt Ly **30** essent] esset Bb We **31** heretici…invicem] Ly Vg: hereticus adinvente Bb Fi An We **32** Magister] *omitted* An | forte] fere Ly | impossibile] *omitted* Fi An **34** favere] *omitted* An (*initially scripted* "favor" *then cancelled*) **35** forte] *omitted* Ly **36** eius] *omitted* An | qui] quibus Bb **38** consentiendo] affirmationi *added* Ly **43** induceret…44 esset] *omitted* Fi **47** legeret] et *added* Ly **48** improbando] approbando Ly sed] vel Ly | lecturam] litteram Ly

vel scriptum quodcunque componeret, esset fautor heretice pravitatis.

Quicunque etiam, cum posset convenienter, eandem diffinitionem hereticalem minime impugnaret, esset inter fautores pravitatis heretice numerandus.

Qui etiam impugnantes, detestantes, vel reprobantes diffinitionem predictam propter hoc quomodolibet infestaret, diffamaret, reprobaret, vitaret, vel vitandos aut quocunque modo molestandos putaret, non esset a fautoria pravitatis heretice alienus.

Qui etiam scripturas catholicas contrarias predicte diffinitioni, eo quod contrarie essent eidem, teneri, legi, publicari vel doceri presumeret prohibere, inter fautores pravitatis heretice esset non immerito computandus.

Qui insuper iuraret vel promitteret quoquo modo diffinitionem talem pape se esse in perpetuum servaturum, esset fautor heretice pravitatis.

Qui etiam scripturas catholicas ad reprobandum diffinitionem hereticalem pape compositas in detestationem earum combureret tanquam erroneas, aut aliquod circa eas ludibrium exerceret, a fautoria pravitatis heretice nequaquam esset immunis.

Qui etiam in favorem pape heretici novos errores confingeret, quemadmodum Sergiani in favorem Sergii pape 4[i] multos finxerunt errores, dicentes papam non posse dampnari, sicut in quodam antiquissimo opere edito contra Sergianos legi, esset inter fautores pravitatis heretice numerandus.

Capitulum 28,74 in…opere] Cf. also 1 Dial. 2.27 (OP V, pp. 86-87.) and 1 Dial. 7.70 *infra*. In a text very possibly composed somewhat later than the material of 1 Dial. 7.28, Ockham no longer seems to explicitly include Sergius among "heretic popes" (cf. 1 Dial. 5.2 (OP V, pp. 202-209.) He is however listed among "peccant" popes in *Quoniam omnis humana sententia* (GF pp. 953-954), and may be an assumed presence in the number of such mentioned by OND 124.339s (OP II, p.854) and OQ 8.317s. (OP I[2], p. 214)

---

49 scriptum quodcunque] scripta quecunque Ly **51** etiam] *omitted* Fi **52** esset] esse Ly | inter] ī An **54** detestantes…reprobantes] *omitted* Bb | vel] et Fi We Ly **55** predictam] hereticalem pape heretici We **59** predicte…60 diffinitioni] diffinitioni hereticali pape We **61** publicari] predicari Ly **63** insuper] *omitted* Ly **67** pape] heretici *added* An e[e] Fi compositas] positas Fi An Ly **68** circa] contra We **69** ludibrium] ludubrium We lubricum Ly **73** 4i] episcopi secundum Ly **74** in quodam] *omitted* An

Capitulum 29

Discipulus: Quoniam iuxta canonicas sanctiones ad cautelam futurorum est aliquid faciendum, quia, ut leges imperiales insinuant et recta ratio dictat, providere quis debet quod contingere potest, unde et viri prudentes, providi et discreti, pacis in tempore munitiones parant, fortes edificant civitates, fabricant arma, divitias congregant et thesauros, propinquos et amicos sibi conciliant ut, si eis rabies bellorum ingrueret hostilis aggressio facilius reprimatur. Idcirco, quamvis hiis temporibus a papa catholico fides catholica defendatur virilius et heretica pravitas animosius expurgetur, quia tamen potest contingere quod vel nostris diebus vel secuturis papa surget hereticus, sequaces et fautores quamplures habiturus, qui veritatem catholicam reprobare, destruere, et extirpare ac hereticam pravitatem inducere satagent toto posse, contra huiusmodi casum possibilem cupio me et alios premunire, ut, si unquam talis casus acciderit, ego et alii orthodoxi sciamus quos debeamus fautores heretice pravitatis et pape heretici reputare. Propter quod de fautoribus pravitatis heretice discurrere et in speciali te interrogare propono. Dic autem primo de consentientibus diffinitioni hereticali pape, an aliquis absque peccato mortali tali diffinitioni valeat consentire.

Magister: Ad evidentiam interrogationis tue putant nonnulli dupliciter distinguendum de consensu. Contingit enim dupliciter consentire diffinitioni hereticali pape, scilicet, vel consentiendo quod papa diffiniat assertionem que est heretica, vel consentiendo assertioni que per papam

---

Capitulum 29,2 Quoniam…21 propono] LTR Cpre *supra* cap. 10

Capitulum 29,1] *no chapter number* Fi **4** dictat] dicant Bb An **5** contingere] contingi Ly | prudentes] et *added* Ly **6** munitiones] mlūco^{es} Fi **7** arma] armata Fi An *omitted* Ly **8** conciliant] confederant Ly **9** ingrueret] Bb: īg^{u}e^{t} Fi ingereret An Ly ingruerit We **10** catholico] catholica An **11** pravitas] pravitate An | expurgetur] impugnetur We **12** tamen] tunc An | quod] We: quia Bb Fi An ut Ly | vel^{1}] in An si Ly **13** secuturis] securius An futuris Ly | surget] surgat Ly **14** quamplures] quamplurimos We habebit vel *added* Bb Fi habebit et *added* An reprobare] et *added* Ly **15** et] aut Ly | ac] ad An aut ad Ly **16** satagent] satageret Fi Ly satagunt An | toto posse] *omitted* An casum] causam Ly | possibilem] pa^{lem} An **17** premunire] munire We **18** ego] e^{e} Fi **20** discurrere] distinčte An discurrere *or* distinguere We **21** autem] ergo Ly **22** pape] heretici *added* An Ly **23** tali] *omitted* Ly **24** putant] *omitted* Ly **25** distinguendum] distinguunt Ly **26** scilicet] *omitted* We **27** est] *omitted* Bb

hereticum diffinitur. Si enim papa volens heresim diffinire requirat aliorum consensum, potest unus dicere : ‘consentio assertioni quia reputo eam veram et consentio quod diffiniatis eam’. Et iste proprie consentiret diffinitioni pape heretici. Alius vero posset respondere: ‘consentio tali assertioni quia reputo eam veram sed non consentio quod diffiniatis eam’. Et iste non consentiret proprie diffinitioni que est actus diffiniendi. Consentiret tamen diffinitioni que potest vocari assertio diffinitiva. Quemadmodum ‘fides’ aliquando vocatur actus credendi et aliquando ipsum obiectum creditum. Unde et collectio articulorum quos credimus aliquando vocatur ‘fides’, ut notat glosa Extra *De summa Trinitate et fide catholica* c. *Firmiter*.

Alia distinctio ponitur de consensu quam ponit glosa Extra *De officio et potestate iudicis delegati* c. 1, dicens: “*Nota quod quadruplex est consensus, scilicet negligentie, consilii, cooperationis et auctoritatis seu defensionis*”.

Discipulus: Puto quod istas distinctiones intelligo. Ideo, iuxta membra earum te interrogare studebo. Dic ergo primo an solummodo consentiens assertioni hereticali pape, non consentiendo quod diffiniat eam, semper peccat mortaliter.

Magister: De assertione pape hereticali distinguitur, quia aut est talis assertio quod consentiens tenetur credere explicite contrariam veritatem, et in hoc casu consentiens peccat mortaliter et est hereticus reputandus (secundum quod colligi potest ex quarto huius, c. 11 et 12), aut assertio pape hereticalis est talis quod consentiens non tenetur credere explicite contrariam veritatem, et tunc aut in suo consensu est pertinax aut non est pertinax. Si est pertinax peccat mortaliter,

---

40 glosa] X. 1. 1. 1 col. 8 s.v. credimus *and* s.v. simpliciter **42** glosa] X. 1. 29. 1 (*Quia quesitum est*) col. 327 s.v. pari pena **53** secundum…54 12] PP* **54** ex…huius] 1 Dial. 4.11, 12 (OP V, pp. 152-156, esp. p. 154.)

---

29 diffinitur] diffiniretur Ly | papa] We: *omitted* Bb Fi An Ly **30** potest] posset Ly **31** reputo] reputat Ly | quod] cum Ly **33** consentio] *omitted* Ly **35** consentiret] assentiret Ly **36** diffinitioni] diffinitionem Ly **42** quam] quem Fi An **43** et…iudicis] *omitted* Ww delegati] dele. Bb Fi delegato An Ly *garbled* We | dicens] We: di Bb Fi An dicitur Ly **46** istas] aliquas Fi distinctiones et *added* Ly distinctiones] We: diffinitiones Bb Fi An Ly **47** membra] membrum Ly **48** consentiens] consentientes Ly **49** peccat] peccet We **50** hereticali] heretici Ly **51** talis] *omitted* An **52** casu] *omitted* An **54** ex] *omitted* Ly | ex quarto] ex° An | 11…12] 21 et 72 Ly Vg **55** consentiens] assentiens Ly **56** veritatem] *omitted* Bb | suo] *omitted* Ly **57** pertinax[2]] in suo consensu *added* We

et est hereticus reputandus et pena hereticorum plectendus. Si vero non est pertinax sed paratus est corrigi et solummodo est deceptus et querit cauta sollicitudine veritatem, non peccat mortaliter nec per consequens est hereticus reputandus, nec etiam proprie fautor heretice pravitatis.

Discipulus: Quid de illo qui exterius ore consentit assertioni pape, vel ut placeat vel saltem ne displiceat, et corde dissentit?

Magister: Respondetur quod peccat mortaliter, quia in doctrina religionis aperte mentitur, et ideo magis peccat quam ille qui ore et mente consentit. Quia ille licet dicat falsum tamen non mentitur, et ideo vel non peccat nisi venialiter, vel minus peccat quam ille qui ore consentit et dissentit corde. Iste enim est falsus, duplex, mendax, et proditor agnite veritatis, et ideo merito est infamis, omni spoliandus honore et in perpetuum ab omni testimonio repellendus.

Capitulum 30

Discipulus: Hec que dicta sunt de consentiente assertioni pape tantummodo ex hiis que dicta sunt prius de credentibus, et ex illis que tractata sunt libro quarto dependere videntur. Ideo transeas ad consentientem quod papa hereticam diffiniat pravitatem, qui, scilicet, requisitus a papa consentit quod assertio que in rei veritate est hereticalis diffiniatur sollempniter tanquam catholica, et quod christianis omnibus iniungatur ut eam sicut catholicam teneant, sentiant, et acceptent.

Magister: Dixi prius quod quadrupliciter quis potest consentire. De quo ergo consentiente interrogas?

Capitulum 30,11 prius] 1 Dial. 7. 29.44-45*

---

62 etiam] *omitted* Ly | proprie] pape Ly **63** ore] *omitted* Ly **64** vel[2]] ut *added* Ly | saltem ne] ne saltem Bb | ne] non Ly **65** dissentit] dissentiat Ly **67** religionis] relationis Ly **68** mente] corde Fi **69** vel[1]] *omitted* Ly | non[2]] *omitted* An **70** quam ille] *omitted* An | dissentit] condissentit An dissentiret Ly **Capitulum 30,1**] 34 Fi **2** consentiente] consentientibus Ly **4** et] *omitted* Bb | sunt] de *added* Bb **5** consentientem] Kn: consentientes Fi An We Ly assentientes Bb **6** papa] papam Ly | requisitus] requisiti Ly **7** consentit] consentiunt Ly **8** tanquam] sicut Ly | catholica] catholicam An We Ly | et…9 catholicam] *omitted* An | christianis] illis Ly **10** acceptent] acceptant Ly **11** quis] *omitted* An **12** ergo] *omitted* Fi An | interrogas] *omitted* An niteris Ly

Discipulus: Licet istam distinctionem quadrimembram in genere aliquo modo intelligam, tamen ad consentientem diffinitioni hereticali pape heretici ipsam nescio applicare. Ideo in primis declara quomodo contingit quadrupliciter diffinitioni hereticali pape heretici consentire.

Magister: Quod quadrupliciter consentire contingat diffinitioni hereticali pape heretici nonnulli declarant, dicentes quod ille consentit consensu negligentie diffinitioni predicte qui, sciens eam esse hereticalem, non resistit.

Discipulus: Quomodo potest ostendi quod non resistens ei consentit?

Magister: Hoc pluribus sanctorum patrum auctoritatibus videtur posse probari. Ait enim Innocentius papa, ut habetur dis. 83 c. *Error*: "*Error cui non resistitur, approbatur*". Ex quibus verbis sic arguitur. Error cui non resistitur, approbatur. Ergo diffinitio hereticalis pape cui non resistitur, approbatur. Qui autem ipsam approbat, consentit eidem. Ergo qui non resistit, consentit.

Item, ibidem dicit Innocentius: "*veritas cum minime defensatur, opprimitur*". Ex quibus verbis infertur quod veritas contraria diffinitioni hereticali pape, cum minime defensatur, opprimitur. Qui autem opprimit veritatem catholicam, consentit contrarie heretice pravitati. Qui vero non resistit, non defendit. Ergo qui non resistit diffinitioni hereticali pape, consentit eidem.

Item, ibidem subnectitur: "*Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare*".

Et eandem sententiam sub eisdem verbis asserit Eleuterius papa, ut habetur 2 q. 7 c. *Negligere*.

---

13 Licet…15 applicare] PP*. Cf. 1 Dial. 7. 29. 46-47* **26** dis…Error[1]] D. 83 c. 3 col. 533 **31** ibidem] *ibid.* **38** ibidem subnectitur] *ibid*. **41** 2…Negligere] C. 2 q. 7 c. 55 col. 939

---

13 quadrimembram] quadrimembrem We **15** diffinitioni hereticali] diffinitionem hereticalem Ly | applicare] declarare An Ly **20** ille] *omitted* We **21** predicte] hereticali pape heretici We **23** ei] diffinitioni hereticali pape We **26** habetur] dicitur Ly | cui] *omitted* Bb | resistitur] non *added* An **29** ipsam] diffinitiam hereticalem pape We **30** consentit] eidem *added* Ly **31** minime] minima An **32** defensatur] diffensatur Bb **35** pravitati] pravitate Bb **36** non[2]…resistit[2]] *omitted* Bb | qui] autem opprimit veritatem catholicam, consentit contrarie heretice pravitati. Qui vero non resistit, non defendit. Ergo qui *added dittography* Fi | resistit[2]] desistit An **38** subnectitur] subditur Ly **39** facinori] facinorem We desinit] desistit An **41** Eleuterius] Heleuterius Bb Fi An

Et Anastasius et Damasus papa, ut legitur 23 q. 3 c. *Qui potest*, sic ait: "*Qui potest obviare et perturbare perversos et non facit, nichil aliud est quam favere eorum impietati, nec enim caret scrupulo*" etc. Ex quibus verbis colligitur quod qui potest resistere diffinitioni hereticali pape et non resistit, consentit eidem.

Quod Augustinus, ut legitur 23 q. 3 c. *Ostendit*, videtur asserere, dicens: "*Qui desinit obviare, cum potest, consentit*". Ergo qui non resistit diffinitioni hereticali pape, consentit.

Item, Gregorius, ut habetur dis. 83 c. *Consentire*, ait: "*Consentire videtur erranti qui ad resecanda que corrigi debent non occurrit*". Ergo qui non resistit diffinitioni hereticali pape consentit eidem. Quod intelligendum est quando quis scit diffinitionem pape esse hereticalem, et potest resistere, et non resistit.

Discipulus: Dic de consensu consilii.

Magister: Ille dicitur consentire consulendo qui suadet et inducit papam, vel hortatur, quod assertionem que est hereticalis sollempniter diffiniat et determinet esse tenendam.

Discipulus: Dic de consensu cooperationis.

Magister: Ille dicitur consentire cooperando diffinitioni hereticali pape qui assertionem pape hereticam, sollempniter diffiniendam, dictat, scribit, et rationibus aut auctoritatibus quod sit tenenda et sollempniter diffinienda probare molitur.

Discipulus: Ergo secundum ista quicunque scriberet talem diffinitionem consentiret cooperando eidem.

Magister: Si quis scribit talem diffinitionem hereticalem pape postquam extitit promulgata, non intelligitur consentire cooperando actui diffiniendi seu determinandi qui iam precessit. Ille autem qui scriberet eam ante actum diffiniendi, si intelligeret et adverteret quod

---

42 23…43 potest[1]] C. 23 q. 3 c. 8 col. 1715 **48** 23…Ostendit] C. 23 q. 3 c. 11 col. 1715 **51** dis…Consentire] D. 83 c. 5 col. 533

---

42 et…papa] ad Damasum papam Bb Fi An Ly Damasum papam We | 3 c] c. 3 Fi An **44** aliud] ad Bb **45** enim] *omitted* Ww **46** hereticali] *omitted* Ly **48** Quod Augustinus] Et idem Ly **49** consentit] Ly: perversis, et non facit, consentire videtur Bb Fi An We **51** habetur] legitur An | 83] S3 Bb **52** resecanda] recusanda An **58** consulendo] diffinitioni hereticali pape *added* We **60** hereticalis] hereticalem Fi determinet] determinat Bb Fi An | tenendam] tenendum Ly **61** Dic] *omitted* Ly **63** hereticam] hereticalem Ly **64** diffiniendam] We: diffiniendo Bb Fi An Ly **69** extitit] esti[t] Bb Fi existit Ly **70** actui] We: actum Bb Fi An Ly **71** qui[1]…72 diffiniendi] *omitted* Fi | Ille] Ergo An Qui Ly | qui[2]] *omitted* An Ly **72** adverteret] averteret An

assertio diffinienda fidei repugnaret, intelligeretur consentire cooperando. Si autem hoc non adverteret esset per ignorantiam excusatus.

Discipulus: Dic de consensu auctoritatis seu defensionis.

Magister: Consensus auctoritatis et consensus defensionis distingui videntur, sicut auctoritas et defensio distinguuntur. Auctoritas enim ad superiorem spectare videtur, defensio autem tam ad maiorem quam ad minorem potest pertinere. Nam et superior potest inferiorem defendere, et inferior potest defendere superiorem. Imo quamvis nullus habeat auctoritatem super seipsum, potest tamen seipsum quis defendere, iuxta illud Rom. 12: "*nos vosmetipsos defendentes carissimi*". Et Act. 26 dixit Paulus: "*cum sim defensurus me hodie*".

Consensus igitur auctoritatis respectu diffinitionis papalis locum non videtur habere, cum papa nullius auctoritate vel mandato possit aliquid diffinire. Sed consensus defensionis potest habere locum respectu pape. Potest enim aliquis consentire diffinitioni hereticali pape, offerens se diffinitionem defensurum eandem.

Capitulum 31

Discipulus: Obmisso consensu defensionis quousque tractaverimus de defensoribus hereticorum, et obmisso consensu auctoritatis qui, ut videtur, respectu pape locum habere non potest, interrogabo te primo de consensu negligentie, an, scilicet, omnis talis consentiens peccet mortaliter.

---

85 Rom 12] Romans 12:19 **86** Act 26] Acts 26:2

---

75 excusatus] *omitted* Bb excommunicatus An **76** Dic] *omitted* Ly **79** distingui] dut^{r} Bb **80** distinguuntur] distin^{tur} An **81** autem] *omitted* Ly **82** potest^{1}] poterit We **83** nullus] unus Ly **84** super] sū An supra Ly | potest…seipsum^{2}] *omitted* Bb **85** quis] nullus habeat auctoritatem super seipsum, potest tamen seipsum quis *added dittography* Fi | 12] 2 Ly | nos] An: non Bb Fi We *omitted* Ly **86** carissimi] k^{i} An | 26] 22 Bb Fi An We 12 Ly | dixit] dixi Ly | Paulus] *omitted* Ly | sim] *omitted* Bb si Fi **89** nullius] n^{9} Fi **90** aliquid] aliquis Fi | Sed] Se An **92** pape] We: *omitted* Bb Fi An Ly **Capitulum 31,3** tractaverimus] tractavimus Fi | de] *omitted* Bb | defensoribus] defensionibus Ly **4** videtur] habetur Fi communiter habetur An **6** an…consentiens] si omnino talis per consensum Ly Vg | talis] *omitted* An | peccet] peccat An

Magister: Ista negligentia qua quis negligit resistere pape quando assertionem hereticalem diffinire sollempniter seu determinare conatur, et ideo intelligitur consentire, videtur esse quedam taciturnitas. Quamobrem videndum est an omnis taciturnitas in hoc casu sit peccatum mortale, et an pro consensu sit habenda. Circa quam sunt diverse sententie.

Una est quod aliqua taciturnitas in hoc casu est peccatum mortale, et aliqua minime, quia aliqua est habenda pro consensu et aliqua pro consensu minime est habenda. Taciturnitas enim illius qui reclamando posset predictam diffinitionem impedire esset peccatum mortale et pro consensu esset habenda. Unde, si papa requirente consilium cardinalium vel aliorum super aliqua assertione heretica diffinienda, unus posset reclamando impedire papam a diffinitione huius, quia forte esset tante opinionis et fame in populo vel tante potentie quod papa ipso reclamante talem diffinitionem minime attemptaret, si ille taceret, peccaret mortaliter, et eius taciturnitas esset pro consensu habenda. Si vero esset aliquis qui reclamando talem diffinitionem hereticalem pape impedire non posset, tacendo non peccaret mortaliter, nec eius taciturnitas esset pro consensu habenda.

Huic sententie glosa Extra *De presumptionibus* c. *Nonne* concordare videtur. Ait enim: "*melius dicas quod ubi per prohibitionem meam possum prohibere quod fit et taceo tunc taciturnitas pro consensu habetur 54 dist. Si servus. Si vero per prohibitionem meam non possum prohibere quod fit, tunc non obest michi taciturnitas*". Et hanc eandem distinctionem ponit glosa dis. 27 c. *Diaconus.* Hoc etiam glosa 2 q. 7 c. *Plerumque* insinuare videtur, distinguens tres casus in quibus taciturnitas minime nocet, dicens:

Capitulum 31,29 Extra…30 Nonne] X. 2. 23. 5 col. 787 s.v. tacendo **32** 54…servus] D. 54 c. 20 col. 377 **35** dis…Diaconus] D. 27 c. 1 col. 172 s.v. tacuerit **36** glosa] C. 2 q. 7 c. 27 col. 916 s.v. et tacent

---

10 determinare] determinate Bb Fi An **12** omnis] *omitted* An | an[2]] omnis taciturnitas in hoc casu *added* We Vc **15** minime] non est peccatum mortale We Vc est peccatum mortale *added* Ba Fr **16** consensu[1]] sensu Bb **17** illius] huius An | predictam] hereticalem pape We **19** requirente] requirendo An Ly **22** huius] huiusmodi Ly **26** talem] tā Bb An tamen Fi diffinitionem hereticalem pape *added* We Vc eam Ly **29** Huic] H[c] Bb Fi **30** quod…31 meam] ubi prohibitione mea Ww **31** possum] possunt Fi An **32** consensu] haberetur We | 54…servus] *omitted* Ww **33** per] *omitted* Fi **35** distinctionem] We: diffinitionem Bb Fi An Ly | Hoc] Habetur Bb **36** 7] *omitted* Bb Plerumque] Plerique Ww **37** dicens] *omitted* Ly

"*taciturnitas non obstat ei qui non potest probare. Item non nocet ei qui non potest impedire... vel etiam erubescit loqui... Item nec nocet ei qui scit suum ius durare*". Et post sequitur: "*alias semper obstat taciturnitas, ut Extra De hiis qui fiunt a prelatis sine consensu capituli c. 2, et 54 dis. Si servus*".

Ex quibus patet quod si requisitus a papa super aliqua assertione hereticali diffinienda prohibere non potest, huiusmodi taciturnitas non nocet. Si vero potest prohibere, taciturnitas nocet et est habenda pro consensu.

Discipulus: Ista sententia probabilis michi videtur. Ideo ad intelligendam eam aliqualiter volo insistere. Quare secundum istam sententiam dicas quid tenendum est de taciturnitate alicuius collegii, puta si papa requireret collegium super diffinitione huiusmodi, nunquid si taceret peccaret mortaliter et pro consentiente deberet haberi.

Magister: Respondetur quod si totum collegium posset prohibere diffinitionem huiusmodi, quia, scilicet, papa contra totum collegium talem assertionem hereticalem minime diffiniret, totum collegium tacendo peccaret mortaliter et pro consentiente deberet haberi. Si autem impedire non posset taciturnitas non noceret.

Discipulus: Si collegium potens prohibere tacendo peccat mortaliter, quis ergo primo de omnibus peccat? Non videtur quod primus peccet tacendo, quia ille prohibere non posset, et eadem ratione secundus requisitus non peccet, nec tertius, et sic videtur quod nullus tacendo peccat. Ergo nec totum collegium tacendo peccat.

Magister: Respondetur quod primus tacendo peccat.

Tum quia debet probabiliter suspicari quod si ipse diffinitioni inique restiterit alii etiam resistent eidem.

---

40 post] *ibid.* **41** Extra…42 2] X. 3. 10. 2 (*Continebatur*) col. 1092 **42** 54…servus] D. 54 c. 20 col. 377

---

38 obstat] We: nocet Bb Fi An Ly **40** nec] non Ly | durare] We: du^{re} Bb Fi dubitare An Ly **42** c 2] Continebatur Ly | servus] pronus Bb An pernus Fi **44** potest] diffinitionem *added* We **45** taciturnitas] sibi *added* We **48** intelligendam eam] intelligendum istam An **51** collegium] cardinalium *added* We **52** deberet] debeat Ly **54** quia…56 totum] *omitted* Ly Vg **61** peccet] eēt An non peccat Ly **62** eadem ratione] eandem rationem We | non] *omitted* Ly | peccet] peccat An We Ly **66** Tum] Tamen Bb Fi | quod] We: quia Bb Fi An Ly **67** restiterit] resisteret An resistit Ly

Tum quia ex quo nescit quod alii non concordabunt cum eodem, potest probabiliter dubitare an, ipse reclamando, una cum aliis possit diffinitionem hereticam impedire. In dubiis autem via certior est sequenda. Via autem certior est quod reclamet. Ergo tunc reclamare tenetur.

Tum quia tacendo alios scandalizat, prebens eis occasionem tacendi in causa fidei. Ergo tacendo peccat mortaliter.

Et sicut primus tacendo peccat mortaliter, ita secundus, et tertius, et deinceps usque ad minorem partem collegii. Postquam autem maior pars collegii tacendo consentit, ille qui postea fuit requisitus, si tacet, cernens quod maior pars collegii tacendo consentit, et quod papa propter minorem partem suam diffinitionem hereticalem nequaquam dimittet, non peccat tacendo, ex quo per suam contradictionem impedire non posset.

Discipulus: Quomodo peccat primus tacendo ex quo solus diffinitionem hereticalem pape prohibere non posset?

Magister: Respondetur quod licet solus non posset prohibere, posset tamen cum aliis prohibere, et ideo, quia non constat sibi quod alii non resistent, peccat tacendo.

Discipulus: Quid si papa simul requirit omnes cardinales et non unum ante alium, quis peccat si omnes tacent?

Magister: Dicitur quod in hoc casu omnes peccant tacendo mortaliter, quia in hoc casu quilibet tenetur respondere ac si esset primus requisitus.

Discipulus: Dic aliam sententiam.

Magister: Alia sententia est quod requisitus a papa super aliqua assertione hereticali diffinienda, si scit ipsam obviare doctrine ecclesie, et tacet, sive reclamando possit

---

68 Tum…72 tenetur] Perhaps a later adscript based on the Master's comment *infra* at "*Respondetur quod licet solus* etc." (lines 86-88*)

---

68 Tum] Tamen An Ly | nescit] noscit Bb An Ly **69** eodem] eo Ly dubitare] durare An | ipse] i^e^ An **70** possit] posset Ly **71** certior[1]] tutior Ly | est[1]] tenenda sive *added* Ly | Via] Viia (*or* Una?) We certior[2]] tutior Ly **76** Et…mortaliter] *omitted* Ly Vg **78** consentit] consenserit We Ly **79** fuit] fuerit We | tacet] Kn: *omitted* Ww | pars] *omitted* Bb **80** consentit] consenserit Ly | quod] *omitted* Ly **82** contradictionem] diffinitionem hereticalem *added* We **83** impedire] prohibere Ly **84** Discipulus…85 posset] *omitted* Ly Vg **85** posset] potest We **86** Magister] et ideo Ly **88** non] *omitted* Ly **92** omnes] *omitted* Ly **97** aliqua] vel *added* Bb | ipsam] papam Ly **98** sive] sine An etiam *added* Ly | reclamando] proclamando An

prohibere huiusmodi diffinitionem sive non, peccat mortaliter, nisi ex contradictione sua periculum fidei vel fidelium absque omni fidelium utilitate sequeretur.

Primum probatur. Quia ad exteriorem confessionem fidei quilibet est astrictus quando requiritur, si ex omissione confessionis alii scandalizantur, quia quilibet tenetur vitare scandalum fratris sui. Sed cardinalis, sive possit prohibere diffinitionem hereticalem pape sive non possit, si tacet requisitus de veritate fidei, proximos scandalizat, quia per eius taciturnitatem alii possunt presumere quod heretice consentiat pravitati. Ergo sive reclamando possit impedire diffinitionem hereticalem pape sive non, tenetur in hoc casu, ne infirmos et simplices scandalizet, ad exteriorem confessionem catholice veritatis.

Secundum, scilicet quod si ex contradictione tali sequeretur periculum fidei vel fidelium quia papa hereticus et complices sui ad exterminationem fidelium vel ad magis divulgandum errorem cum multorum periculo inflamarentur, tacens non peccaret mortaliter, probatur per illud Matthei 7: "*Nolite dare sanctum canibus*". Ex quibus verbis colligitur quod absque omni utilitate bonorum et cum dampno eorum, et sine conversione et emendatione malorum, non est impiis et infidelibus catholica veritas propalanda. Et ita in hoc casu tacere licet, nec tacens consentit. Quemadmodum inter sarracenos existens fidelis, inter quos non posset proficere, non intelligeretur eorum consentire erroribus licet contra eos minime clamaret.

Discipulus: Dic quomodo secundum illam sententiam glose que in contrarium sonare videntur debent intelligi.

Magister: Dicitur quod glose ille debent intelligi de negotiis in quibus vertitur proprium commodum vel

---

117 Matthei 7] Matthew 7:6

---

99 diffinitionem] hereticalem *added* We | non] possit prohibere *added* We **100** nisi] non Fi | sua] tali quod Ly **101** fidelium[1]] fidem Fi An absque…fidelium[2]] omitted Bb | absque…utilitate] *omitted* Ly **103** requiritur] re[r] An **105** sui] *omitted* We **109** consentiat] consentiatur An **110** non] possit *added* We **111** ne] *omitted* An **113** Secundum] Secundo Bb Fi An | tali] vel *added* We **115** exterminationem] exterminium We exteriorem Ly | fidelium] persecutionem *added* Ly **117** 7] 12 Ly **119** dampno] dampnatione Fi An **120** conversione] diversione Bb | et[2]] vel We **123** sarracenos] sarraxenos Fi | posset] possit Fi **124** consentire] assentire Bb **125** clamaret] reclamaret We **128** glose] *omitted* Ly

incommodum temporale ipsius tacentis. Ubi autem ex taciturnitate ipsius potest provenire diminutio honoris divini vel dampnum spirituale proximorum, puta aversio a fide vel scandalum infirmorum, per reclamationem autem vel contradictionem ipsius, licet non posset prohibere vel impedire seu retrahere papam a sua intentione nefaria, potest tamen catholicos consolare et confirmare in fide, et ne crederent pape heretico preservare, reclamare tenetur. Et ideo taciturnitas eius per quam et divino honori subtrahitur, et utilitas proximorum necessaria impeditur, non est absque peccato mortali, quia ista taciturnitas tam amori Dei quam proximi manifeste repugnat.

Capitulum 32

Discipulus: Quia non est verisimile quod papa requireret cardinales super aliqua assertione hereticali quam diffinire seu determinare intenderet et eosdem sustineret tacere et non cogeret respondere, ideo transeo ad consensum consilii. De quo dic an omnes consulendo consentientes quod papa quamcunque heresim sollempniter diffiniat et determinet peccent mortaliter, et an sint fautores heretice pravitatis.

Magister: Ad hoc respondetur quod omnes consulentes huiusmodi peccant mortaliter, nec possunt per quamcunque ignorantiam excusari. Quod enim peccent mortaliter videtur aperte posse probari. Nam de consulente negari non potest quin sit aperte et expresse consentiens. Consentiens autem peccanti mortaliter peccat mortaliter. Papa autem diffiniendo seu determinando assertionem que est heretica peccat

---

130 tacentis] We: ta^{tis} Bb Fi taci^{tis} An taciturnitatis Ly **131** potest] poterit We **132** fide vel] fidelis Fi **134** posset] possit Ly **135** retrahere] re- (=Anb) -trahere An | potest] Bb: posset Fi An We Ly **136** consolare] consolari Bb Ly consolidare We **137** crederent] credet Fi An preservare] p^{t} servare Bb **138** et^{1}] *omitted* An | et^{1}…honori] divinus honor Ly | subtrahitur] detrahitur We **139** necessaria] necessario Ly impeditur] impediretur Ly **140** amori] amore Fi An | quam] amori *added* We **141** proximi] fidei Ly **Capitulum 32,2** est] *omitted* Bb **4** diffinire] diffininire Ly | eosdem sustineret] eos sustinet An sustineret] substineret We **5** tacere] We: *omitted* Bb Fi An Ly respondere] et *added* Bb Fi An Ly **8** peccent] peccet Bb Fi peccat An an] alii *added* An **10** consulentes] consentientes Ly **11** nec] non Fi An | possunt] possent Ly **12** enim] non An vero Ly **13** posse] *omitted* We **14** aperte] et manifeste *added* An | consentiens] *omitted* Bb Fi **15** peccanti mortaliter] *omitted* Fi An Ly | mortaliter^{2}] *omitted* Ly **16** seu] *omitted* Bb

mortaliter. Ergo consulens quod eam determinet mortaliter peccat.

Discipulus: Quamvis michi videatur probabile quod consentientes consulendo diffinitioni hereticali pape, si non possint per ignorantiam excusari, peccant mortaliter, videtur tamen quod ignorans assertionem pape esse hereticam per ignorantiam valeat excusari saltem a peccato mortali. Nam si consulens pape quod assertionem hereticalem diffiniat peccat mortaliter, peccatum suum est consimile peccato pape. Peccatum autem pape est peccatum heresis. Ergo peccatum consulentis est peccatum heresis. Sed hoc non videtur, quia ignorans non eo ipso est hereticus quod ignorans. Ergo cum iste sit tantum ignorans non videtur quod sit hereticus reputandus.

Magister: Ad hoc respondetur quod iste consulens ultra ignorantiam addit pertinaciam: velle scilicet pertinaciter adherere assertioni hereticali. Et ideo sicut papa diffiniens est pertinax et ideo peccat mortaliter, ita consiliarius eius participans secum in crimine est pertinax, et ideo nullo modo potest per ignorantiam excusari a peccato mortali.

Discipulus: Si non credit se in aliquo obviare catholice veritati, quare non potest per ignorantiam excusari? Quemadmodum ille qui opinatur assertionem hereticalem excusatur quia non credit se in aliquo obviare catholice veritati.

Magister: Ideo iste non excusatur per quamcunque ignorantiam, quia ad actum tam sollempnem sicut debet esse papalis diffinitio nullus debet procedere, nec aliquis consulere debet ut fiat, nisi sit certus certitudine sufficienti quod talis diffinitio est consona veritati. Opinari tamen potest quis absque tali certitudine, et ideo unus peccat mortaliter et alius minime.

Discipulus: Nunquid talis consiliarius pape heretici est fautor heretice pravitatis?

Capitulum 32,32 velle…33 hereticali] **Bb** records this as a textually distinct explanatory phrase **37** Discipulus…48 minime] Probably composed prior to the specifications of Book 2 and 4.

---

17 eam] ipsam An eandem We **19** videatur] videtur Ly **21** excusari] excusare Bb Fi | peccant] peccent Bb Ly **22** hereticam] hereticalem We **23** excusari] excusare Fi An **24** consulens] consultō Bb **28** non… ignorans[2]] *omitted* Fi | eo] ex Ly **29** tantum] talis Ly **31** Ad… respondetur] Adhuc requiritur Ly **32** addit] addat Ly **35** secum] sic Fi An Ly **36** a] de Ly **43** quia…actum] ad causam Ly **44** diffinitio] quia *added* Ly **47** alius…48 minime] non alius We

Magister: Respondetur quod talis consiliarius est aperte fautor heretice pravitatis, quod probatur sic. Sicut consiliarius magis expresse consentit quam ille qui tacet licet prohibere possit illud quod fit, ita consiliarius magis expresse favet quam ille qui solummodo tacet, quamvis prohibere possit illud quod fit. Sed qui tacet cum prohibere potest censetur fautor. Ergo multo magis consiliarius censendus est fautor. Quare consiliarius pape in diffinitioni hereticali fautor pravitatis heretice est censendus. Hic sunt duo probanda. Quorum primum est quod magis favet consiliarius quam qui tacet quamvis prohibere possit. Secundum est quod qui tacet cum prohibere potest, favet.

Primum probatur quia magis favet committens quam omittens, cum favere malo magis videatur peccatum commissionis quam omissionis. Sed qui tacet quamvis prohibere possit magis videtur habere peccatum omissionis. Consulens autem peccatum commissionis committit. Ergo magis directe et magis proprie favet consiliarius pape heretici tali diffinitioni quam tacens.

Secundum, scilicet quod qui tacet cum prohibere potest, favet, et ideo tacens qui potest prohibere reclamando vel contradicendo tali diffinitioni est fautor pravitatis heretice, multipliciter videtur posse probari.

Primo quidem per illud Anastasii et Damasi pape, quod allegatum est supra c. 30, cum dicitur: "*qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nichil aliud est quam favere impietati eorum*". Et eandem sententiam fere sub eisdem verbis ponit Innocentius papa, ut legitur dis. 83 c. *Error*, et Iohannes 8us ut legitur dis. 86 c. *Facientis*, et

---

75 supra] 1 Dial. 7.30.xx | dicitur] C. 23 q. 3 c. 8 col. 1715 **78** dis…79 Error] D. 83 c. 3 col. 533 **79** dis…Facientis] D. 86 c. 3 col. 541

---

51 Respondetur] Tenetur Ly **52** Sicut] *omitted* Ly **54** ita…56 fit] We Vc: *omitted* Bb Fi An Ly Fr **57** censendus] *or* tenendus Bb **58** diffinitioni] diffinitione Ly | diffinitioni hereticali] diffinitionem hereticam An **59** censendus] tenendus Bb **60** quam] ille *added* An Ly **64** malo] *omitted* Ly **65** quam omissionis] *omitted* Bb **69** tali diffinitioni] in diffiniendo assertionem hereticalem We **70** qui tacet] *garbled* We **72** tali diffinitioni] diffinitioni hereticali pape We Vc **74** illud] *omitted* Ly | Anastasii] Anastasium Ly | et…pape] ad Damasum papam Ww **75** est] *omitted* Bb | dicitur] dicit We | et] *omitted* We **76** est] *omitted* Ly **77** eorum] videtur *added* Ly **78** ut…80 papa] *omitted* Fi An | 83] S3 Bb **79** Facientis] We: faventis Bb Fi faciem Ly

Eleutherius papa ut habetur 2 q. 7 c. *Negligere*. Ex quibus verbis colligitur evidenter quod qui potest obviare diffinitioni hereticali pape et non obviat, favet heretice pravitati.

Discipulus: Verba predicta "*qui potest obviare*" etc. debent intelligi de prelatis. Unde dicit glosa 2 q. 7 c. *Negligere* quod illud capitulum quod continet eandem sententiam cum verbis predictis debet intelligi de prelatis, "*ut 23 q. 4 Duo ista nomina... et q. ultima Preterea*". Et ideo qui esset prelatus pape et non resisteret diffinitioni hereticali eius, si posset, faveret impietati eius. Cardinales autem requisiti super diffinitione hereticali quam papa intenderet facere, sive taceant cum possint resistere sive non taceant, non sunt prelati pape. Quare predicta de ipsis non debent intelligi.

Magister: Quod verba predicta intelligi debeant de tacentibus sive negligentibus obviare diffinitioni hereticali pape glosa ubi prius aperte insinuare videtur.

Tum quia dicit "*vel intellige*", scilicet c. illud *Negligere cum possis perturbare*, "*de atrocibus ut tunc quilibet teneatur*", scilicet perturbare perversos. Sed diffinire hereticam pravitatem est inter atrocissimas perversitates merito computandum. Ergo tali diffinitioni quilibet qui potest obviare tenetur. Et si non facit, favet.

Tum quia glosa ibidem subdit: "*vel dic quod quilibet tenetur prohibere proximum a peccato committendo 22 q. 5 Hoc videtur. Secus in commisso*". Si ergo papa intendit aliquid contra fidem catholicam diffinire, quilibet qui potest

---

80 2…Negligere] C. 2 q. 7 c. 55 col. 939 **84** glosa] C. 2 q. 7 c. 55 col. 939 s.v. deturbare **87** 23…nomina] C. 23 q. 4 c. 35 col. 1745 | q[2]… Preterea] C. 23 q. 8 c. 12 col. 1809 **96** dicit] C. 2 q. 7 c. 55 col. 939 s.v. deturbare **102** ibidem subdit] *ibid.* **103** 22…104 videtur] C. 22 q. 5 c. 8 col. 1689

---

81 colligitur] legitur dis. 83 c. *Error* et Johannes 8[us] [*omitted as gap* An] ut legitur dis. 86 c. *Faventis* et Eleuterius papa ut habetur 2 q. 7 c. *Negligere*. Ex quibus verbis colligitur *added* Fi An (*a shift repairing homoioteleuton at* lines 77-79*) **83** qui] que Ly | potest] possunt Ly etc] et c. Negligere Ly **84** debent] dicuntur An | prelatis] prelato Ly dicit] *omitted* We **87** et] *omitted* An **88** diffinitioni] pape *added* An **90** diffinitione] diffinitioni Fi | intenderet] intendebat An Ly **91** taceant[1]] taceat Bb **92** Quare] verba *added* We **93** Quod] Que Fi An **95** prius] *omitted* We **96** c[1]] *omitted* Ly **97** possis] possit An atrocibus] et *added* Ly | tunc] *omitted* Ww | quilibet] quisque Ly **98** scilicet] qui *added* An **100** computandum] computandus We | tali diffinitioni] diffinitioni hereticali pape We **103** 22] 23 We **104** Si] Sic An **105** aliquid] *omitted* Ly

eum prohibere tenetur, et si non prohibet sibi favere convincitur.

Quod autem dicis de glosa que dicit quod illud capitulum *Negligere* de prelatis debet intelligi, respondetur quod glosa hoc dicit solummodo recitando. Unde dicit hec verba: "*Alii hoc capitulum intelligunt de prelatis*".

Discipulus: Nunquid istorum opinio quam hic recitat glosa potest salvari secundum predicta?

Magister: Respondetur quod verificari potest iuxta diffinitionem quam ponit glosa 23 q. 4 c. 1, ubi dicit sic: "*Aliter enim debent prelati corrigere delinquentes et alio modo socii. Prelatus corrigit increpando et verberando, ut infra eadem questione c. Forte. Socius vero admonendo et reprobando factum eius ut infra eadem questione c. Ecce. Simile infra eadem questione c. Duo et 24 q. 3 c. Tam sacerdotes*". Ex quibus verbis patet quod duplex est correctio, una que spectat ad prelatos, alia que spectat ad socios et inferiores. Et sicut est duplex correctio, ita est duplex obviatio et duplex peturbatio perversorum, quia omnis correctio quandam obviationem et perturbationem annexam habere videtur. Qui enim corrigit alium manifestum est quod obviat aliquo modo correcto. Qui etiam corrigit alium ipsum

---

110 dicit[2]] C. 2 q. 7 c. 55 col. 939 s.v. deturbare **115** glosa…1] C. 23 q.4 c. 1 (*Tolerandi sunt*) col. 1717 s.v. pro gradu **118** c Forte] C. 23 q. 4. c. 11 col. 1721 **119** c Ecce] C. 23 q. 4 c. 4 col. 1717 **120** c Duo] C. 23 q. 4 c. 35 col. 1745 | 24…121 sacerdotes] C. 24 q. 3 c. 14 col. 1881

---

106 non] *omitted* Fi An | sibi] qui Fi An **108** dicis] dicit An | quod] quia Fi **110** recitando] recipiendo Bb **111** hoc] *omitted* Ww capitulum] *omitted* Ly **115** diffinitionem] distinctionem We **116** Aliter enim] Ly: Alio modo Bb Fi An We | enim] *omitted* Ly | et] *omitted* Ww **117** et] *omitted* Ww **118** eadem] We: 2 Fi An | eadem…119 eius] *omitted* Bb | questione] .1. *added* An | c…119 questione] We: *omitted* Bb Fi An Ly | admonendo] monendo We **120** Simile] Similiter Ly | infra] 2 Ly | eadem] et Bb .2. An *omitted* Ly | questione] *omitted* We Ly | Duo] domino duo Bb Fi An domino divino We dominus deus Ly | et] .e. We | et…121 sacerdotes] *omitted* Ly *et* 34 (*sic*) q.3 c. *Cum sacerdotes* Vg | 3] 1 An | Tam] Cum Bb Fi An We **121** duplex] 2[r] An **123** correctio] correptio We **125** correctio] correptio We **126** manifestum] misitum (*garbled*) Fi | est quod] We Vc Ba: quod Bb qui Fi An Ly Fr (est qui Fr[2]) **127** obviat] et *added* Bb Ly | modo…128 modo] *omitted* Bb | correcto…etiam] We Vc Ba: *omitted* Fi An (=*has* a *cancelled* "co" *in* "correcto") **Ly** Fr (ei que Fr[2]) | corrigit] corrigitur Fi An Ly | alium…128 modo] dō quod Fi An *omitted* Ly

aliquo modo perturbat, quia vel correctus corrigitur a peccato et perturbatur de peccato commisso vel voluntate committendi, vel se non corrigit et tunc perturbatur de reprehensione corrigentis seu corripientis.

Si igitur illa opinio quam recitat glosa intelligat capitulum de obviatione et perturbatione perversorum que spectat ad prelatos, sic potest verificari, non de alia. Requisiti autem a papa volente aliquid contra fidem catholicam diffinire seu determinare non debent obviare tanquam prelati nisi possent aperte probare quod papa in sua intentione perversa esset pertinax, sed debent obviare tanquam veri et sinceri fidei zelatores, papam scilicet consiliis, persuasionibus, et reprobationibus heresis quam intendit a peccato quod proponit convertendo, id est a diffinitione heretica retrahendo, etiam si oportet cum perturbatione et indignatione pape.

Discipulus: Secundum ista si papa publice requireret cardinales vel alios super assertione hereticali quam diffinire sollempniter seu determinare intenderet, ipsi publice deberent papam reprehendere et corripere de intentione sua perversa. Quod tamen auctoritati Innocentii 3[ii], que ponitur Extra *De hereticis* c. *Cum ex iniuncto* repugnare videtur. Ait enim: "*nec quisquam sue presumptionis audaciam illo defendat exemplo quod asina legitur reprehendisse prophetam, vel quod Dominus ait: 'quis ex vobis arguet me de peccato?' cum aliud sit fratrem in se peccantem occulte corripere, quod quisque tenetur efficere secundum regulam evangelicam (in quo casu sane potest intelligi, quod Balaam fuit correptus ab*

---

133 capitulum] i.e. 2 q, 7 c. *Negligere* **150** nec quisquam] X. 5. 7. 12 col. 1669 (*misprint for* 1679) **151** legitur] Numbers 22:28-30 **152** ait] John 8:46

---

128 perturbat quia] perturbatur qui Ly | vel] correptus sive *added* We corrigitur] cessat We de eo quod sive correctus errat *added* Bb de eo quod errat *added* Fi de eo *added* An Ly | a peccato] quod errat *added* An quo errat *added* Ly **130** vel se] We Vc: si Bb Fi An Ly Fr | corrigit et] We: corrigitur Bb Fi An Ly **132** quam] q[r] An **135** a] *omitted* We **137** possent] possint We **139** scilicet] suis An We **140** et] *omitted* An reprobationibus] probationibus Bb | heresis] heresim Fi An | intendit] *omitted* Bb **141** convertendo] Ly: convertere Bb Fi An We | id est] et An Ly **142** heretica] hereticali We **144** publice] deberent *added* Bb (*premature copying of later text* cf. *infra* line 145*: *nice example of an aborted homoioteleuton*) **145** diffinire] diffinit Ly **146** intenderet] intendit Ly **147** papam] We: *omitted* Bb Fi An Ly **148** auctoritati] auctoritate Fi Ly | 3ii] 2[i] An **149** ex] *omitted* We | Ait] Ut An **152** peccato] facto (?) Fi

asina), et aliud est patrem suum delinquentem reprehendere manifeste, quod utique nulli licet secundum evangelicam veritatem: 'nam qui etiam dicit fratri, fatue, reus erit gehenne ignis'". Ex quibus verbis colligitur quod nulli subdito licet manifeste et publice corripere vel reprehendere superiorem suum prelatum, licet in occulto licite possit eundem corripere. Quare cardinales et alii publice requisiti a papa volente assertionem hereticalem sollempniter diffinire non debent ei publice contraire nec corripere manifeste.

Hiis etiam glosa super verbo 'quod quisque tenetur' concordare videtur, cum dicit: "*ad correctionem quilibet tenetur sicut hic dicit, et hoc intellige de occulta correctione sive reprehensione, arg. 23 q. 5 Non putes, ut hic dicit. Sed manifeste corripere pertinet ad prelatos vel ad illos qui habent aliquam potestatem in aliquos 23 q. 4 Duo ista et cap. Forte. Pater enim filium potest corripere et prelatus subditum et occulte et manifeste. Unde Apostolus 'argue, obsecra, increpa' ut 45 dis. c. 1 et 8 q. 1 Quid autem. Sed filius non potest publice reprehendere seu corripere patrem, nec subditus prelatum, ut hic sequitur in littera, et 21 dis. Nolite. Erubescit enim lex filios castigaturos parentes, in Auten. De nuptiis § sed quod sancitum est, coll. 4, versus finem per unam column. Hec est canonica correctio secundum evangelicam veritatem, ut occulta ad omnes, manifesta ad prelatos, vel alios aliquam potestatem habentes pertineat*".

---

157 secundum…158 veritatem] Mathew 5:22 **165** glosa] X. 5. 7. 12 col.1669 (*misprint for* 1679) s.v. quod quisque tenetur **168** 23…putes] C. 23 q. 5 c. 36 col. 1783 **170** 23…ista] C. 23 q. 4 c. 35 col. 1745 cap…171 Forte] C. 23 q. 4. c. 11 col. 1721 **172** Apostolus] 2 Timothy 4:2 **173** 45…1[1]] D. 45 c. 1 (*Quid autem*) col. 285 | 8…autem] C. 8 q. 1 c. 23 col. 1133 **175** 21…Nolite] D. 21 c. 5 col. 125

---

156 aliud] alio Bb Fi An | patrem] fratrem Bb Fi An We | patrem suum] *omitted* Ly | reprehendere] corripere Ww **158** fratri] suo *added* Ww erit] est Ly **159** verbis] *omitted* Bb Fi An **160** corripere] corrigere Fi **161** suum] et *added* We | eundem] eum Ly erudire An **162** Quare…163 sollempniter] vel reprehendere Bb | et] vel We **163** debent] debet An ei] Ly Vg: sibi Bb Fi An We **164** nec] enim *added* Bb eum *added* We **165** quod…tenetur] quicunque Bb Fi An Ly quisque We **166** ad] hanc *added* Bb Fi An Ly *garbled* We | correctionem] correptionem We **167** sicut hic] secundum quod Ww **168** ut…dicit] *omitted* Ww **169** corripere] corri Bb | illos] eos Ww **170** 4] 2 Ly *omitted* Fi An **173** increpa] michi crepa Bb | ut] et Ww | 1[1]…8] 18 Ly | Quid] Qui Ly **175** hic] hoc Bb **177** §] *omitted* Fi An Ly | sed…4] si vero expectet Ww | per…178 column] et Ww **179** ut] ait Ly | ad[2]] a Bb **180** vel] ad *added* Ww

Ex quibus videtur quod papa a nullo debet manifeste et publice corripi seu reprehendi.

Magister: Ad ista respondetur dupliciter. Uno modo quod Innocentius et glosa loquuntur de reprehensione seu correctione coactiva vel punitiva. Ista enim solummodo pertinet ad prelatos vel ad alios potestatem habentes. Non autem loquuntur de quacunque manifesta et publica correctione seu reprehensione. Constat enim quod qui aliquem in iudicio accusat de crimine, vel etiam in iudicio de crimine denunciat, ipsum aliquo modo manifeste et publice reprehendit, sibi crimen publice imponendo et de eo iustitiam fieri postulando. Et ita reprehendit eum et corripit. Manifestum autem est quod accusatio et denunciatio in iudicio ad alios spectat quam ad prelatos eorum qui corripiuntur et reprehendentur, et ita aliqua correctio et reprehensio manifesta et publica spectat ad alios quam ad prelatos. Sed correctio et reprehensio coactiva pertinet solummodo ad prelatos vel ad alios in alios potestatem habentes. Et ideo quamvis cardinales vel alii requisiti a papa super aliqua assertione heretica diffinienda, antequam constiterit quod papa in suo proposito est pertinax, ipsum non debeant reprehendere seu corripere coactive vel aliqualiter puniendo, debent tamen de necessitate salutis assertionem suam hereticam reprobare, et ipsi efficaciter suadere ne aliquo modo talem assertionem hereticam diffinire presumat.

Aliter respondetur, quod predicte responsioni non obviat, quod Innocentius et glosa loquuntur in aliis criminibus quam in crimine heretice pravitatis, quia subditi prelatum suum, nisi eum voluerint in iudicio accusare vel rite denuntiare, de alio crimine quam de crimine heresis reprehendere seu corripere manifeste non debent, quamvis possunt eum reprehendere in occulto. De crimine autem

---

186 ad[2]] *omitted* Ly **188** qui] quem Bb **190** modo] ipsum *added* Ly **192** corripit] corrigit Bb **193** quod] annunciatio *added* Ly **196** manifesta…197 reprehensio] manifesta et publica spectat ad alios quam ad prelatos. Sed correctio et reprehensio *added dittography* Fi manifesta et publica spectat ad alios quam ad prelatos. Sed correctio et reprehensio manifesta et publica spectat ad alios quam ad prelatos. Sed correctio et reprehensio *added double dittography* An | spectat] pectat Bb **197** reprehensio] **202** debeant] debent We | aliqualiter] ipsum *added* We **203** debent] deberent Bb **204** hereticam] hereticalem An Ly **206** quod] et We **207** quod] quia Ly **209** nisi] ubi Ly | voluerint] voluerunt Fi An Ly **211** seu…212 reprehendere] *omitted* Bb corripere] corrigere Ly **212** possunt] possint Fi We | reprehendere] et corripere *added* We

heresis possunt et debent prelatum suum reprehendere et corripere manifeste etiam extra iudicium, si crimen eius publicum et manifestum extiterit. Quod patet per exemplum de beato Paulo, qui beatum Petrum publice reprehendit (supra libro 5, c. 2 probatum existit). Quod etiam expresse Clemens, ut legitur 2 q. 7 c. *Sacerdotes*, asserere videtur aperte cum dicit: "*Sacerdotes et reliqui ministri ecclesie omnesque plebes episcopos suos diligere debent, et eorum preceptis obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, nisi in fide erraverint*". Cui Eusebius papa eisdem causa et questione c. *Oves*, concordare videtur cum dicit: "*Oves que suo pastori commisse sunt, eum nec reprehendere (nisi a recta fide exorbitaverit) debent nec ullatenus accusare possunt*". Ex quibus verbis colligitur manifeste quod si papa a fide erraverit, licet cardinalibus et aliis ipsum corripere et reprehendere manifeste. Et ita verba Innocentii et glose superius allegata non debent intelligi cum prelati crimine pravitatis heretice sunt infecti.

Discipulus: Prosecuti sumus unam probationem qua ostenditur quod tacens qui potest prohibere diffinitionem hereticalem pape est fautor heretice pravitatis. Ideo alias allegationes, si tibi occurrunt, adducas.

Magister: Hoc etiam probatur sic. Non minus peccat nec minus est fautor pravitatis heretice ille qui tacet cum potest prohibere diffinitionem hereticalem pape, quam ille est fautor iniectionis manuum violente in clericum qui talem violentiam prohibere potest et non facit. Sed qui potest prohibere violentiam talem et non prohibet est fautor iniectionis eiusdem, et eandem penam incurrit cum illo. Ergo qui tacet cum potest prohibere contradicendo, reclamando,

---

216 supra…217 existit] probable later marginal gloss drawn into final text. **218** 2…Sacerdotes] C. 2 q. 7 c. 8 col. 905 **222** c Oves] C. 2 q. 7 c. 13 col. 907

---

213 possunt] possint Bb **215** publicum] publicam Fi | patet] *omitted* Fi An We **216** publice] in publico Ly | supra] sicut An Ly **217** existit] extitit Ly **218** ut] vel An **219** reliqui] alii Ly **221** agant] quam debeant *added* Bb Fi An Ly **222** papa] ut *added* We | Oves] habetur *added* Bb Fi An We **223** videtur] *omitted* Ly **224** recta] *omitted* Ww **225** debent] *omitted* Ww **227** corripere] corrigere et arguere Ly **229** crimine] crimen Fi **231** qua] que We **232** ostenditur] patet Ly tacens] tangens Bb | qui] quando Ly **233** Ideo] Nunc Ly **235** Hoc…sic] *omitted* Ly **237** ille] tantum *or* cum Bb **238** violente] vo^{te} An violende We | in clericum] *omitted* Ly **241** eiusdem] eius Fi An *omitted* Ly **242** reclamando…243 reprobando] vel reprehendendo Bb

vel reprobando diffinitionem hereticalem pape est fautor heretice pravitatis, quia est fautor hereticalis diffinitionis seu determinationis pape.

Maior, licet evidens videatur, tamen probatur sic. Non minus tenentur requisiti a papa super diffinitioni hereticali facienda defendere catholicam veritatem quam quicunque teneantur clericos defendere. Imo multo ferventius et efficacius ac animosius defendenda est veritas orthodoxa quam quicunque clericus vel prelatus. Ergo non minus peccat ille qui tacendo non defendit fidem quam ille qui clericum non defendit.

Minor probatur auctoritate Innocentii 3ii qui, ut habetur Extra *De sententia excommuniationis* c. *Quante*, ait: "*Ne autem solos violentie huiusmodi auctores aliquorum presumptio existimet puniendos, facientes et consentientes pari pena plectendos catholica condempnat auctoritas eos delinquentibus favere interpretans, qui, cum possint, manifesto facinore desinunt obviare*".

Discipulus: Glosa ibidem dicit quod hoc debet intelligi de prelatis.

Magister: Alii dicunt, sicut glosa recitat ibi, quod de omnibus debet intelligi. Sed quicquid sit de hoc, argumentum stare videtur. Nam nullus prelatus magis obligatur defendere clericum, presertim sibi non subditum, quam quilibet christianus teneatur defendere fidem suam cum potest. Si ergo prelatus qui clericum non defendit interpretatur fautor violentie talis, multo magis qui non defendit fidem cum potest contra diffinitionem hereticalem pape interpretandus est fautor diffinitionis huiusmodi.

---

255 Extra…Quante] X. 5. 39. 47 col. 1918 **261** Glosa…dicit] X. 5. 39. 47 col. 1919 s.v. interpretans **263** glosa…ibi] *ibid.*

---

244 diffinitionis] diffinitioni Fi **245** determinationis] declarationis Ly **247** a papa] *omitted* Ly | super] aliqua *added* We | diffinitioni] diffinitione Fi An **249** ferventius] fortius Ly **250** ac] aut An Ly **251** peccat] We Vc Ba Fr: peccant Bb Fi An Ly **252** ille[1]] illi An Ly defendit] defendunt An Ly **255** Ne] Non Ww **256** huiusmodi] *omitted* We **257** existimet] extimet Bb Ly estimet We | puniendos] sed *added* Bb Fi An We et Ly | facientes] faventes Ly **259** possint] possit An **260** facinore] facinori Fi An **261** ibidem dicit] intendit Ly | intelligi] inte Fi **263** sicut] sic. Ly **264** omnibus] pluribus Fi An **265** nullus] vi_9 un_9 Fi **266** non] *omitted* Ly **267** teneatur] tenetur Ly | cum] qui An **269** fidem] suam *added* An Ly

Discipulus: Si omnes rationes que in scripturis possunt fundari auctenticis induceres ad probandum quod talis tacens est fautor talis diffinitionis, et prolixe tractares, opus nimis prolixum efficeres. Ideo absque formatione rationum aliquas auctoritates ex quibus sumi valeant argumenta ad conclusionem prefatam allega.

Magister: Ad hoc valere videtur auctoritas Iohannis 8[i] qui, ut habetur dis. 86 c. *Facientis*, ait: "*Facientis culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere negligit emendare*".

Item, dis. 83 § 1 sic legitur: "*mortem enim languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit*".

Item, Innocentius, ut allegatum est supra, dis. 83 c. *Error*, ait: "*Error cui non resistitur, approbatur, et veritas cum minime defensatur, opprimitur*".

Item, Ambrosius, ut habetur dis. 86 c. *Pasce*, ait: "*Quisquis enim pascendo hominem servare poteras, si non pavisti, occidisti*".

Item, Leo papa, ut habetur Extra *De hereticis* c. 2, ait: "*Qui alios, cum potest, ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat*".

Item, Iohannes 8[us], ut habetur 23 q. 8 c. *Preterea*, ait: "*Qui crimina cum potest emendare non corrigit, ipse committit*".

---

272 Discipulus] PP*. But much of 1 Dial. 7.32 may have been generally retouched as well. Cf. line 276* *infra*, which seems to continue line 269* *supra.* **279** dis…Facientis[1]] D. 86 c. 3 col. 541 **282** dis…1] D. 83 *Dictum Gratiani ante* c. 1 col. 531 **284** supra] 1 Dial. 7.30.xxx | dis… 285 Error[1]] D. 83 c. 3 col. 533 **287** dis…Pasce] D. 86 c. 21 col. 549 **290** Extra…2] X. 5. 7. 3 (*Qui alios*) col. 1669 **293** 23…Preterea] C. 23 q. 8 c. 12 col. 1809

---

272 scripturis] scriptura An **273** auctenticis] auctoritates An induceres] *omitted* We | talis tacens] tacens cum potest prohibere reclamando, contradicendo, reprobando vel quovis alio modo papam ne hereticam diffiniat seu determinet pravitatem impediendo We Vc Ba huiusmodi tacens Fr **274** talis diffinitionis] heretice pravitatis in debitam formam reduceres We Vc Ba **277** allega] allegata We coneris allegare Ly **278** Iohannis 8i] Hieronymi Ly | 8i] S[i] Bb **279** 86] Ly: 83 Bb Fi An We **280** quod] cum Ly | corrigere] corrigit Fi **281** emendare] obviare Bb Fi An **282** § 1] *omitted* Ly | enim] *omitted* Ww **283** excludit] excalidi[t] We **285** Error[2]] *omitted* Bb **286** defensatur] defenditur Ly **288** enim] *omitted* Ww | poteras] poteris Ww **289** pavisti] paveris Ly occidisti] odisti We **290** 2] 3 Ly **293** Iohannes 8us] *gap* An | 8us] S[9] Bb | 23] 22 Ly **294** Qui] Cum Ly | cum] que Ww

Item, Alexander 3[us], ut habetur Extra *De homicidio voluntario vel casuali* c. *Sicut dignum*, ait: "*Qui potuit hominem liberare a morte et non liberavit, eum occidit*".

Ex quibus aliisque auctoritatibus quam plurimis consimilibus argumenta sumuntur ad probandum quod quicunque reclamando, contradicendo, reprobando assertionem hereticalem pape, vel quocunque alio modo, eum possunt retrahere ne diffiniat hereticam pravitatem, si tacent sunt fautores heretice pravitatis.

Discipulus: Quamvis una ratione apparenti nisus sis probare quod consentiens pape consulendo quod hereticam diffiniat pravitatem est fautor pravitatis eiusdem, adhuc tamen eandem conclusionem auctoritatibus, vel si malueris rationibus, nitaris ostendere. Et quia idem michi videtur iudicium de consulente non tacite sed expresse et de cooperante diffinitioni hereticali pape quantum ad hoc quod si unus est fautor heretice pravitatis et alius, ideo cum uterque expresse consentiat, sufficit michi quod probes consentientem tali diffinitioni hereticali esse fautorem diffinitionis eiusdem, et hoc vel rationibus vel auctoritatibus, ut tibi placuerit.

Magister: Sunt nonnulli dicentes quod quia raro et pauci hactenus extiterunt summi pontifices qui diffinitiones seu determinationes hereticales sollempniter ediderint, pauce vel nulle auctoritates poterunt reperiri que de huiusmodi diffinitionibus pape hereticalibus et consentientibus eis loquuntur expresse. Multe tamen inveniuntur que, quamvis de eis non nominatim, tamen in genere faciunt mentionem. Et ideo videtur eis quod in hac materia magis rationibus demonstrativis patrum auctoritatibus communitis quam nudis auctoritatibus oportet conclusionem propositam comprobare.

---

296 Extra…297 dignum] X. 5. 12. 6 col. 1699 **316** raro] Similar notions developed in *******. The context of 1 Dial. 7.32 is possibly the earliest scripted, going back to the original "tractatulus" (1 Dial. 7.73.xxx)

---

297 voluntario…casuali] *omitted* Ww | dignum] *omitted* We **298** eum] ipsum We **299** plurimis] pluribus Fi An **301** quicunque] ubicunque Fi ubicunque *added* An **302** alio] aliquo Ly **303** retrahere] nec *added* Fi **306** hereticam] de *added* Fi **309** nitaris] nitare An | michi] *omitted* Ly **310** de[2]] *omitted* Ly **312** ideo] *omitted* Ly **314** tali] *omitted* We hereticali] pape *added* We **317** pauci] extitimant *added* Bb existimant *added* Ly | extiterunt] *omitted* Ly | summi pontifices] summum pontificem An Ly **318** ediderint] ediderit Fi An Ly **319** de] ad Bb **321** loquuntur] loquantur We Ly | Multe] Multi Bb Fi An | que] qui Bb An **322** non] loquantur *added* Ly **324** demonstrativis] ex *added* Ly | communitis] deductis Ly **325** oportet] oporteat Ly

Discipulus: Placet quod rationes adducas, sed an sint demonstrative vel sophistice post hoc opus tecum inquiram.

Magister: Una ratione ad probandum quod omnes consentientes sive consulendo sive cooperando diffinitioni hereticali pape sunt fautores heretice pravitatis sis contentus ad presens. Est autem hec ratio: qui communicat alicui in crimine pravitatis heretice est fautor pravitatis eiusdem, quia communicans alicui in crimine favorem eidem quantum ad idem crimen impendit. Sed consentiens diffinitioni hereticali pape sive consulendo sive cooperando communicat eidem in crimine diffinitionis hereticalis. Ergo est fautor pravitatis eius.

Maior videtur manifesta, cum eadem pena plectantur criminosus et communicans ei in crimine (Extra *De sententia excommunicationis* c. *Nuper* et c. *Si concubine*).

Minor aperte probatur auctoritate beati Augustini qui, ut habetur 23 q. 4 c. *A malis*, ait: "*Duobus modis non te maculat malus: si ei non consentias, et si redarguas. Hoc est non communicare, non consentire: communicatur quippe, quando facto eius consortium voluntatis vel approbationis adiungitur... Neque ergo consentientes sitis malis ut approbetis, neque negligentes ut non arguatis*". Ex quibus verbis clare colligitur quod consentientes criminoso facto alicuius approbando vel volendo, et per consequens consulendo vel cooperando, communicat eidem. Et ita consentiens diffinitioni hereticali pape communicat eidem in crimine heretice pravitatis. Et hanc etiam minorem aperte insinuat beatus Augustinus in epistola contra Donatistas, et ponitur causa et questione predictis c. *Si quis a catholica*, qui ait: "*communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum*". Ex quibus verbis patet quod qui consentit factis malorum in crimine communicat eis.

---

326 Discipulus] PP*. Cf. 1 Dial. 1. 3 **341** 23…malis] C. 23 q. 4 c. 8 col. 1719 **353** c…catholica] C. 23 q. 4 c. 7 col. 1719

---

327 tecum] totum An Ly **329** sive consulendo] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An Ly Fr | cooperando] cooperantes Ly | diffinitioni] hereticali *added* Bb An Fi **330** pape] *omitted* Ly **332** pravitatis[1]…333 crimine] *omitted* Fi **335** sive[1]] sine An **336** eius] eiusdem Fi We **337** plectantur] plectatur Fi An Ly **339** Si concubine] Super Ly **342** si[2]] *omitted* Ly non[2]] *omitted* Ly **346** approbetis] approbatis Bb **351** Et] *omitted* We hanc] hunc Fi An We | etiam] et Bb Fi An **352** insinuat] insinuans Bb | beatus] *omitted* We | in epistola] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An Ly Fr **353** a[1]] *omitted* Ly **354** communio] oīo Bb Fi An **355** sacramentorum] sacrarum Fi An sacrorum Ly

Capitulum 33

Discipulus: Post predicta, dic qua pena consentientes diffinitioni hereticali pape sunt plectendi, et an heretici debeant iudicari.

Magister: Dicitur quod pena hereticorum sunt plectendi. Nam consentientes et facientes pari pena sunt plectendi. Sed papa determinans et diffiniens sollempniter assertionem hereticalem est hereticus et pena hereticorum plectendus. Ergo consentientes diffinitioni sue hereticali pena hereticorum sunt plectendi.

Maior sanctorum patrum auctoritatibus evidenter asseritur. Ait enim Lucius papa, ut habetur 17 q. 4 c. *Omnes*: "*non solum qui faciunt rei iudicantur sed etiam qui consentiunt facientibus. Par enim pena et agentes et consentientes comprehendit*".

Item, Nicholaus papa, ut legitur 2 q. 1 c. *Notum*, ait: "*facientem et consentientem par pena constringit*".

Item, Alexander 3us , ut legitur Extra *De officio et potestate iudicis delegati* c. *Quia quesitum*, ait: "*agentes et consentientes pari pena scripture testimonio puniuntur*".

Hoc etiam Gregorius (dis. 86 c. *Tanta*) insinuat manifeste, ubi glosa super verbo 'excommunicatos' ait: "*Argumentum quod quandoque magis puniuntur consiliarii quam facientes*".

Hoc etiam ex capitulo Gelasii pape quod ponitur dis. 96 c. *Duo* aperte elicitur, cum ait: "*Innocentius papa Arcadium imperatorem quia consensit ut sanctus Iohannes Chrysostomus a sua sede pelleretur excommunicavit*". Ubi dicit glosa super verbo 'consensit': "*argumentum consentientem maiori pena adstringi quam facientem*". Cui

---

Capitulum 33,12 17…Omnes] C. 17 q. 4 c. 5 col. 1565 **16** 2…Notum] C. 2 q. 1 c. 10 col. 819 **18** Extra…19 quesitum] X. 1. 29. 1 col. 327 **22** glosa] D. 86 c. 24 col. 551 s.v. excommunicatos **25** dis…26 Duo] D. 96 c. 10 col. 621 **29** glosa] *ibid.*, s.v. consensit

---

Capitulum 33,8 pena] regula Fi An **11** evidenter] *omitted* Ly **14** et[1]] *omitted* Ww | agentes] facientes Ly **16** ait] *omitted* Ly **17** facientem…consentientem] Ly: facientes et consentientem Bb facientes et consentientes Fi An We | par] pari We **18** et…19 iudicis] *omitted* Ww **19** delegati] d'i Bb | Quia quesitum] 1 Ww **20** testimonio] testimoniis Ly **21** 86] 96 Fi 89 Ly **23** Argumentum] .n. An nota Ly **25** ex] We: extra Bb Fi An dicto Ly | 96] 86 Ww **27** consensit] consonsit An | ut] quod Ww **29** argumentum] ar Bb Fi An We ait Ly **30** adstringi] astringi Ww

concordat glosa 24 q. 3 c. *Qui aliorum,* dicens*: "nota quod plus punitur consulens quam faciens*". Et glosa 23 q. 5 c. *Cum homo,* super verbo 'potius' ait: "*magis punitur consulens quam faciens*". Ex quibus aliisque pluribus probatur quod consentientes et facientes pari pena sunt plectendi.

Quod ex verbis beati Pauli Roman. 1 accipitur, ut videtur, cum ait: "*qui talia agunt digni sunt morte"* et "*non solum"* qui *"ea faciunt sed"* etiam qui "*consentiunt facientibus*". Ubi dicit glosa: "*consentire est tacere cum possis arguere vel errorem adulando fovere*". Si autem adulando fovere est consentire, multo magis consulere et cooperari est consentire. Et per consequens consulentes et cooperantes diffinitioni hereticali pape pari pena sunt plectendi. Et ita pena hereticorum feriri debent.

Discipulus: Ista maior 'consentientes et facientes pari pena sunt plectendi' non videtur vera de consentientibus tantummodo consulendo. Quod Alexander 3us, ut legitur Extra *De homicidio voluntario vel casuali* c. *Sicut,* affirmare videtur cum dicit: "*qui vero se asserunt animum regis inflammasse ad odium, unde homicidium fuit secutum, dure et aspere sed non ita severe sunt puniendi*" sicut (supple) qui occidunt. Ex quibus verbis videtur quod inflammans et per consequens consentiens consulendo non ita punitur sicut faciens.

Quod glosa Extra *De officio et potestate iudicis delegati* asserit manifeste, dicens: "*In secundo casu, scilicet consilii, minus punitur*" quam (supple) faciens "*plus tamen quam negligens*". Glose ergo que dicunt quod consulens plus

---

31 glosa] C. 24 q. 3 c. 32 col. 1888 s.v. damnabilior **32** glosa] C. 23 q. 5 c. 19 col. 1777 s.v. potius **37** Roman 1] Romans 1:32 **40** Ubi…glosa] Petrus Lombardus, *In epistolam ad Romanos,* cap. 1, versus 32 (PL, t. 191, col. 1336B) **49** Extra…Sicut] X. 5. 12. 6 col. 1699 **56** glosa] X. 1. 29. 1 col. 327 s.v. pari pena

---

31 concordat] concordare Fi | dicens] *omitted* Fi An **32** consulens] consilians Bb Fi An | Et…34 faciens] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An Ly Fr **34** aliisque] quam *added* An | pluribus] verbis *added* An **38** talia] ait Bb | et] *omitted* Ww **39** solum] autem *added* Bb Fi An Ly **41** possis] posset Fi An | Si…42 fovere] *omitted* Bb **42** consentire] assentire An **43** consulentes] confidentes We consentientes Ly **46** facientes] Ly Vg: agentes Bb Fi An We **48** Quod] *omitted* We legitur] habetur Fi We Ly **49** voluntario…casuali] *omitted* Ww **50** animum] āīm Bb ai^{m} Fi aīm An Ly **52** ita] *omitted* Ly **53** occidunt] occiderunt We | videtur] dicitur An **56** et…iudicis] *omitted* Ww delegati] de le. Bb **57** scilicet] *omitted* Ww

punitur quam faciens tam Alexander 3[us] quam glose ultime allegate repugnare videntur.

Magister: Respondetur quod hoc regulare est quod consulens et faciens pena consimili puniuntur, ut si unus est excommunicatus alter est excommunicatus, et si unus est suspensus similiter et alter. Quandoque tamen quantum ad aliquam circumstantiam pene consimilis, gravius punitur consulens quam faciens, et quandoque econverso. Et ideo, quantum ad conclusionem propositam, sufficienter ostenditur quod consulendo consentiens constitutioni hereticali pape pena hereticorum est plectendus.

Capitulum 34

Discipulus: Dixisti secundum opinionem predictam quod consentientes diffinitioni hereticali pape sive consulendo sive cooperando non solum pena hereticorum sunt plectendi sed etiam heretici sunt censendi. Ideo ad propositum quod sunt heretici aliqua motiva non differas allegare.

Magister: Quod omnes consentientes consulando, hortando, inducendo, suadendo, suggerendo, diffinitioni hereticali pape sunt inter hereticos computandi multis modis videtur posse probari. Primo quidem sic. Qui simili modo cum heretico est culpabilis iudicandus, crimine heresis irretitur. Hec videtur nota de se. Sed omnes consentientes diffinitioni hereticali pape sunt cum papa heretico simili modo culpabiles iudicandi. Hoc ex verbis Isidori qui recitat et approbat, ut habetur 11 q. 3 c. *Qui consentit*, colligitur evidenter, cum dicit: "*alius pater ait 'si quis alterius errori consenserit... sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum'*". Ergo omnes consentientes quod papa

Capitulum 34,16 11…consentit] C. 11 q. 3 c. 100 col. 1265

60 Alexander 3us] Alexandri tertii Bb Ly **62** hoc] *omitted* An **64** et] si unus est excommunicatus alter est excommunicatus, et *added dittography* Fi **65** suspensus…alter] suspendendus alter est suspendendus We **67** et] *omitted* Fi | econverso] ei9 Bb **69** consulendo] *omitted* Ly **Capitulum 34,3** sive…4 consulendo] *omitted* An **6** propositum] probandum We **8** Quod] *omitted* We **9** hortando] *omitted* Ly | suadendo] *omitted* Bb suggerendo] cooperando *added* We **10** sunt] *omitted* Bb | modis] *omitted* Bb **11** Primo…sic] Quod quidem sunt An Primo sic Ly **13** irretitur] est irretitus Ly **15** Hoc] Hec We | Isidori] Considori An qui] que Bb **16** approbat] probat An Ly **18** consenserit] consentit Ww

assertionem que est heretica diffiniat et determinet sunt heretici cum papa iudicandi.

Secundo sic. Qui alicui communicat in crimine simili crimine irretitur. Sed consentientes quod papa hereticam diffiniat pravitatem communicant pape in crimine heresis. Ergo crimine heresis involvuntur.

Tertio sic. Omnes credentes pertinaciter erroribus hereticorum sunt heretici reputandi. Omnes autem consentientes quod papa sollempniter hereticam diffiniat seu determinet pravitatem sunt credentes pertinaciter errori pape. Ergo sunt inter hereticos computandi.

Maior ex verbis Gregorii 9i, que ponuntur Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 2o,* patenter habentur, cum dicit, ut allegatum est supra, "*credentes autem eorum erroribus hereticos similiter iudicamus*".

Minor patet. Quod enim sint credentes claret, quia qui consentit errori iudicandus est quod illi errori adhereat. Quod etiam sint pertinaciter credentes patet ex hoc quod non solum consentiunt errori quem papa diffinit, sed etiam consentiunt pertinacie sue qua sollempniter diffinit errorem. Ergo non solum communicant pape credendo errorem sed etiam sibi communicant in pertinacia. Ergo pertinaces et per consequens heretici sunt censendi.

Quarto sic. Non minus est hereticus reputandus cuius consilio seu cooperatione crimen heretice pravitatis committitur, quam ille est dicendus homicida cuius consilio seu cooperatione homicidium perpetratur. Sed ille cuius consilio et eadem ratione cuius cooperatione homicidium perpetratur dicitur homicida. Ergo omnes consulentes et cooperantes quod papa diffiniendo assertionem que est

---

31 Extra…32 2o] X. 5. 7. 15 col. 1686 **33** supra] 1 Dial. 7.1 **35** Quod…claret] perhaps a marginal note subsequently incorporated into the main text.

---

20 determinet] detinet Bb **21** papa] heretico *added* We **23** irretitur] est irretitus Ly **24** communicant] communicat We Ly | pape] *omitted* We **25** involvuntur] involvitur Ly **27** autem] .n. (=enim) An **28** papa] ipsa Bb | seu…29 determinet] *omitted* Ly **29** determinet] hereticam *added* Bb **31** 9i] *omitted* Ly **35** patet…credentes] *omitted* Ly *garbled and cancelled* Vg | enim] sic *added* We **40** pape] *omitted* We | pape…41 communicant] *omitted* Fi **43** sic] *omitted* Ly **46** cooperatione] comparatione Ly **47** eadem…cuius] *omitted* Ly **48** dicitur homicida] debet homicida censeri We **49** diffiniendo] diffiniat Ly

heretica crimen committat heretice pravitatis sunt inter hereticos numerandi.

Maior non videtur probatione aliqualiter indigere.

Minor auctoritate Augustini, que ponitur *De penitentia* dis. 1 c. *Periculose*, videtur aperte posse probari, cum dicit: "*Periculose se decipiunt qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidunt, et non potius eos, per quorum consilium et fraudem et exhortationem homines extinguuntur. Nam iudei Dominum nequaquam propriis manibus occiderunt, sicut scriptum est 'nobis non licet interficere quemquam'. Sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi lingua eum interfecerunt, dicentes '*crucifige, crucifige eum*'*". Ex quibus verbis patet quod homicida censetur qui consilio, exhortatione, et per consequens cooperatione, hominem interficit.

Cui Celestinus 3us, ut legitur Extra *De clericis pugnantibus in duello* c. *Henricus*, concordare videtur cum dicit: "*Homicidium autem tam facto quam precepto sive consilio aut defensione non est dubium perpetrari*". Hinc glosa (Extra *De homicidio voluntario vel casuali* c. *Sicut*) ait: "*Nota quod homicidium committitur facto, consilio, precepto, et defensione, 50 dis. c. Si quis viduam*".

Quod ex scriptura divina videtur trahere fulcimentum, cum etiam secundum scripturam sacram ille dicatur occidere cuius intuitu quis occidit. Nam, ut legitur 3 Regum 21, uxor regis Achab, non ipse Achab, iussit occidi Nabot

---

53 De…54 Periculose] C. 33 q. 3 D. 1 c. 23 col. 2197 **59** scriptum est] John 18:31 **61** dicentes] John 19:6 **65** Extra…66 Henricus] X. 5. 14. 2 col. 1719 **69** glosa] X. 5. 12. 6 col. 1701 s.v. consilium **71** 50… viduam] D. 50 c. 8 col. 319 **74** 3…21] 3 Kings 21:8-10

---

50 committat] committit Bb committunt Ly | pravitatis] et per consequens *added* Ly **51** hereticos] computandi seu *added* Ly **53** ponitur] in *added* Ly **54** posse] *omitted* We **56** esse] *omitted* Ly **57** et[1]] *omitted* Ww | exhortationem] exhortationes Ww **59** occiderunt] interfecerunt Ww | sicut] *omitted* Ly | est] enim *added* Ly **60** quemquam] quemquem Fi An Ly **61** lingua] linguis Bb Fi An **63** exhortatione] exhortationis An **64** interficit] interfecit Ly **65** Extra] *omitted* Bb **66** Henricus] Hernicus Bb hereticus Ly **67** dicit] We: dicitur Bb Fi An Ly | autem] *omitted* Ww | facto] dicto Ly | precepto] facto Ly **68** defensione] defensiones Fi An **69** voluntario…casuali] *omitted* Ww | Sicut] Sic Fi An Licet Ly **70** precepto] *omitted* Ly **71** et] *omitted* Ww | 50] l' Bb .l. Ly (=*minuscule L as* "50") | viduam] non dicam Ly **72** trahere] retrahere Fi An **74** Nam] *omitted* Ly

Jezrahelitam ut vineam suam traderet regi, et tamen de mandato Dei dixit ad eum Elias propheta: "*Occidisti insuper et possedisti*". Patet ergo quod aliter quam manu potest quis committere homicidium, quia consilio et etiam precepto et cooperatione. Ergo et eadem ratione perfidia heresis consilio perpetratur.

Discipulus: Nunquid secundum istos potest aliter dici hereticus ille qui consentit diffinitioni hereticali pape quam ille dicitur homicida cuius consilio homicidium perpetratur?

Magister: Respondetur quod verius et magis proprie dicitur hereticus ille qui consentit diffinitioni hereticali pape quam ille dicitur homicida cuius consilio homicidium perpetratur. Nam ille qui solum consilio committit homicidium non habet rationem complectissimam homicidii eo quod manu nequaquam interficit. Sed illi qui consentit diffinitioni hereticali pape nichil deficit de complectissima ratione heretici, quia ad complectissimam rationem heretici sufficit quod quis pertinaciter adhereat assertioni contrarie catholice veritati. Hoc autem ratio invenitur ita in consentiente dicte diffinitioni sicut in papa diffiniente, licet istam pertinaciam unus ostendat uno modo et alius alio modo, quia unus diffiniendo et alius diffinitioni consentiendo. Et ideo ita vere et ita proprie est unus reputandus hereticus sicut alius. Non autem ita est de homicidio, quia licet quis dederit

77 dixit] 3 Kings 21:19

76 Jezrahelitam] Jezrahelita Fi Jezrihelitem We | de…77 Dei] de mandato Fi *omitted* An Ly **77** Elias] Helias Bb Helyas Fi An | insuper] *omitted* Ly **79** etiam] in An **80** consilio…81 perpetratur] potest consilio perpetrari Ly **83** ille…pape] *omitted* Ly | consentit…84 ille] *omitted* An **84** ille] qui *added* Bb Fi Ly **87** ille] qui *added* An **88** perpetratur] **Magister:** Respondetur quod verius et magis proprie dicitur hereticus ille qui consentit diffinitioni hereticali pape quam ille dicitur homicida cuius consilio homicidium perpetratur *added dittography* Fi **89** homicidii] homicide We **90** interficit] interfecit Ly | illi] ille Ly **91** pape] quam ille (qui *added* An) dicitur homicida cuius consilio homicidium perpetratur. Nam ille qui solum consilio committit homicidium non habet rationem complectissimam homicidii eo quod manu nequaquam interficit. Sed illi qui consentit diffinitioni hereticali pape *added dittography* Fi An | deficit] diffinit An **92** complectissimam] plenissimam An **94** Hoc] Hec Bb Ly **95** dicte] rationi *added* An | dicte diffinitioni] diffinitioni hereticali pape We diffiniente] diffinire Bb **96** ostendat] ostendit Ly | alius] eam *added* We | modo[2]] ostendit *added* We **97** unus] ostendit *added* We **98** vere] veraciter Bb | vere…ita[2]] *omitted* Ly

consilium de homine occidendo, non propter hoc homo vere et realiter occiditur.

Discipulus: Puto quod pro opinione predicta fortiora motiva quam sint prescripta non est facile invenire. Ideo illa ad presens sufficiant, et dic an in aliquo casu consentientes dicte diffinitioni valeant excusari.

Magister: Respondetur quod in nullo casu, neque per ignorantiam neque per timorem mortis, possunt excusari a peccato mortali. Quod non per ignorantiam patet per hoc quod actui tam sollempni sicut debet esse diffinitio summi pontificis circa illa que spectant ad fidem nullus debet consentire nisi sit certus certitudine sufficienti. De assertione autem hereticali nullus potest esse certus, sicut nec potest esse certus de falso. Ergo tali diffinitioni nullus consentire debet.

Discipulus: Quid si credit se esse certum quod talis diffinitio continet catholicam veritatem, licet in rei veritate doctrine catholice adversetur?

Magister: Respondetur quod non sufficit quod quis credat se esse certum. Sicut ad excusandum sarracenos et iudeos non sufficit quod credant leges et sectas suas esse bonas. Nec ad excusandum hereticos sufficit quod credant se esse certos quod non obviant catholice veritati. Quilibet ergo qui vult consentire diffinitioni pape debet esse certus quod est consona catholice veritati, et non sufficit quod credat se esse certum. Ignorantia enim iuris in hoc casu non excusat, licet forte attenuet.

Discipulus: Quare non potest quis consentiens diffinitioni hereticali excusari a peccato mortali per timorem mortis?

Magister: Ad hoc respondetur quod ideo minime excusatur quia pro nullo metu debet quis peccatum mortale incurrere (Extra *De hiis qui vi metusve causa fiunt* c. *Sacris* et

---

132 Extra…Sacris] X. 1. 40. 5 col. 483

---

101 et] *omitted* Ly **102** pro] *omitted* An **103** prescripta] prescriptura An | illa] alia An *omitted* Ly **105** dicte] hereticali pape We **106** Respondetur] Respondent We **108** Quod non] autem *added* Bb Fi Quantum autem An **111** consentire] assentire Ly **113** Ergo] *omitted* Ly | diffinitioni] hereticali *added* We **115** talis] hereticalis pape We **120** credant] credunt Ly **121** ad] *omitted* Bb **122** obviant] obviat Fi **123** quod] non *added* We | est…124 consona] consonet Ly **125** certum] certus Fi Quia *added* Ly **126** attenuet] atenue (*sic*) An **131** metu] motu Bb Fi An **132** Extra] *omitted* Ly | qui] que Bb | vi] veri An | metusve] metus vel Bb motus vel Fi An | et] *omitted* Ly

32 q. 5 c. *Ita ne)*. Quia, ut dicit Nicholaus papa, secundum quod legitur 31 q. 2 c. *Lotharius*: "*cum nec etiam occisores corporis sunt timendi contra iustitiam homines impellentes*", Salvatore dicente Matth. 10: "*nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*".

Discipulus: Nunquid per timorem mortis potest quis consentiens diffinitioni hereticali pape excusari a perfidia heretice pravitatis?

Magister: Respondetur quod timor mortis et forte gravium tormentorum excusaret consentientem a perfidia heresis. Sed timor perditionis honoris, rerum, et fame seu cuiuscunque rei temporalis minime excusaret quin esset inter hereticos computandus.

Discipulus: Nunquid consentientes diffinitioni hereticali pape omnibus penis quibus papa hereticus sunt plectendi?

Magister: Respondetur quod sic, quia vere et proprie sunt heretici iudicandi.

Discipulus: Nunquid cardinales consentientes tali diffinitioni sunt privati potestate eligendi summum pontificem?

Magister: Dicitur quod sic, quia sunt ipso facto quod consentiunt cardinalatus dignitate de iure privati.

Discipulus: Quid si omnes consentirent preter unum? Nunquid ille unus haberet solus potestatem eligendi summum pontificem?

Magister: Respondetur quod sic, quia ius eligendi potest in uno solo remanere, ut notat glosa Extra *De postulatione prelatorum* c. *Gratum*, et dis. 65 c. *Si forte*.

---

133 32…ne] C. 32 q. 5 c. 3 col. 2131 **134** 31…Lotharius] C. 31 q. 2 c. 4 col. 2091 **136** Matth 10] Matthew 10:28 **159** glosa] X. 1. 5. 2 col. 101 s.v. pauciores **160** dis…forte] D. 65 c. 9 col. 451 s.v. Si forte

---

133 32] 23 Bb .3.2. We | Nicholaus] Nicha[9] An | papa] *omitted* Ly **134** legitur] habetur We | 2] We: 3 Bb Fi An Ly | etiam] *omitted* Ly **135** sunt] sint Bb | iustitiam] instantiam Bb **136** 10] 18 Ww **138** quis] *omitted* We **139** excusari] excommunicari An **142** excusaret] excusarent Bb Fi excommunicaret An **143** honoris] bonorum et Ly rerum] et erum An **144** temporalis] (t)emporalis Bb consentientem diffinitioni hereticali pape *added* We Vc **146** consentientes] consentientis Bb **147** penis] *omitted* Bb | hereticus] heretico An **148** sic quia] *omitted* Ly **150** tali] hereticali pape We **154** consentiunt] consenserunt Ly **156** haberet solus] habet Ly | summum…157 pontificem] *omitted* An Ly **159** Extra] We: *omitted* Bb Fi An Ly **160** prelatorum] *omitted* Ww | 65] 7 Ly

Discipulus: Quid si omnes electores consentirent diffinitioni tali?

Magister: Dicitur quod in hoc casu potestas eligendi summum pontificem divolvitur ad Romanos alios preter cardinales, vel ad omnes vel ad aliquos tantum.

Discipulus: De hac materia te interrogabo sollicite in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam. Ideo, ipsa dimissa, dic an aliquis consentiens diffinitioni hereticali pape esset eligibilis in summum pontificem.

Magister: Respondetur quod non, quia nullus hereticus est eligibilis in summum pontificem. Crimen enim heresis electo in papam potest opponi, ut notat glosa Extra *De electione et electi potestate* c. *Licet*.

Discipulus: Dic quid esset faciendum cardinalibus et aliis requisitis a papa heretico ut sue diffinitioni hereticali preberent consensum.

Magister: Respondetur quod vel deberent de necessitate salutis publice et manifeste contradicere, reclamare, et pro viribus obviare, vel, si videretur eis expediens, possent publice vel occulte fugiendo ad loca tutiora se conferre, ut fortius et efficacius perfidie pape heretici resistere valerent.

Capitulum 35

Discipulus: Quia probabiliter estimo quod si unquam aliquis papa futurus temporali vallandus potentia, et qui plurimos exaltabit ad ecclesiasticas dignitates, rabie inficietur heretica, non solum tertiam partem stellarum sed forte mille partes ecclesie militantis trahet cauda sua in abissum heretice

---

166 De…materia] The 1328 case of "Nicholas V" would probably have been discussed in this missing treatise. **172** glosa] X. 1. 6. 6 col. 114 s.v. exceptione **Capitulum 35,2** Discipulus] Compare the opening paragraphs of 1 Dial. 7.10 and of 1 Dial. 7.29. See also the opening paragraph of 1 Dial. 6.1 **5** tertiam…stellarum] Apocalypse 8:12

---

162 tali] hereticali pape We **164** divolvitur] devolveretur We **165** ad[2]] *omitted* Bb Fi **167** tractatu] tractu Ly | fidem] finem Ly | altercantium] contra fidem *added* Ly | orthodoxam] We: catholicam Bb Fi An Ly **173** et…potestate] *omitted* Ww **176** preberent] prebeant Ly **177** deberent] debent Ly **179** vel] ve Ly | videretur] videatur An Ly **181** valerent] valeant An **Capitulum 35,3** potentia] est *added* Fi **4** plurimos] plurimas Bb | exaltabit] exaltabat An | rabie] rabies Bb inficietur] inficeretur Ly **5** solum] forte An **6** trahet] traheret We Ly

pravitatis, ut iuxta sententiam beati Gregorii tolerabilius tanta mala, si unquam evenerint, valeamus suscipere si contra ipsa per providentie clipeum fuerimus premuniti, post predicta de consentientibus quod papa assertionem hereticalem sollempniter et manifeste diffiniat volo de christianis diversorum statuum, officiorum, et graduum, qui doctrine pestifere pape heretici favere valerent, interrogare quamplura. Propono enim inquirere sigillatim de episcopis et prelatis, de doctoribus et magistris, de religiosis, de regibus, principibus et publicis potestatibus, et de communitatibus, et ultimo de laicis et simplicibus nullam potestatem habentibus coactivam.

Incipiendo ergo ab episcopis et prelatis, quorum nomine etiam patriarchas et archiepiscopos ac abbates et alios maiores prelatos comprehendo, peto primo ut disseras an episcopi et prelati publicantes et divulgantes per se vel per alios doctrinam erroneam pape heretici sint fautores pravitatis heretice reputandi.

Magister: Circa hoc possunt esse diverse sententie. Una, quod scientes doctrinam pape veritati catholice obviare, si eam per se vel per alios publicant et divulgant sunt fautores heretice pravitatis et heretici iudicandi. Si autem nesciunt eam veritati repugnare catholice, non sunt fautores heretice pravitatis nec inter hereticos numerandi.

Primum probatur sic. Illi sunt fautores heretice pravitatis qui scienter heretice pravitati consentiunt, non solum tacendo sed etiam divulgando et, ut teneatur, doceatur, et etiam defendatur, opem dando. Tales autem sunt episcopi et prelati qui doctrinam predictam pape heretici publicant et divulgant. Ergo sunt fautores heretice pravitatis.

---

7 sententiam…Gregorii] Gregorius, *Homiliarum in Evangelio libri duo*, II, 35, 1. *Lectio evangelii secundum Lucam 21:9-19* (PL , t. 76, col. 1259: "*minus enim iacula feriunt que previdentur, et nos tolerabilius mundi mala suscipimus si contra hec per prescientia clipeum munimur*".

---

7 tolerabilius] cellerabilius Bb **8** evenerint] evenuint An **9** predicta] predictam An **10** hereticalem] hereticam We **12** officiorum] *omitted* Ly | qui] quomodo Ly **13** valerent] valeant An Ly **14** enim] *omitted* Ly **15** de[2]] et Ly | regibus] religiosibus Bb **16** communitatibus] dignitatibus Ly **18** ab] *omitted* Bb **19** etiam] *omitted* Ly **20** comprehendo] comprehendendo An | disseras] discutias Ly **21** publicantes] publi[res] An principes Ly **26** si] et Fi An Ly **28** eam… 30 sic] *omitted* Bb **29** nec] sunt *added* We | nec…numerandi] et heretici iudicandi Ly **34** predictam] *omitted* We | pape heretici] *omitted* Bb

Discipulus: Nunquid secundum istam opinionem tales sunt censendi heretici?

Magister: Respondetur quod sunt fautores heretice pravitatis, quia in rei veritate pravitati heretice favent, dando opem et operam ut heretica pravitas doceatur et teneatur. Tamen non sunt heretici, quia corde non credunt doctrinam quam publicant esse veram.

Discipulus: Quomodo probant secundum?

Magister: Probant hoc modo. Omnes fautores heretice pravitatis peccant mortaliter, quia fautoria heresis, cum puniatur gravi pena, puta pena excommunicationis, est peccatum mortale. Qui autem ignorant doctrinam pape esse hereticam et eam publicant et divulgant per se et per alios, non peccant mortaliter. Ergo non sunt fautores heretice pravitatis.

Maior videtur manifesta. Minor probatur sic. Qui preceptum superioris implet quando tenetur non peccat mortaliter. Sed quando nescitur an preceptum superioris sit iustum vel licitum obediendum est precepto superioris, teste Augustino qui, scribens contra Manicheos ut legitur 23 q.1 c. *Quid culpatur*, ait: "*vir iustus, si forte sub rege homine etiam sacrilego militet, recte potest illo iubente bellare si, vice pacis ordinem servans, quod sibi iubetur vel non esse contra Dei preceptum certum est, vel utrum sit certum non est, ita ut fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi*". Ex quibus verbis colligitur quod obediens precepto superioris quando non est certum preceptum eius esse contra preceptum Dei, non peccat. Qui ergo publicat et divulgat doctrinam pape quam nescit esse contra catholicam veritatem, non peccat et per consequens non est fautor heretice pravitatis.

Capitulum 36

Discipulus: Aliam sententiam tracta.

---

55 23…56 culpatur] C. 23 q. 1 c. 4 col. 1705

---

43 probant] probatur Ly **44** Probant] Probatur Ly **51** manifesta] et *added* Ly **54** iustum] iustis Fi An | licitum] licitis Fi An **55** Augustino] Aug[9] Bb | qui scribens] *omitted* Ly | Manicheos] qui *added* Ly | legitur] habetur Ly **56** Quid] Qui Ly | forte] etiam *added* We | rege] et *added* Ww | etiam] *omitted* Ww **57** militet] militat Bb Fi An **61** serviendi] servandi Bb Fi An **62** est] *omitted* Bb Fi An **65** nescit] noscit Bb Fi An

Magister: Alia sententia est quod omnes episcopi et prelati publicantes et divulgantes sollempniter coram sibi subiectis doctrinam erroneam pape heretici tanquam catholicam et tenendam, sunt fautores heretice pravitatis, sive sciant eam esse erroneam sive ignorent. Hoc per rationem pro prima parte superioris sententie factam videtur aperte probari. Nam qui consentit dando opem et operam ut hereticalis doctrina tanquam catholica doceatur et teneatur est fautor heretice pravitatis. Huiusmodi sunt episcopi et prelati qui per se vel per alios doctrinam erroneam pape heretici tanquam catholicam publicant et divulgant. Ergo sunt aperti fautores heretice pravitatis.

Minor est evidens. Maior testimonio Pii pape ostenditur qui, ut legitur dis. 83 c. *Quid enim prodest,* ait: "*Quid enim prodest illi suo errore non pollui qui consensum prestat erranti?*" quasi diceret 'Nichil'. Ergo nichil prodest ut excusetur a fautoria heresis ille qui consentit dando opem et operam ut error pape tanquam catholicus divulgetur.

Secundo sic. Minus peccare videtur qui non resistit errori quam qui errorem tanquam catholicum publicat et divulgat. Sed qui non resistit errori censetur ipsum approbare, secundum quod per plures auctoritates, quarum alique allegate sunt supra, aperte probatur. Ergo multo fortius qui errorem publicat et divulgat tanquam catholicum eundem approbare dinoscitur. Qui autem approbat errorem fautor erroris existit. Ergo episcopi et prelati publicantes et divulgantes doctrinam erroneam pape heretici eiusdem doctrine hereticalis sunt fautores.

Capitulum 36,16 dis…prodest] D. 83 c. 4 col. 533 **25** supra] 1 Dial. 7.30, 1 Dial. 4.25, 1 Dial. 4.34

Capitulum 36,3 Alia] *omitted* An **5** subiectis] totam tenendam *added* Ly **6** et tenendam] *omitted* Ly **7** Hoc] Hec Ly **8** aperte] posse *added* Ly **9** et] vel Ly | hereticalis] heretici We **10** catholica] heretica Bb Fi An | et teneatur] *omitted* Fi **11** Huiusmodi] Sic Ly **12** doctrinam… tanquam] *In* **We** *these words introduce the copywork of* scriptor 17us (fo. 175r line 1) **13** aperti] approbati Ly **15** est evidens] evidens de se videtur We **16** qui] *omitted* An | enim^{1}] Ly: *omitted* Bb Fi An We enim^{2}] Ly: *omitted* Bb Fi An We **17** qui] cum *added* An **19** ille] illi Bb We | et] vel Ly **20** catholicus] catholicorum An | divulgetur] divulgere Bb **21** Secundo] *omitted* Fi An | sic] non *added* Ly | Minus] Minori (?) Bb **22** errorem] divulgat et *added* Ly | et…23 divulgat] *omitted* Ly **23** ipsum] errorem We **25** supra] *omitted* Ly **26** eundem] errorem *added* We **30** hereticalis] heretici We

Tertio sic. Qui aliis offendicula erroris preparat est fautor erroris. Sed qui doctrinam pape erroneam publicat et divulgat, preparat audientibus offendicula erroris. Ergo fautor erroris est censendus.

Quarto sic. Ille qui doctrinam novam hereticalem pape tanquam catholicam publicat et divulgat sequitur opiniones falsas et novas. Qui autem sequitur opiniones falsas et novas non solum fautor heresum sed etiam hereticus est censendus, teste Augustino qui, ut legitur 24 q. 3 c. *Hereticus*, ait: "*Hereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitu*r". Ergo episcopi et prelati, presertim si, ut aliquod commodum consequantur a papa vel vitent incommodum, opiniones falsas et novas pape publicant et divulgant, non solum fautores sed etiam heretici sunt censendi.

Quinto sic. Qui aliis est causa et occasio favendi et adherendi pertinaciter heretice pravitati videtur esse fautor pravitatis eiusdem, et sibi imputari debet. Sed episcopi et prelati publicantes et divulgantes doctrinam erroneam pape heretici sunt aliis causa et occasio favendi et pertinaciter adherendi eidem doctrine erronee. Ergo taliter publicantes sunt fautores heretice pravitatis et, si alii audientes eidem faverint et pertinaciter adherere presumpserint, publicantibus et divulgantibus imputari debet. Maior patet, quia "*ita punitur qui causam prestat sicut et ipse faciens*", sicut notat glosa Extra *De homicidio* c. *Suscepimus*. Quod etiam ex aliis sacris canonibus elicitur evidenter. Quemadmodum enim qui causam dampni vel occasionem dat, dampnum dedisse videtur (Extra *De iniuriis et dampno dato* c. ultimo), ita qui

---

39 teste Augustino] Cf. 1 Dial. 3.11 | 24…Hereticus] C. 24 q. 3 c. 28 col. 1885 **57** Extra…Suscepimus] X. 5. 12. 10 col. 1704 s.v. utriusque ope **60** Extra…ultimo] X. 5. 36. 9 (*Si culpa*) col. 1854

---

31 preparat] pat An **32** erroris] censendus *added* Ly | Sed…33 erroris] *omitted* Bb | erroneam] hereticam We **37** Qui autem] Sed qui consequitur Ly **40** maxime] vane *added* Bb Fi We Ly **41** sui] *omitted* Bb Fi An | falsas…novas] We: novas ac falsas Bb Fi An novas vel falsas Ly | ac] aut An vel Ly | vel] *omitted* We **42** gignit] gingit Bb **43** vel] et Ly | vitent] vitens Fi An **48** adherendi…51 et[2]] *omitted* An **52** publicantes] doctrinam erroneam pape heretici *added* We Vc **53** alii] aliquando Ly | eidem] illi An eisdem Ly **54** presumpserint] presumpserit Fi **55** imputari] impu[ri] Fi impugnari An **56** et] *omitted* Ww | sicut[2]] secundum quod We **57** homicidio] homici[9] Bb **59** occasionem] dampni *added* We **60** et] de Ly | ita] ista Fi

causam aut occasionem peccati dat peccare videtur. Qui ergo causam et occasionem favendi et adherendi doctrine erronee dat, peccat mortaliter. Tale autem peccatum videtur ad fautoriam vel crimen heresis debere reduci. Ergo talis est fautor heresis vel hereticus reputandus.

Discipulus: Videtur quod hec ratio non procedit. Nam secundum Augustinum, ut legitur 23 q. 5 c. *De occidendis*, sepe bonum et licitum potest esse occasio mali, et tamen tale malum habenti aut facienti bonum ex quo provenit imputari non debet. Ergo quamvis ex promulgatione et publicatione doctrine pape audientes faveant et adhereant pertinaciter eidem doctrine erronee, publicantibus imputari non debet. Aliter enim sequeretur quod nullus deberet aliquam doctrinam erroneam coram aliis ad improbandum legere vel etiam recitare, quia ex tali recitatione posset contingere quod aliqui audientes qui doctrinam huiusmodi nunquam ante audierant, favere eidem inciperent et pertinaciter adherere.

Magister: Ista responsio faciliter, ut nonnullis apparet, refellitur. Nam, sicut ex dictis maiorum elicitur, si quis dat operam rei licite et diligentiam debitam adhibet, ei minime imputatur si aliquid mali inde acciderit. Et in hoc casu loquitur Augustinus in predicto capitulo, dicens: "*absit ut ea que propter bonum ac licitum facimus aut habemus, si quid per hec preter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur*". Si vero aliquis dat operam rei licite et debitam diligentiam non adhibet, si aliquid mali inde acciderit sibi est merito imputandum (Extra *De homicidio* c.

67 23…occidendis] C. 23 q. 5 c. 8 col. 1771 **82** dicens] *ibid.* cols. 1772-1773 **87** Extra…88 Presbyterum] X. 5. 12. 7 col. 1701

62 causam] causa We **65** heresis…hereticus] heretice pravitatis Ly **66** Videtur] *omitted* Bb | procedit] procedat Ly **67** 23] Ly: 24 Bb Fi An We **70** quamvis] habenti aut facienti bonum ex quo provenit imputari non debet. Ergo quamvis *added dittography* Fi | promulgatione] provulgatione Ly **71** pape…72 doctrine] *omitted* An **72** erronee] promulgantibus et *added* We **73** sequeretur] sequitur An **75** quod] qui Bb **76** audientes qui] audiente Bb **77** audierant] audiverant Ly eidem] doctrine *added* We | adherere] adhererent Ly **79** quis] aliquis We | dat] *omitted* An **80** adhibet] adhibent We **81** acciderit] accidit Fi **83** ac] aut Fi An | facimus] faciamus Bb An | aut…84 hec] si per hec Ly | habemus] *omitted* Bb Fi An | quid…84 hec] quidem propter hoc Ww **84** cuiquam] quicquam Ww | acciderit] accideret Ly **85** dat] *omitted* An | licite] illicite We Ly **86** inde] *omitted* Ly

Presbyterum et c. *Continebatur*). Et ex pluribus aliis sacris canonibus elicitur evidenter.

Cum igitur qui doctrinam erroneam pape heretici tanquam catholicam publicat et divulgat det operam rei illicite et diligentiam debitam nequaquam adhibeat, si ex tali publicatione vel divulgatione aliquis faverit vel pertinaciter adheserit doctrine erronee pape heretici, publicanti et divulganti non immerito imputatur. Secus autem est de illo qui publicat vel legit ipsam et improbat, quia non dat operam rei illicite. Et ideo, si aliqui audientes ex malitia propria eidem doctrine erronee faverint vel pertinaciter adheserint, publicanti et divulganti imputari non debet.

Discipulus: Dic quomodo secundum istam sententiam ad rationem in contrarium factam in precedenti capitulo respondetur.

Magister: Ad illam rationem respondetur quod quando quis implet preceptum superioris de quo non tenetur scire antequam impleat quod est contra preceptum Dei, non peccat implendo. Si autem tenetur scire quod est contra preceptum Dei, peccat implendo licet nesciat preceptum esse contra preceptum Dei, quia quantum ad illud quod quis tenetur scire ignorantia non excusat.

Prelati autem et episcopi, antequam publicent et divulgent diffinitionem pape, tenentur scire an sit consona vel dissona catholice veritati, nec antequam sciant debent diffinitionem pape aliqualiter publicare tanquam catholicam. Circa enim publicationem auctenticam et solempnem eorum que ad fidem spectant est cautela diligentissima adhibenda, quia si erratur in fide nullum bonum etiam mors pro nomine Christi suscepta potest proficere ad salutem. Et ideo nullus circa causam cuiuscunque maiorem debet adhibere cautelam quam circa ea que ad fidem spectant. Cum ergo nullus episcopus vel prelatus debeat quemcunque subditum suum de

---

88 c Continebatur] X. 5. 12. 8 col. 1702

---

88 Et] *omitted* Bb Fi An **90** qui] per Fi An **92** illicite] licite An **93** publicatione] publigatione We **94** erronee] heretice We **95** est] *omitted* Ly **96** legit] elegit Fi | ipsam] doctrinam erroneam pape We **98** doctrine] *omitted* Ly | erronee] *omitted* Ly | adheserint] adheserit An **99** debet] debent An **103** illam rationem] istam Ly **106** quod est] preceptum superioris esse We | est] *omitted* An **107** preceptum] hoc Ly **108** illud] id Fi An Ly **110** et[2]] vel We **112** nec] non Fi | debent] hac *added* Ly **116** bonum] imo *added* Ly **118** causam] *gap* An **120** quemcunque] We: quemquam Bb quemquem Fi An Ly

crimine dampnare antequam diligenter inquisierit veritatem, multo magis nullam doctrinam debet solempniter publicare tanquam catholicam antequam aperte cognoverit quod est consona catholice veritati.

Discipulus: Ad episcopos et prelatos non pertinet examinare doctrinam pape sibi sub bulla transmissam, sed tantummodo iuxta mandatum pape eam debent coram subditis publicare.

Magister: Videtur nonnullis quod hic omnino a veritate recedis. Nam secundum sacros canones, in rebus maioribus est maior inquisitio et examinatio facienda (7 q. 2 c. ultimo). Episcopi autem et prelati recipientes mandatum pape super provisionibus clericorum et aliis rebus multo minoribus quam sit catholica fides, bullas sibi missas licite examinant diligenter.

Quod eis esse licitum Alexander 3[us] asserit manifeste qui, ut habetur Extra *De rescriptis* c. *Si quando*, ait: "*Si quando aliqua tue fraternitati dirigimus que animum tuum exasperare videntur, turbari non debes: (Et infra:) Qualitatem negotii pro quo tibi scribitur diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per litteras tuas quare adimplere non possis rationabilem causam pretendas*". Ex quibus verbis colligitur quod licet recipienti mandatum pape qualitatem negotii pro quo scribitur examinare et discutere diligenter. Igitur multo magis, si papa scribit aliquid quod tangit fidem, scripturam suam examinare et discutere diligenter oportet, et si inveniatur in ea aliquid fidei obvians orthodoxe, est nullatenus publicanda.

---

131 7…ultimo] C. 7 q. 2 c. 2 (*Nuper*) col. 1117. Cf. *ibid.* col. 1119 s.v. segnius: "*Nota quod in magnis rebus diligentior inquisitio est facienda ut 41*[=42] *dis. quiescamus et 61 dis. miramur*". **137** Extra…quando] X. 1. 3. 5 col. 34-35

---

121 dampnare] condempnare We | inquisierit] inquisiverit Ly **125** et] vel Ly **126** bulla] bullis Ly | transmissam] transmissa Fi **127** debent] debet Bb Fi An | coram] eorum Ly **130** sacros] *omitted* Ly **132** autem] *omitted* Bb Ly **137** qui] *omitted* Ly | Si quando[1]] superiori We quando] qui *added* Ly **138** quando…tue] aliquando tue We | animum] dampnum Bb Fi An **139** exasperare] exeas parere An **140** diligenter] quod *added* An **141** considerans] consideres Ly | reverenter] reverentur An **142** adimplere] adimpleta An **145** Igitur…147 diligenter] *omitted* An **146** tangit] tangat We | suam] sacram Ly **148** publicanda] publicandum Ly

Discipulus: Forte episcopi et prelati non sunt in divina scriptura excellenter instructi, quare ad eos profunda scripture scrutari non spectat, et ita non debent doctrinam pape discutere.

Magister: Dicunt nonnulli quod hoc est principium periclitationis fidei in populo christiano constituere episcopos et prelatos scripturarum divinarum ignaros. Quia iuxta sententiam Salvatoris, "*cecus autem si ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt*".

Discipulus: De episcopis et prelatis non habentibus sacrarum peritiam literarum in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam aliqua indagare studebo. Nunc vero quomodo secundum istam sententiam ad auctoritatem Augustini respondere contingat, expone.

Magister: Dicitur quod Augustinus loquitur de militante sub rege sacrilego quando non tenetur scire an preceptum regis sit contra preceptum Dei. Si vero miles ignorat preceptum regis esse contra preceptum Dei, et tamen tenetur scire, obediendo peccat. Nam si rex preciperet militi dicens 'interfice istum quia colit Deum', miles interficiendo peccaret, quia scire tenetur quod nullus debet interfici propter hoc quod colit Deum.

Capitulum 37

Discipulus: Contingitne aliter respondere ad interrogationem meam supra c. 35 propositam?

Magister: Una est sententia que inter predictas sententias aliquo modo mediare videtur, quia distinguit de doctrina erronea pape heretici.

Aut enim assertio est explicite condempnata, utpote quia sub propria forma est dampnata, vel quia est contraria alicui veritati explicite approbate qualis est omnis veritas in scriptura divina et determinationibus ecclesie assertive contenta; aut assertio pape heretici est solummodo implicite

---

155 iuxta…156 Salvatoris] Matthew 15:14

---

150 quare] quia Fi An | profunda scripture] profunde scripturam Ly **151** scrutari] scruptari We | ita] ideo Ly **154** fidei] *gap* An | in… christiano] christiane Ly **155** ignaros] ignaras Fi An **156** cecus…ceco] si cecus ceco Ww | prestet] prebet An prestat We **161** secundum] per Ly **164** militante] militatione Bb Fi An **165** Dei] dicitur Bb et cum hoc nescit *added* Ly **166** esse…preceptum[2]] *omitted* Bb **168** quia] qui Bb non *added* An **Capitulum 37,3** propositam] *omitted* Bb proposita An prepositam Ly **7** assertio] pape heretici *added* We **8** dampnata] condemnata Ly **11** contenta] contempta We

condempnata, qualis est omnis error qui quocunque scripture divine vel determinationibus ecclesie universalis repugnat, cuiusmodi sunt multe opiniones theologorum (quia circa ea que ad fidem spectant contrarie opinantur, quarum constat quod una contrariarum illarum est erronea et heresis saltem implicite condempnata, quia veritas contradictoria est saltem implicite approbata, eo quod omnis veritas catholica quantumcunque latens et multis incognita est per universalem ecclesiam in genere et implicite approbata).

Si assertio pape erronea est solummodo implicite condempnata, divulgantes eam et publicantes tanquam catholicam, obediendo mandato pape qui mandaret quod talis assertio ab omnibus tanquam catholica teneatur, non sunt heretici nec fautores heretice pravitatis nec peccant mortaliter. Quia ex eo quo nec sciunt nec tenentur scire quod talis assertio est erronea non peccant mortaliter eam taliter publicando, quemadmodum theologi non peccant mortaliter docendo et tenendo assertiones que in rei veritate sunt erronee et hereticales, quas tamen non sciunt nec tenentur scire esse erroneas.

Si vero assertio pape erronea est explicite condempnata quia est contradictoria alicuius assertionis que in scriptura divina vel determinatione ecclesie sub forma propria continetur vel patenter omnibus sequitur ex assertione tali, episcopi et prelati talem assertionem pape solempniter divulgantes tanquam catholicam sunt fautores heretice pravitatis reputandi. Quia nullam assertionem debent solempniter publicare antequam eis constiterit quod non est heresis explicite condemnata. Et si hoc non possunt facile scire per seipsos debent consulere peritos.

---

12 quocunque] quomodocunque We *omitted* Ly **14** quia] qui Fi An Ly ea] *omitted* Fi **15** quarum] quare Ly **18** approbata] comprobata An **19** et] *omitted* An **20** et] etiam Ly **21** solummodo] solum Ly **23** catholicam] catholica Bb | catholicam…41 peritos] explicite condemnata. Et si hoc non possunt facile scire per seipsos debent consulere peritos An (*omitting all words (some 13 lines) between* "publicantes tanquam" *and* "explicite condempnata") | mandaret] madaret Bb **26** Quia…27 mortaliter] *omitted* Ly | eo] *omitted* Bb Fi We | nec sciunt] nesciunt Fi **28** non] nec Fi | peccant] peccat Bb **32** vero] *omitted* Bb **35** continetur] continentur Bb **36** et] vel Ly **38** nullam] nullis We | assertionem] asserionem Ly **39** eis] eos Fi **40** heresis] We: hereticalis Bb Fi heretica Ly | hoc] *or* hec Bb | facile] faciliter Ly

Discipulus: Quid si periti dicunt eis quod talis assertio pape non est explicite condempnata sed est consona veritati?

Magister: Respondetur quod non debet eis sufficere quod periti hoc eis dicant solo verbo, sed debent petere ab eisdem peritis ut eis evidenter ostendant quod sit consona catholice veritati. Quod si periti hoc facere non potuerint, debent supersedere et assertionem pape erroneam explicite condempnatam nullatenus publicare. Quemadmodum episcopi et prelati, quando considerant vel etiam dubitant quod mandatum pape est eis preiudiciale, ipsum differunt adimplere, et quod adimplere minime teneantur multis et fortibus allegationibus probare nituntur. Ergo multo fortius, si non vident quomodo assertio pape est consona catholice veritati, mandatum pape super tali publicatione facienda implere non debent, sed debent ostendere causas quare tale mandatum implere non possunt.

Si enim episcopi et prelati recipientes mandatum pape quod eorum honori vel commodo temporali obviare videtur ipsum non implent, sed cum maxima diligentia allegare conantur quod tale mandatum est preiudiciale et ideo adimplere non debent, cum vero recipiunt mandatum pape super aliquo quod ad fidem spectat, et non curant studiosissime per se et per alios indagare an tale mandatum deroget quoquo modo honori divino et fidei orthodoxe, sed statim absque omni deliberatione vel absque deliberatione sufficienti precipitanter assertionem erroneam tanquam catholicam publicant et divulgant, ostendunt aperte quod que sua sunt querunt, non ea que Iesu Christi. Ne enim per mandatum pape aliquid eorum divitiis vel honori depereat diligentissime investigant, sed an per mandatum pape fides catholica destruatur penitus non attendunt. Et ideo, si diligentiam debitam non adhibent et publicant sollempniter

---

43 condempnata] condempnate Bb | est[2]] assertio *added* We **45** hoc…verbo] solo verbo dicant eis talem assertionem esse catholicam We Vc Ba **46** quod sit] quomodo assertio pape est We Vc **47** non] *omitted* Bb Fi An | potuerint] poterunt Bb **50** considerant] considerent Fi An **51** ipsum] idem mandatum We | differunt] deferunt Ly **53** si…54 vident] We Vc Ba: *omitted* Bb Fi An quando assertio pape non Fr **54** non…quomodo] *omitted* Ly | assertio] assertionem Fi An **56** implere] adimplee Ly **60** ipsum] idem mandatum We | implent] implerere tenentur Ly **61** est] eis *added* We **62** cum] si Ly **65** deroget] denique An **66** vel…deliberatione[2]] *omitted* An Ly **68** quod] ea *added* Ly **69** ea] *omitted* An Ly | Ne] non Fi An an Ly | enim] ē An **70** aliquid] ab Ly | vel] *omitted* Fi | honori] honore aliquid Ly **71** fides] eorum *added* Ly

hereticam pravitatem, fautores pravitatis heretice sunt censendi.

Discipulus: Non videtur licitum indagare an sententia pape super aliquo quod tangit fidem sit consona veritati, quia si hoc esset licitum liceret episcopis et prelatis de sententia pape super causa fidei disputare. Quod non videtur verum.

Tum quia secundum Nicholaum papam, ut legitur 17 q. 4 c. *Nemini*, nulli licet de iudicio sedis apostolice iudicare, et per consequens nemini licet de eiusdem iudicio disputare.

Tum quia de illius sententia in causa fidei ad quem cause fidei sunt ultimo perferende non est licitum disputare. Ille autem est papa. Ergo de sententia pape disputare non licet.

Magister: Ista frivola reputantur. Nam de sententiis, iudiciis, et literis summi pontificis tota die licite disputatur, et cum sollicitudine maxima examinantur, discutiuntur, et videntur.

Quod enim de sententia pape licite disputatur, etiam in dubium revocando an sit iuste lata, probatur. Nam de sententia que potest retractari et in melius commutari est licitum disputare. Sed sententia pape potest retractari et in melius commutari, teste Gregorio qui, ut habetur 35 q. 9 c. *Apostolice*, ait: "*Apostolice sedis sententia tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientie maturitate decoquitur, tantaque deliberationis gravitate profertur, ut retractatione non egeat nec immutari necessarium ducat, nisi forte sit prolata sic ut retractari possit, vel immutanda secundum premisse tenorem conditionis existat*". Ex quibus colligitur evidenter quod apostolice sedis sententia retractari potest et etiam immutari.

Capitulum 37,80 17…81 Nemini] C. 17 q. 4 c. 30 col. 1577 **95** 35…96 Apostolice[1]] C. 35 q. 9 c. 4 col. 2453

---

80 Tum] We: *omitted* Bb Fi An Ly | ut] sicut An **81** Nemini] Memini Bb Fi An **83** in] et We | fidei] in *added* Fi | quem] quam Ly **84** perferende] proferende Fi deferende Ly **88** iudiciis] iudicis Ly | et[2]] *omitted* An **89** maxima] maxime Fi **91** disputatur] disputetur Ly **92** revocando] revolvendo Ly | de…95 commutari] *omitted* Fi **93** est…95 commutari] *omitted* Ly **94** disputare] disputari Bb | in] īō Fi **96** semper] sp Fi **97** patientie] We*: omitted* Bb Fi An patientia et Ly **98** deliberationis] deliberationes Fi An **99** retractatione…egeat] *omitted* Ww **100** retractari] rectifficari We | immutanda] immutari si Ly **101** conditionis] Ly: constitutionis Bb Fi An We | quibus] verbis *added* Ly **102** retractari] rectificari We

Cui etiam Innocentius papa, causa et questionis predictis c. *Veniam*, concordare videtur, dicens: "*Veniam nunc ad Maximum, Photinum quasi ad quoddam thema, et, quod michi anxium est ac difficillimum, maiorum meorum revolvam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto, ut ipsi etiam commeministis, aliquid utique gravius constitutum. Verum, quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi et elicitum per insidias demonstratur, quia res ad salutem rediit, veniam nos hinc intantum vobis adnitentibus post condempnationem more apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam caris non dare consensum, omnibus duris rebus durius arbitramur*". Ex quibus verbis colligitur quod sententia summi pontificis retractari potest.

Quod Nicholaus papa, ut habetur sequenti capitulo *Sententiam*, asserit manifeste, dicens: "*Sententiam Romane sedis non negamus posse in melius commutari, cum aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione etatum, vel temporum, seu gravium necessitatum dispensatione quiddam ordinare decreverit*". Et infra: (quod tamen observandum est) "*quando tamen illa, Romana videlicet ecclesia, discretissima consideratione fieri delegerit*". Ex quibus colligitur quod sententia Romane sedis potest

105 c Veniam] C. 35 q. 9 c. 5 col. 2453 **119** Sententiam[1]] C. 35 q. 9 c. 6 col. 2453 **123** infra] *ibid.* cols. 2454-2455

104 papa] ut legitur *added* We | et questionis] .29. Fi An **105** nunc] non Fi An **106** Photinum…thema] q. ad quoddam thema Fotinum Bb quasi ad quoddam thema Fotinum We quid quidem thema Fotinum Fi thema] themam An | quod] *omitted* Bb Fi An **107** meorum] scilicet predecessorum *added* Ww **108** sententias] hoc- est- (*om.* Bb) revocabo sententias contra Fotinum *added* Ww | pacto] id est aliqua fraude *added* Ly **110** quoniam] *omitted* Fi | id] quod *added* Ly **111** subreptum] We: sub rrectum (*sic*) Bb subrr[c]tum Fi subrrtum An surreptum Ly **112** res] *omitted* Bb | rediit] reddit Bb Fi An et *added* Bb Fi An We | nos] *omitted* Ww | hinc] hic Bb Fi h[i] An | intantum] tantum Ww **113** adnitentibus] admittentibus Bb We Ly **115** bonis] et *added* Bb Fi An | non] et ideo Bb Fi An **116** durius] diurius Bb Fi An | verbis] *omitted* Ly **117** retractari] et revocari *added* We **119** manifeste] *omitted* Ly **120** in] *omitted* An | aut] ait Bb Fi An | sibi] *omitted* Ww **121** ipsa] ipsam Bb Fi An | consideratione] sideratione An **122** vel] et Bb Fi An We aut Ly | seu] *omitted* Bb | dispensatione] Ly: dispensatorie Bb Fi An We **123** quiddam] quedam Ly | decreverit] decrevit Bb Fi An **124** tamen] *omitted* Ww **125** discretissima] disertissima Ww | consideratione] hoc *added* Ww | delegerit] elegerit An diligenter prospexerit Ly **126** colligitur] *omitted* Bb

retractari et in melius commutari. Et per consequens licet de tali sententia disputare.

Quomodo etiam super literis et rescriptis summi pontificis tota die coram iudicibus disputatur et etiam litigatur nullus qui sequitur causas ignorat. Ergo licet super sententia pape disputare.

Discipulus: Causa quare super rescriptis et literis summi pontificis licite disputatur est quia litere sepe per subreptionem et falsas suggestiones impetrantur, quandoque etiam papa multis ex causis decipi potest. Ideo super talibus literis disputare licet. Illa autem que emergunt circa fidem et diffiniuntur per papam, deliberatione maxima proferuntur. Ideo super illis disputare non licet.

Magister: Ex ista sententia tua putant nonnulli se demonstrative probare quod sententia pape super aliqua difficultate fidei lata, est per peritos ad quorum notitiam pervenerit cum maxima diligentia et studio examinanda, et super ea disputare licet, et quod si inventa fuerit, disputando, contraria veritati, est penitus respuenda et omnimode reprobanda.

Arguitur autem sic. Eadem causa eundem habet effectum. Causa autem quare litere pape quecunque sint inspiciende diligenter ac vidende et examinande, et quare de eis disputare licet, et quare in casu eis nequaquam obedire oportet, est quia papa potest decipi. Si enim papa nullo modo posset decipi predicta non licerent. Sed papa ita potest decipi circa ea que fidei sunt sicut circa quecunque alia. Aliter enim papa hereticari non posset, cuius oppositum supra libro quinto auctoritatibus, rationibus et exemplis multipliciter est ostensum. Ergo litere pape que super aliqua difficultate fidei emanare noscuntur diligentissime sunt vidende et

---

129 Quomodo etiam] Repeats a point made earlier at lines 87-90*, but here as a distinct argument. **153** Aliter…156 ostensum] PP*. **154** supra] 1 Dial. 5.1-3,5 (OP V, pp. 199-220, 225-229.)

---

129 rescriptis] scripturis Ly **130** iudicibus] iudice Ly **131** licet] *omitted* An **133** et] in Ly **134** licite] *omitted* An **135** subreptionem] subraptionem Fi rescriptionem Ly **136** Ideo] Unde Ly **137** circa] contra Ly **139** Ideo] et Ly **140** tua] *omitted* Ly **141** demonstrative] per demonstratioem Ly | quod…pape] *omitted* An **142** peritos] paritos An **143** et[2]] quod *added* We **144** quod] *omitted* Ly **147** Arguitur autem] Primo probatur Ly | sic] ubi est *added* Ly | habet] debet habere Ly **148** sint] sunt Bb **149** examinande] sunt *added* Ly **151** est] et Ly **152** ita] bene *added* Ly **153** ea] illa We | enim] etiam Bb Fi An **156** difficultate] diffinitione Fi

examinande, et de eis disputare licet. Et si a quocunque prelato vel subdito, discipulo vel magistro, fuerint deprehense a fide recedere orthodoxa, sunt penitus respuende et efficaciter reprobande.

Discipulus: Quare ergo cotidie cernimus prelatos et alios de literis pape que tangunt negotia tantum ecclesiastica disputare, et omnes timent disputare de diffinitione pape super hiis que ad fidem pertinent orthodoxam?

Magister: Causa multiplex assignari potest. Una tamen, et precipua, assignanda est ad presens, que est defectus zeli catholice veritatis et amor terrenarum divitiarum et honorum. Quia enim multi christiani nichil asperum, nichil difficile, nullum periculum, nullam indignationem alicuius potentis quem timent, volunt pro fide catholica sustinere, nec curant an fides proficiat vel deficiat. Ideo nolunt disputare de diffinitionibus pape quia eius indignationem timent incurrere. Pro temporalibus autem divitiis et honoribus labores et pericula sunt parati subire. Ideo, quia ex disputatione de literis pape que ipsorum tangunt negotia sperant honores vel divitias adipisci, vel saltem dampnum aut periculum temporale vitare, disputare de huiusmodi literis summi pontificis non verentur. Et similiter, si de disputatione super sententia pape heretica honorem aut commodum sperarent, de ipsa disputare nullatenus formidarent.

Discipulus: Dic quomodo respondetur ad secundam per quam probavi quod non licet alicui de sententia pape super fide catholica disputare.

Magister: Respondetur quod, quamvis ad summum pontificem sint cause fidei deferende, quia tamen summus pontifex errare potest circa fidem, sententia eius super difficultate aliqua fidei christiane est studiosissime examinanda et diligentissime disputanda. Et si per disputationem vel per aliquem alium modum fuerit deprehensa a veritate deviare catholica, est penitus

---

158 eis] is Ly **161** reprobande] repugnande We **163** tantum] enim Bb **165** pertinent] pertinet Fi **166** potest] posset We **167** et] *omitted* Ly **168** divitiarum] *omitted* Bb **171** sustinere] substinere Bb **175** subire] sustinere Ly **177** aut] ut Ly **178** vitare] *omitted* We evitaret Ly disputare] in disputatione Ly **180** commodum] temporale *added* We **182** secundam…183 quam] secundum per quod We **183** probavi] probant Ly **185** Respondetur] We: *omitted* Bb Fi An Ly **186** sint] sunt Ly **187** circa] contra We Ly **188** difficultate] diffi^{te} Fi An | aliqua] 9ta An **190** aliquem] *omitted* Fi | alium] *omitted* Ly

condempnanda et tanquam heretica reprobanda, exemplo catholicorum qui, ut colligitur ex decretis (dis. 19 c. *Secundum ecclesie* et § *Quia ergo* et c. *Anastasius 2us*) diffinitionem hereticalem Anastasii 2^i^ sollicite inspexerunt et an esset consona veritati catholice quesierunt attente, sive disputando sive alio modo, quam cum invenissent contrariam fidei orthodoxe tanquam hereticam respuerunt. Et ita constat quod de diffinitione pape antequam sciatur esse catholica est licitum disputare.

Discipulus: Omnes catholici absque omni inquisitione debent supponere quod diffinitio pape super fide catholica sit consona fidei orthodoxe. Quia Gregorius dicit, ut allegatum est supra: "*Apostolice sedis sententia*", precipue super hiis que spectant ad fidem, "*tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientie maturitate decoquitur, tantaque deliberationis gravitate profertur*", ut omnino recta sit credenda. Ergo omnes debent presumere sententiam pape esse catholicam. Quare eam examinare non debent nec de ea disputare licet.

Magister: Ad hoc respondetur quod Gregorius loquitur de modo qui servari debet circa sententiam apostolice sedis. et qui, ut frequenter, servatus est. Cum hoc tamen constat quod talis modus possit omitti circa sententiam pape, quemadmodum Anastasius 2us talem modum circa suam sententiam non servavit. Et ideo, quamvis sententia pape, maxime circa fidem, tanta consilii moderatione concipi debeat, tantaque maturitate patientie decoqui, et tanta deliberationis gravitate proferri, ut antequam contrarium evidenter appareat presumi debeat consona veritati, quia tamen papa potest errare contra fidem, potest etiam esse proprii sensus et prudentie ac sapientie proprie nimis inniti,

---

193 dis…194 ecclesie] D. 19 c. 8 col. 109 **194** §…ergo] *Dictum Gratiani post* D. 19 c. 7 col. 111 | c…2us] D. 19 c. 9 col. 111 **201** Discipulus] Cf. OP III p. 6.11-14 **204** supra] 1 Dial. 7.37.xxxx

---

192 condempnanda] contempnenda Fi | reprobanda] exprobanda *added* Fi reputanda Ly **194** §] Contra Bb | c…195 hereticalem] *omitted* An 2us] *omitted* Bb Fi We **195** 2i] si Bb hic Ly **201** omni] enim An **203** Quia] Et Ly **204** sententia] sententiam Ly **206** patientie] patientia et Ly | decoquitur] quoquitur Bb dequoquitur Fi **207** deliberationis] consilii *added* Ly **209** Quare eam] Quia etiam Bb | eam] etiam Fi An **212** servari] conservari Fi An **213** et] etiam *added* Ly | constat] stat We Ly **217** tanta] tantam An **218** decoqui] dequoqui We **221** papa] *omitted* Ly | etiam] *omitted* Ly **222** ac] ac *or* aut An | proprie] prop^i^ Bb

ac capitositatis, precipitationis, presumptionis et temeritatis vitio laborare, non est tam firmiter et tam certitudinaliter presumendum pro sententia pape quin debeat diligenter examinari, discuti, et videri, et quin de ea, antequam non solummodo presumptive sed etiam evidenter constiterit quod a veritate non deviat, liceat disputare. Quemadmodum de omnibus literis pape presumendum est antequam constiterit contrarium quod eis oporteat obedire, non tamen debet ista presumptio esse tam violenta ut non liceat literas pape examinare et investigare sollicite an eis oporteat obedire. Omnes ergo sententie pape, qui contra fidem et bonos mores potest errare, examinande sunt diligentissime et probande iuxta illud Apostoli "*omnia probate*", quod de illis que dubia esse possunt debet intelligi.

Discipulus: Contra predicta una adhuc michi occurrit obiectio. Videtur enim quod episcopi et prelati publicantes et divulgantes doctrinam pape hereticam non sunt fautores heretice pravitatis. Imo etiam videtur quod hoc possunt facere absque peccato mortali. Nam minus est publicare et divulgare solummodo doctrinam hereticalem alterius quam publice predicare et docere heresim manifestam alienam vel propriam. Sed absque peccato mortali potest quis ex ignorantia vel simplicitate predicare publice et docere heresim manifestam cuius contrarium in scripturis sacris reperitur expresse, quia quantumcunque publice quis predicet vel doceat heresim manifestam, si paratus est corrigi non est hereticus, et per consequens non peccat mortaliter. Ergo multo fortius possunt episcopi et prelati publicare doctrinam

235 illud Apostoli] 1 Thessalonians 5:21

223 capitositatis] We: copiositati Bb copiositatis Fi An Ly **224** laborare] labore Bb labente Fi firmiter *added* An **225** presumendum] presump$^{d'}$ An | quin] quando Ly **230** obedire] ope^{re} Bb **231** tam] *omitted* Ly **233** pape qui] que Ly **234** potest errare] possunt emergere Ly | sunt] *omitted* Bb **235** Apostoli] pp^{a} Bb | probate] probata Ly **236** debet] debent Fi An We **237** adhuc] adhoc Bb **239** hereticam] *omitted* Bb sunt] sint Ly **241** publicare] predicare Ly **242** publice] publicare Ly **243** predicare] *omitted* Ly **245** ignorantia] ignorantiam Bb **247** quantumcunque] quamvis Ly | publice] *omitted* An **248** vel doceat] *omitted* An | manifestam] cuius contrarium in scripturis sacris reperitur expresse, quia quantumcunque publice quis predicet vel doceat heresim manifestam *added dittography* Fi **249** et…non] nec per consequens We | Ergo] Et ideo Fi An **250** multo] magis et *added* Ly | episcopi et] *omitted* Fi Ly | doctrinam…251 hereticalem] *omitted* An

pape hereticalem absque peccato mortali et per consequens absque fautoria heretice pravitatis.

Magister: Ad hoc respondetur distinguendo. Quia aut doctrina erronea pape est per ipsum sollempniter diffinita et ab eo tanquam papa determinata, aut ipse papa assertionem erroneam solummodo predicat et docet, aut tenet sed sollempniter non diffinit.

Iterum, aut assertio heretica pape est talis quod episcopi et prelati tenentur explicite credere contrariam veritatem, aut non tenentur explicite credere contrariam veritatem.

Si itaque episcopi et prelati publicant et divulgant sollempniter per se vel per alios diffinitionem hereticalem pape, sunt expresse fautores heretice pravitatis. Si etiam publicant doctrinam pape hereticalem cuius contrariam veritatem tenentur credere explicite, peccant mortaliter et sunt censendi fautores heretice pravitatis. Si vero non publicant aliquam diffinitionem hereticalem pape sed aliquam assertionem eius hereticalem quam absque diffinitione sollempni pertinaciter tenet et asserit, et ipsi publicantes non tenentur explicite credere contrariam veritatem non sunt censendi fautores heretice pravitatis, sed antea examinari debent sollicite an ex ignorantia vel

---

261 Si…prelati] The following paragraphs were probably initially composed before the outbreak of the *visio beata* controversy. Cf. 1 Dial. 4.11 for the subsequent shift in emphasis.

---

254 diffinita] diffinienda Fi An **255** tanquam] a *added* We **256** tenet] tacet An Ly | sed] et Ly **258** Iterum] Item Ly | aut] autem An heretica] hereticus Fi **259** aut] est talis quod *added* Ly | aut…260 veritatem] *omitted* An **260** contrariam veritatem] sed solummodo implicite Ly | veritatem] aut tenentur explicite credere contrariam veritatem *added* Bb **263** Si] Sed Bb Fi An **264** pape…265 peccant] *omitted* Bb **266** pravitatis] et *added* An | non] *omitted* Ly **267** sed] seu Ly **268** eius] *omitted* Ly **270** publicantes] pub^{res} An contrariam *added* Ly | non] *omitted* Ly | credere] tenere An peccant mortaliter et sunt censendi fautores heretice pravitatis. Si vero non publicant aliquam diffinitionem hereticalem pape sed aliquam assertionem eius hereticalem quam absque diffinitione sollempni pertinaciter tenet et asserit, et ipsi publicantes non tenentur explicite credere *added dittography* Vg (*slightly different from* Ly *infra)* | contrariam…271 non] peccant mortaliter et Ly Vg **271** sunt] sint Bb | pravitatis] si vero non publicant aliquam diffinitionem hereticalem pape sed aliquam assertionem eius hereticalem quam absque diffinitioni solemni pertinaciter tenet et asserit, et ipsi publicantes (=*omitted* Ly) non tenentur explicite credere contrariam veritatem non sunt censendi fautores heretice pravitatis *added dittography* Ly **272** examinari] examinare Bb Fi An

simplicitate vel pertinacia talem assertionem predicant et divulgant. Et in hoc comparantur publice predicanti et docenti.

Discipulus: Quare qui publicant diffinitionem hereticalem pape sunt fautores heretice pravitatis, et publice predicantes heresim manifestam vel docentes non sunt censendi fautores heretice pravitatis nec etiam peccare mortaliter?

Magister: Huius ratio assignatur talis. Sicut maior deliberatio requiritur ad iuramentum quam ad simplicem loquelam, et ideo gravius peccat periurus quam qui simplici loquela mentitur, ita cum maiori deliberatione debet papa aliquid sollempniter diffinire quam absque tali diffinitione sollempni docere vel etiam publice predicare, et gravius peccat si assertionem contra fidem diffinit sollempniter quam si absque tali diffinitione aliquid contra fidem publice predicat vel docet. Si enim publice diffinit aliquid contra fidem habetur pro tenente ultimata deliberatione assertionem suam contra fidem. Sed si solummodo publice predicat vel docet contra fidem, non habetur propter hoc pro tenente ultimata deliberatione assertionem suam. Et ideo est post predicationem publicam examinandus an paratus sit corrigi vel non. Et si inveniatur paratus corrigi non est hereticus reputandus. Si autem non est paratus corrigi pro heretico est habendus.

Sicut autem papa gravius peccat aliquid diffiniendo sollempniter contra fidem quam solummodo publice predicando vel docendo, sic gravius peccat qui sollempnem diffinitionem hereticalem pape publicat sollempniter et divulgat, quam qui eandem assertionem vel consimilem solummodo publice docet vel predicat. Et ideo publicando diffinitionem hereticalem pape est fautor heretice pravitatis sed non solummodo publice predicando vel docendo.

---

273 predicant] publicent We | et] vel Fi An **274** divulgant] divulgent We | Et…hoc] In hoc enim We | comparantur] We: predicantur Bb Fi An probantur Ly | predicanti] predicantes Ly **275** docenti] docentes Ly **279** censendi] censendendi We **282** requiritur] tenetur Fi **283** quam] quod Ly | qui] *omitted* Bb Fi **284** maiori] maiore Bb An **285** aliquid] *omitted* Ly **286** sollempni] sollempniter Ly | etiam] et Bb | publice] publicare Bb *omitted* Fi **287** diffinit…288 fidem] *omitted* Fi **291** publice] We: *omitted* Bb Fi An Ly **293** deliberatione] delibera Bb **295** Et] *omitted* Ly **298** autem] *omitted* Ly | aliquid] *omitted* An **299** publice] *omitted* We **301** publicat] We: predicat Bb Fi An Ly sollempniter] *omitted* Ly **302** eandem] eadem Bb **303** predicat] non dicat Bb **305** publice] *omitted* An | vel docendo] *omitted* Ly

Discipulus: Quare non requiritur tanta deliberatio ad publice docendum vel predicandum quanta requiritur ad aliquid sollempniter diffiniendum?

Magister: Actus publice predicandi et docendi est multo communior et pluribus convenit quam aliquid sollempniter diffinire, sicut simplex loquela est actus multum communior quam iuratio. Et ideo sicut non requiritur tanta deliberatio ad simplicem loquelam sicut ad iuramentum (quia sepe est loquendum et raro iurandum), ita non requiritur tanta deliberatio cum quis publice docet aut predicat sicut quando papa aliquid tanquam catholicum diffinit sollempniter. Et ideo quia iste actus diffiniendi sollempniter et determinandi aliquid tanquam catholicum exerceri non debet nisi deliberatio ultimata precedat, si in hoc casu est error, est inexcusabilis error, quia ad hunc actum nullus debet accedere nisi sit sufficienter certus, qualiter non potest aliquis esse de falso.

Et propter consimilem rationem nullus debet publicare sollempniter diffinitionem pape tanquam catholicam circa ea que tangunt fidem nisi sit certus quod est consona catholice veritati. Et ideo inexcusabilis est qui sollempniter publicat diffinitionem hereticalem pape tanquam catholicam. Secus est de illis qui non sunt prelati, ad quos solempnis publicatio et obligatoria non spectat, et ideo si legunt vel recitant coram aliis multis diffinitionem hereticalem pape quam nesciunt esse hereticalem, non sunt ex hoc ipso fautores pravitatis heretice reputandi.

Capitulum 38

---

311 simplex] simpliciter Ly | multum] multo We Ly **312** ideo] *omitted* Ly **314** raro] est *added* We **315** quis] aliquis We | aut] et Ly quando] cum Ly **316** aliquid] *omitted* Bb | catholicum] catholicam An **317** quia] *omitted* An | et determinandi] determinando Ly **318** catholicum] catholicam An | exerceri] exercere Fi An | debet] accedere *added* Bb Fi An **319** si] et Ly | casu] actu We | est[2]…320 error] inexcusabilis Ly **320** hunc actum] hoc consilium Ly **321** aliquis] aliquid Fi **323** publicare] predicare Ly **324** diffinitionem] hereticalem *added* Bb Fi | tanquam catholicam] *omitted* We | catholicam] secus est de illis qui non *added protography* Bb (cf. *infra* ll. 327ss.*) **325** que] non *added* Bb | catholice] *omitted* Ly **326** inexcusabilis] excusabilis Ly **329** et obligatoria] *omitted* Ly | obligatoria] obligatio An | non] minime We | recitant] et *added* Bb Fi An etiam *added* We **330** hereticalem] *omitted* An **331** pravitatis] pravitate Ly

Discipulus: Postquam autem disseruisti de episcopis et prelatis divulgantibus et publicantibus sollempniter doctrinam hereticalem pape per se vel per alios, tracta de episcopis et prelatis qui, sive publicent sollempniter doctrinam hereticalem pape sive non, sustinent et permittunt quod doctrina erronea pape in suis diocesibus et inter suos subditos publicatur, tenetur, et docetur, nec sequaces pape heretici talia presumentes corrigunt vel castigant. Cupio enim scire an literati tales episcopos et prelatos reputant fautores heretice pravitatis vel peccare mortaliter, et qua pena sint plectendi. Dic autem primo de culpa eorum.

Magister: Quidam dicunt quod episcopi et prelati talia sustinentes aut sciunt aut scire tenentur quod sequaces pape doctrinam erroneam contra fidem tenent et docent, aut nesciunt nec scire tenentur, quia forte sequaces pape heretici ita occulte et secrete procedunt quod eorum excessus ad notitiam prelatorum pervenire non potest. Iterum, aut assertio pape heretici est condempnata explicite aut tantum implicite.

Si talis assertio est heresis implicite tantummodo condempnata, prelati, sive sciant sequaces pape tenere et docere doctrinam pape hereticam sive ignorent, non sunt propter hoc quod non corrigunt taliter tenentes et docentes fautores pravitatis heretice reputandi. Quemadmodum prelati episcopi, licet sciant theologos in suis diocesibus circa ea que ad fidem spectant contraria opinari et per consequens sciunt quod alteri tenent et docent errores (quia non est possibile quod utraque contradictoriarum sit consona catholice veritati), tamen non tenentur eos corrigere si neutri docent errorem explicite condempnatum.

Si autem assertio pape est heresis dampnata explicite, quia, videlicet, vel sub propria forma est ab ecclesia condempnata, vel eius contradictoria est expresse et patenter in scriptura divina reperta, vel est expresse in determinatione ecclesie approbata, vel est apud omnes catholicos tanquam

---

Capitulum 38,2 autem] *omitted* We | disseruisti] discrevisti Ly **3** publicantibus] We: predicantibus Bb Fi An Ly **5** sive] sunt Fi **6** sive] simul Fi | permittunt] permittant Bb **8** publicatur] We: publicetur Bb Fi An Ly | tenetur] et teneatur Ly | docetur] doceatur Ly **9** Cupio] We: puto Bb Fi An peto Ly **10** reputant] reputent Bb An We **11** vel] *omitted* Ly **12** primo] modo *added* Ly **14** sequaces] sequace Bb sequentes Ly **15** tenent] t'ʒ Fi **18** potest] possunt Ly | Iterum] Item Fi Ly **19** tantum] tenet Fi | tantum…20 heresis] *gap* An **20** talis] pape We **24** prelati] et *added* Ly **28** sit] sint An **29** neutri] neuter Fi | neutri docent] neuter docet Ly **35** approbata] aperta Fi An Ly

catholica divulgata, puta si papa assereret pertinaciter vel sollempniter diffiniret Christum non fuisse vere passum, aut nullam animam in inferno puniri, vel Christum non elegisse Iudam in apostolum, vel in Christo non fuisse duas voluntates, aut aliquid huiusmodi, in hoc casu episcopi et prelati qui scirent vel tenerentur scire sequaces pape tenere et pertinaciter docere talem doctrinam pape hereticam essent fautores heretice pravitatis si sequaces pape heretici minime cohercerent. Si autem nescirent nec tenerentur scire tales sequaces pape suos subditos taliter informare, nec scirent eos esse tales, non essent fautores heretice pravitatis.

Discipulus: Tantummodo tracta predictam materiam de episcopis et prelatis scientibus vel qui tenentur scire sequaces pape esse in suis diocesibus qui docent doctrinam pape explicite condempnatam, quando scilicet est rumor et fama de talibus.

Magister: Dicitur quod in hoc casu episcopi sunt fautores heretice pravitatis si huiusmodi tenentes et docentes doctrinam pape heretici non cohercent. Quod enim episcopi in hoc casu dampnabiliter peccant multis sanctorum auctoritatibus videtur aperte probari. Ait enim Augustinus, ut habetur dis. 83 c. *Nemo*: "*episcopus itaque qui talia crimina non corrigit magis dicendus est canis impudicus quam episcopus*".

Discipulus: Sicut ad episcopos non spectat corrigere papam, ita nec sequaces pape. Et ideo licet sequaces pape subditi episcoporum predicent, doceant, et teneant doctrinam hereticalem pape heretici, non sunt per episcopos cohercendi.

Magister: Ista responsio putatur tam stulta quod reprobatione non indiget, et tamen multipliciter reprobatur.

Capitulum 38,37 aut…38 puniri] PP* hint at the *visio beata* issue **57** dis…Nemo] D. 83 c. 2 col. 531

---

37 vere] vero An **38** vel] nec An | non] *omitted* An **40** et] vel An **41** tenerentur] tenentur Ly | tenere…42 docere] Ly: tenere pertinaciter et docere Bb Fi An docere et pertinaciter tenere We **42** hereticam] heretici Ly **44** tales] huiusmodi We **45** pape] heretici *added* We **47** tracta] We Vc: tractes Bb Fi An Ly Fr **48** vel] et An | sequaces…49 qui] papam habere in sua iurisdictione sequaces sue doctrine heretice puta de episcopis qui scirent vel tenerentur scire quod in suis diocesibus sunt plures qui tenent et We Vc Ba **49** pape[2]] hereticam *added* We **53** docentes] et *added* Bb **55** peccant] We Vc Fr: peccent Bb Fi An Ly **56** aperte] posse *added* Ly **57** 83] et *added* Ly | episcopus itaque] ita episcopus Ly | crimina] *omitted* Ly

Primo, quia ex hac responsione sequeretur quod quamvis aliqui predicarent, docerent, et tenerent fidem christianam esse falsam et Christum falsum fuisse prophetam, non essent per episcopos corrigendi sed tolerandi. Quod enim hoc absurdum sequatur patet aperte, quia possibile est quod aliquis papa futurus teneat et sollempniter diffiniat fidem christianam esse falsam et Christum fuisse falsum prophetam, quia nescitur an Antichristus erit papa futurus. Si ergo episcopi non debent corrigere sequaces pape heretici, ipsi non debent in hoc casu corrigere publice predicantes et docentes fidem christianam esse falsam et Christum fuisse falsum prophetam, quod omnes aures catholice horrerent.

Discipulus: Si papa hereticus tam enormiter deviaret a fide, sequaces eius essent per episcopos corrigendi. Sed si erraret in aliis non essent sequaces eius per episcopos corrigendi.

Magister: Ista responsio videtur nulla, quia ita episcopi tenentur corrigere unam heresim explicite dampnatam sicut aliam. Omnem enim heresim dampnatam explicite debent episcopi extirpare de suis diocesibus, et per consequens omnes hereticos docentes, predicantes, seu tenentes quamcunque heresim dampnatam explicite cohercere tenentur. Quare sequaces pape heretici quamcunque heresim dampnatam explicite predicantes, docentes, seu manifeste tenentes, sunt per episcopos castigandi, quia idem iuris est de magnis et de hiis que hereses parve videntur.

Discipulus: Improbasti uno modo responsionem meam ad auctoritatem beati Augustini. Improba aliter.

Magister: Quod sequaces pape heretici sint per episcopos corrigendi ostenditur sic. Propter pravitatem hereticam pape nullus est a iurisdictione episcoporum exemptus. Sed predicantes et docentes quamcumque heresim dampnatam explicite essent per episcopos castigandi si papa

---

73 quia…futurus] PP* | Antichristus] *Supra* 1 Dial. 6.19 **82** Magister] Cpre 1 Dial. 6.19 and 1 Dial. 6.33

---

66 Primo] sic *added* Ly **67** aliqui] publice *added* We **69** enim] autem Ly **70** quia] *omitted* We **73** erit] fuerit An **74** debent] debeant Ly **75** publice] *omitted* An | docentes] publice *added* An **77** catholice] ecclesie Ly **79** episcopos] cohercendi et *added* Ly **80** erraret] errarent Fi An **81** corrigendi] cohercendi We **83** tenentur] habent We **84** dampnatam] et *added* Bb **85** per] perper Fi **89** predicantes] vel *added* We **90** iuris est] videtur esse Ly **93** beati] sancti We **96** nullus] autem *added* Bb **98** episcopos] ipsos An

esset catholicus. Ergo propter hoc quod sunt sequaces pape heretici non sunt a iurisdictione episcoporum exempti, et per consequens ita sunt per episcopos corrigendi sicut si non essent sequaces pape. Iterum, sequaces pape non sunt magis exempti a iurisdictione episcoporum quam ipsemet papa hereticus. Sed cum papa hereticus sit omni dignitate privatus, eo ipso quod sit hereticus esset ratione delicti de iurisditione episcopi in cuius diocesi moraretur, sicut superius multipliciter est ostensum. Ergo sequaces pape heretici sunt per episcopos cohercendi.

Discipulus: Quid si episcopus attemptaret corrigere sequaces pape heretici, et ipsi ad papam appellarent, nunquid episcopus appellationi tali deferre deberet?

Magister: Respondetur quod tali appellationi esset minime deferendum. Tum quia a correptione appellare non licet nisi corrigens modum correptionis excederet. Tum quia ad hereticum appellare non licet. Et ita appellationi que fit ad papam hereticum est minime deferendum.

Discipulus: Quid si tales appellarent ad concilium generale?

Magister: Respondetur quod cum tales tenerent heresim dampnatam explicite, non esset deferendum appellationi eorum.

Discipulus: Alias auctoritates vel rationes ad conclusionem principalem adducas.

Magister: Quod episcopi qui tales sequaces pape heretici negligunt castigare dampnabiliter peccant et sunt fautores heretice pravitatis probatur per easdem auctoritates quibus supra cap. 32 et 33 est ostensum quod qui tacent cum possunt crimen heretice pravitatis corrigere, et qui consentiunt pravitati heretice, sunt fautores heretice pravitatis. Quia quamvis auctoritates ille et consimiles possunt de subditis intelligi, tamen principalius intelligende sunt de

---

106 superius] PP*. See 1 Dial. 6.57,76, and esp. 1 Dial. 6.90 (OP VI) **127** supra] 1 Dial. 7.32,33

---

99 esset] *omitted* Bb | propter] si per Fi per We **102** pape[1]] et *added* Bb Fi An heretici *added* Ly | Iterum] Item Ly | pape[2]] heretici *added* We **104** cum] *omitted* Bb Fi An | hereticus[2]] si *added* Fi An **105** sit] fit Fi **106** superius] supra We **108** cohercendi] corrigendi We **110** ipsi] nrī (=nostri?) Bb **111** deferre] differre An **114** nisi] *gap* An **119** cum] *omitted* An **120** dampnatam] dampnatum We **125** castigare] calligare An | peccant] peccent Ly **127** quibus] quas We **128** heretice] *omitted* An **130** ille] We: alie Bb Fi An Ly | possunt] possint We possent Ly

prelatis. Preter illas autem sunt multe alie ex quibus evidenter ostenditur quod prelati qui negligunt sequaces pape heretici castigare dampnabiliter peccant, et sunt merito inter fautores pravitatis heretice computandi.

Leo enim papa, ut habetur dis. 86 c. 1, ait: "*Inferiorum culpe ordinum ad nullos magis referende sunt quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam*". Ex quibus verbis patenter infertur quod culpe sequacium pape heretici docentium hereses dampnatas explicite in diocesibus episcoporum ipsis sunt episcopis imputande si sequaces pape heretici negligunt castigare. Imo fautores pravitatis heretice sunt censendi, quia illi qui nutriunt pravitatem hereticam sunt fautores pravitatis heretice. Tales autem episcopi, ut ex verbis predictis colligitur, nutriunt pravitatem hereticam, que est gravis pestilentia dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. Ergo merito fautores pravitatis heretice sunt censendi.

Item, Gregorius, ut legitur dis. 43 c. *Ephesiis*, ait: "*Ephesiis Paulus dicit 'munde sunt manus mee a sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis'. Mundus ergo a sanguine eorum non esset si eis Dei consilium annuntiare noluisset, quia, cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit*". Ex quibus verbis dupliciter patet quod episcopi qui non corrigunt sequaces pape heretici dampnabiliter peccant. Primo, quia ille dampnabiliter peccat qui non est mundus a sanguine subditorum. Sed episcopi negligentes corrigere subditos suos sequaces pape heretici a sanguine eorum non sunt mundi, quia consilium Dei, hoc est catholicam veritatem, non annunciant eis. Ergo non sunt mundi a sanguine eorum et per consequens dampnabiliter peccant. Iterum, ille dampnabiliter peccat qui alios occidit.

---

136 dis…1] D. 86 c. 1 (I*nferiorum ordinum*), col. 541 **150** dis… Ephesiis] D. 43 c. 4 col. 277 **151** dicit] Acts 20:26

---

132 autem] etiam Ly **137** referende] conferende An | ad[2]] *omitted* Bb **138** rectores] correctores Ly **139** austeriorem] austeritatem Bb Fi An **140** patenter] *omitted* Ly **144** illi] nulli Bb **146** predictis] We: *omitted* Bb Fi An Ly **148** austeriorem] austeritatem Fi An austeram Ly **150** Ephesiis] Ephesis Fi Ephesus An | ait] *omitted* Fi An **151** dicit] We: d^{t} Bb Fi An dixit Ly **152** subterfugi] subfugi Fi **153** omne] esse We **158** peccant…dampnabiliter[2]] *omitted* Fi **160** suos] *omitted* Ly **161** est] dictum *added* An dictu *added* Ly **162** non[1]] in *added* An annunciant] annunciat Bb An **164** Iterum] Item Ly | alios] aliquos We

Sed episcopi qui non corrigunt sequaces pape heretici eos tacendo occidunt, secundum sententiam beati Gregorii. Ergo dampnabiliter peccant.

Item, pastores qui gregem sibi commissum non defendunt a lupis crudeliter invadentibus dampnabiliter peccant. Sed episcopi et prelati, si non corrigunt et cohercent sequaces pape heretici manifestas hereses predicantes, docentes, ac tenentes, et ad tenendum alios inducentes, non defendunt a lupis gregem dominicum sibi commissum, sed, teste Isaia propheta, sunt "*canes muti non valentes latrare*". Sunt etiam iuxta vocem dominicam mercenarii, non pastores, quia veniente lupo fugiunt, dum, sequacibus pape heretici atrociter per pravitatem hereticam greges sibi commissos conantibus iugulare, sub silentio se abscondunt. Ergo dampnabiliter peccant, et merito, si greges sibi commissi pravitate inficiuntur heretica, est eis eadem infectio imputanda.

Item, illi sunt per episcopos cohercendi cum quibus nec ipsi nec subditi communicare debent. Sed nec ipsi episcopi nec eorum subditi communicare debent cum hereticis sequacibus pape heretici (24 q. 3 c. *Illud* et c. *Clericus* et c. *Cum quibus*), quia excommunicati sunt (Extra *De hereticis* c. *Ad abolendam* et c. *Excommunicamus* 1º et 2º et c. *Sicut*). Ergo sequaces pape heretici sunt per episcopos cohercendi.

Quinto principaliter videtur posse probari eadem conclusio sic. Putride carnes sunt a corpore resecande per illum qui curam corporis gerit, ne totum corpus penitus corrumpatur, et similiter ovis scabiosa et morbida repellenda est a caulis per illum qui curam caularum gerit, ne totus grex

---

174 teste Isaia] Isaiah 56:10 **185** 24…Illud] C. 24 q. 3 c. 34 col. 1887 c Clericus] C. 24 q. 3 c. 35 col. 1887 | c^3…186 quibus] C. 24 q. 3 c. 36 col. 1889 **186** Extra…187 abolendam] X. 5. 7. 9 col. 1672 **187** c^1…1o] X. 5. 7. 13 col. 1670 (*misprint for* 1680) | et 2o] X. 5. 7. 15 col. 1686 | c Sicut] X. 5. 7. 14 col. 1685 **190** sic] Cf. also 1 Dial. 6.11, 1 Dial. 6.63

---

165 sequaces…heretici] *omitted* Ly **168** Item…170 peccant] *omitted* An **169** invadentibus] mactantibus gregem We **171** predicantes] et *added* Bb Ly **172** docentes…tenentes] *omitted* Bb | tenendum] tenens Bb **174** valentes] volentes Ly **176** quia] qui Bb | sequacibus] sequaces Ly **179** commissi] *omitted* An **180** inficiuntur] inficiantur Ly eadem] tandem Ly **183** episcopi] *omitted* An **185** 24] 34 Ly **186** hereticis] heretici An **187** Ad abolendam] Absolvendum Ly abolendam] abolundam Fi | 1o…Sicut] *omitted* Ly **189** eadem] eadem We

inficiatur, teste Hieronymo qui, ut habetur 24 q. 3 c. *Resecande*, ait: "*Resecande sunt putride carnes, et scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus et pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est*". Sed sequaces pape heretici sunt putride carnes reliquas partes corporis corrumpentes, et sunt oves scabiose et morbide inficientes gregem, teste Hieronymo qui, ut legitur dis. 45 c. *Sed illud*, ait: "*Sicut ex una ove morbida universus grex inficitur, sic uno fornicante vel aliud quodcunque scelus committente* (et per consequens uno heretico doctrinam pape heretici publice predicante) *plebs universa polluitur*". Ergo sequaces pape heretici tanquam putride carnes et oves scabiose sunt per episcopos a corpore resecandi et a caulis fidelium repellendi.

Sexto sic. Episcopi et prelati voce prophetica iubentur ab omnibus malis spiritualiter recedere et exire, et eos omnino non tangere, teste Isaia qui, 52º capitulo, ait: "*Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere*". Quod exponens beatus Augustinus in libro De verbo Domini, et habetur 23 q. 4 c. 1, ait: "*Tolerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur, sed spiritualiter*". Et idem, ut habetur causa et questione predictis cap. *Ecce inquiunt*, ait: "*Ecce, inquiunt, dicit propheta: 'recedite, exite inde, et immundum ne tetigeritis'. Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus a quibus exire et recedere iubemur ne*

---

194 24…195 Resecande[1]] C. 24 q. 3 c. 16 col. 1881 **202** dis…illud] D. 45 c. 17 col. 295 **211** teste Isaia] Isaiah 52:11 **214** 23…1] C. 23 q. 4 c. 1 (*Tollerandi*) col. 1715 **216** cap…217 inquiunt[1]] C. 23 q. 4 c. 4 col. 1717

---

194 habetur] legitur We | 3] 2 Ly **195** Resecande[1]] Resecando Bb **196** repellenda] est *added* Ly | corpus…197 pecora] et corpus Ww **197** ardeant] ardeat Bb Fi An Ly ardeunt We et *added* Ly | corrumpantur] corrumpatur Ww et *added* Ly | putrescant] putrescat Ww et *added* Ly intereant] intereat Ww | Arius] Acrius Ly **198** scintilla] scincissa Fi scinssima An | quia] quoniam Ww | oppressa] Ly: oppressus Bb Fi An We **199** eius] est Fi | Sed] Et Bb Fi An **200** reliquas] re[cas] Fi rectas An **202** Sed] *omitted* Ww **203** sic] etiam ex *added* Ww **204** quodcunque] quodque We | scelus] permittente *added* An **208** resecandi] secandi We **209** sic] *omitted* Ly | voce] voca We **211** capitulo] Recedite Ly **213** beatus] Gregorius *added* Fi An | verbo] verbis Ly **214** 4] *omitted* Fi An **215** recedatur] recedendum est Ly **217** inquiunt[1]…inquiunt[2]] *omitted* Ly | recedite] et *added* An Ly **218** inde] *omitted* We | et] *omitted* Ly | Quomodo] Quoquomodo Ly

tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus". Ex quibus verbis patet aperte quod prelati ab universis malis spiritualiter tenentur recedere. Ergo spiritualiter tenentur recedere a sequacibus pape heretici doctrinam pape erroneam docentibus et tenentibus. Episcopi autem et prelati a sequacibus pape heretici spiritualiter non recedunt nisi eos corrigendo et cohercendo, si possunt. Ergo episcopi et prelati sequaces pape heretici debent corrigere et arcere.

Quod autem episcopi et prelati spiritualiter non recedunt a talibus sequacibus nisi cum eos, quando possunt, corrigunt et castigant, patet aperte per beatum Augustinum qui, ut habetur 23 q. 4 c. 1, ait: "*spiritualiter exire est facere quod pertinet ad correctionem malorum quantum licet pro gradu cuiusque salva pace*". Et infra: "*hoc est exire, ore non parcere, hoc est immundum non tangere, voluntate non consentire*".

Item, idem, ut habetur causa et questione predictis c. *Ecce*, ait: "*Clamamus et nos, et dicimus vobis, recedite, exite inde, et immundum ne tetigeritis, sed contactu cordis non corporis. Quid est enim tangere immundum nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salva pace, fieri potest?*" Et infra: "*quidquid inter vos malorum esse nostis, quantum potestis, improbate,*

---

232 23…1] C. 23 q. 4 c. 1 (*Tollerandi*) col. 1716-1717 **234** infra] *ibid.* col. 1717 **237** c…238 Ecce] C. 23 q. 4 c. 4 col. 1717 **243** infra] *ibid.*

---

220 tangamus] tangimus Bb | Nos] *omitted* Ly **222** Ergo…225 prelati] Cum igitur Ly Cum (=Vg) igitur a (=Vg^2) Vg/Vg^2 | Ergo…225 a] Cum An **223** tenentur] debent We **224** docentibus] decentibus Bb **229** spiritualiter] *omitted* We | recedunt] recedant Bb Ly **230** talibus sequacibus] sequacibus pape heretici We Vc | sequacibus] *omitted* Bb corrigunt] corrigere Bb corrigant Fi An **231** castigant] castigare Bb **232** 1] *omitted* An Ecce Ly | ait] *omitted* Fi ain An | spiritualiter] autem *added* Ww **233** gradu] gratia Ly **234** cuiusque] cuiuslibet Fi An Ly | hoc] ergo *added* Ww | est] etiam Fi An | exire] *omitted* Bb Ly **235** parcere] procedere Fi An | hoc est] *omitted* Ly | voluntate] in voluntate We **237** idem] *omitted* Ly | habetur] hebetur Ly **238** et^1] *omitted* Ww | recedite] et *added* Fi An | exite] *omitted* Bb **239** sed] scilicet Ly | contactu] tactu Fi An Ly | cordis] tantummodo *added* Ly **240** nisi] exire *added* Fi **241** autem] enim facere Fi enim An Ly **242** malorum] *omitted* Ww | quantum] quod Ly | gradu] *omitted* An gratia Ly **243** atque] *omitted* Bb | quidquid] quicquid An We Ly **244** vos] nos Ly | nostis] We: noscitis Bb Fi An Ly

ut corde recedatis, et redarguite, ut exeatis inde, et nolite consentire, ut immundum non tangatis".

Item, idem Augustinus, ut habetur causa et questione eisdem c. *Recedite*, ait: "*Quid est autem exire inde nisi facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salva pace, fieri potest? Displicuit tibi quod quisque peccavit? Non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigit, congruam et que unitatem non violet disciplinam? Existi inde*". Et infra: "*Hoc est exire, ore non parcere, hoc est immundum non tangere, et voluntate non consentire*". Ex quibus, ut videtur, colligitur evidenter quod a malis quibuscunque, et per consequens a sequacibus pape heretici, prelati spiritualiter non recedunt nisi faciant quod spectat ad correptionem eorum, nisi ore non parcant, nisi redarguant, nisi corripiant, nisi moneant, nisi, quando possunt, congruam adhibeant disciplinam. Quare patenter infertur quod sequaces pape heretici sunt per episcopos et prelatos arcendi.

Discipulus: Ex predictis verbis Augustini colligitur quod sequaces pape heretici, quando salva pace nequeunt coherceri, sunt equanimiter tolerandi. Ergo non est semper necesse quod episcopi et prelati eos corrigant et castigent.

Magister: Ad hoc dupliciter respondetur. Primo, quia secus est de crimine heresis et de aliis minoribus. Quia heretici totam salutem nituntur extinguere, et ideo ipsis est resistendum etiam usque ad mortem, quia in decretis 7 q. 1 c. *Adversitas* § *Hoc tunc* vel § *Cum vero* sic legitur: "*Cum vero non prelatorum tantum sed totius ecclesie salus queritur,*

---

248 c Recedite] C. 23 q. 4 c. 9 col. 1719 **254** infra] *ibid*., col. 1721 **268** Ad…quia] PP* Cf. below. **271** 7…272 vero[1]] *Dictum Gratiani post* C. 7 q. 1 c. 48 col. 1113

---

245 et[1]] *omitted* Ww | inde] mundi An mente Ly **246** ut] *omitted* Ww non] ne Ww **247** ut habetur] *omitted* An **248** autem] etiam Ww **250** gradu] gratia Ly | potest] posset Ly **251** peccavit] tibi quod quisque peccavit *added dittography* Fi peccaverat Ly **253** etiam] et Bb unitatem] unitatis Bb veritatem Ly **254** Existi] Existis Bb | ore…255 parcere] inde Ww **256** consentire] et ore non parcere *added* Ww quibus] verbis *added* Ly **260** nisi[3]] et Ly **264** Ex] E Bb quibus *added* An **267** eos] sequaces pape heretici We **268** quia] quod An Ly **269** heresis…270 extinguere] *omitted* Bb | minoribus] criminibus *added* We **270** salutem] ecclesie *added* We **271** etiam] *omitted* Bb c…272 Adversitas] Ly Vg[2]: *omitted* Bb Fi An We **272** §[1]] *omitted* Fi An | Hoc] Hic Ly | §[2]] *omitted* Fi An **273** queritur] q[r] Fi q[a] An queritur…274 impugnatur] impugnatur scilicet fides Ly

fides impugnatur, necesse est, ut ex adverso ascendant, et in die belli seipsos murum opponant pro domo Domini, et animas suas ponant pro ovibus suis, ut exemplo sue passionis accendant quos sermone doctrine diutius confirmare non valent". Ex quibus verbis colligitur quod cum sequaces pape heretici totius ecclesie salutem querant destruere, fidemque impugnant, necesse est quod prelati se eis opponant etiam usque ad mortem, eis firmiter resistendo et quantum vires suppetunt compescendo. Cum hereticis nullo modo in dampnum fidei est pax habenda. Pro istis enim dixit Christus Matthei 10: "*Nolite arbitrari quia venerim mittere pacem in terram, non veni mittere pacem sed gladium*". Et Luce 12: "*Putatis quia pacem veni dare in terram, non dico vobis sed separationem*". Ex quibus verbis colligitur quod cum hereticis non est pax habenda ut propter eam prelati ab eorum correptione desistant.

Aliter dicitur quod ubi cernerent episcopi evidenter quod ex cohertione hereticorum nullus fructus neque fidei neque fidelium proveniret, sed gravis oriretur catholicorum turbatio, episcopi possent a correctione cessare ad tempus. Quod intelligendum est non tantum respectu sequacium pape heretici, sed respectu quorumcunque hereticorum. Et ita equaliter omnino coherceri debent sequaces pape heretici sicut sequaces imperatoris heretici vel alterius divitis et potentis. Ubi enim prelati viderent quod ex cohertione sequacium imperatoris heretici grave periculum fidei immineret absque omni fructu, possent a correctione cessare. Ita est etiam sentiendum, ut videtur, de sequacibus pape

284 Matthei 10] Matthew 10:34 **285** Luce 12] Luke 12:51 **290** Aliter dicitur] PP* at lines *290-308*. But such thoughts could have easily emerged by reference to the challenges developing in Germany just prior to Lewis' decision to change his policy as to negotiations with John XXII in October 1331.

275 seipsos] ut *added* Ly | murum] nimirum Fi | Domini] Dei *added* Ly | et] Ly: *omitted* Bb Fi An We **276** ponant] *omitted* Bb Fi An **277** accendant] attendant Ly **279** ecclesie] *omitted* Bb | querant] querunt Ly | destruere] *omitted* Fi An We **280** impugnant] impugnent We | impugnant…281 eis] *omitted* Bb | etiam] et An **281** eis firmiter] *omitted* Ly **282** compescendo] unde *added* Ly | hereticis] enim *added* We **283** dixit] d^t Fi dicit Ly **284** 10] 18 Bb Fi An We 19 Ly **285** non] dico *added* Bb | gladium] gli'am An | 12] ait *added* We **286** dare] mittere An Ly **290** cernerent] cernerant Fi tenuerant An **291** ex] de Ly **292** sed] et Ly | gravis] gravius An | catholicorum] correctio *added* An **300** possent] possunt Ly | cessare] cessaris Bb cesaris An **301** sentiendum] sciendum Ly

heretici. Et ita nec ratione papatus, nec ratione imperii, nec ratione regni est cessandum a cohertione sequacium pape heretici, sed ratione periculi quod propter potentiam pape heretici vel imperatoris, vel propter aliquam aliam causam que ita reperiri potest in sequacibus imperatoris heretici sicut pape, possent prelati dissimulare interdum et a cohertione sequacium pape vel imperatoris heretici abstinere.

Discipulus: Ut prolixitatem quantum possumus evitemus, auctoritates tam scripture divine quam sanctorum patrum ex quibus possunt accipi argumenta ad probandum hanc eandem conclusionem allega, rationes ex eis non formando.

Magister: Pro hanc conclusione hortari videtur Isaia 58º capitulo dicens: "*Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam et annuncia populo meo scelera eorum et domum Iacob peccata eorum*".

Item, Ieremie 23 c. scribitur: "*Ve pastoribus qui dispergunt et dilacerant gregem pascue mee, ait Dominus*". Et post: "*Vos dispersisitis gregem meum et eiecistis eos et non visitastis eos*".

Item, Ezechiel 34 sic legitur: " *Ve pastoribus Israel qui pascebant semetipsos, nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis et lanis operiebamini et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit non consolidastis et quod egrotum non sanastis,*

---

309 Discipulus] PP* **314** Isaia] Isaiah 58:1 **318** Ieremie] Jeremiah 23:1 **320** post] Jeremiah 23:2 **322** Ezechiel] Ezechiel 34:2-5

---

302 Et…305 heretici] *omitted* Ly Vg **303** a] ad Bb | pape…304 heretici] *omitted* We **304** propter] *omitted* Fi **305** vel imperatoris] *omitted* Bb **306** reperiri] reputari Ly **307** pape] in sequacibus pape heretici We nec ratione imperii nec ratione regni est cessandum a cohertione pape heretici, sed ratione periculi vel propter aliquam aliam causam que ita reperiri potest in sequacibus pape heretici vel imperatoris heretici ratione cuius licet quandoque abstinere *added* Ly Vg/Vg^2 possent] pñt Fi possunt An **309** Ut] *omitted* Ly **312** hanc] *omitted* Ly hanc…conclusionem] quod episcopi et prelati cohercere tenentur sequaces pape heretici sibi subditos We Vc Ba | eandem conclusionem] eadem conclusione Bb | ex] ab Ly **314** conclusione] conclusioni Bb hortari] hortatï An exhortari Ly | 58o] 55º Ly **315** quasi] a Bb *omitted* Fi An **316** meo] tuo An (*cancelled*) *omitted* Bb Fi | domum] domm (*compressed*) Bb domui Fi An **318** Ve] de An **319** ait] dicit Ww **321** non] *omitted* Bb Fi An | visitastis] visitatis Bb visientis Fi **322** legitur] loquitur Ly | Ve] de An | Israel] *omitted* Bb **324** erat] Ly: est Bb Fi An We **326** quod] quid Bb | egrotum] est *added* Bb Fi An erat *added* Ly

quod fractum est non alligastis et quod abiectum est non reduxistis, quod perierat non quesistis sed cum austeritate eis imperabatis et cum potentia, et disperse sunt oves mee eo quod non esset pastor, et facte sunt in devorationem omnium bestiarum agri", sequacium scilicet pape heretici totam fidem vastantium orthodoxam.

Item Threnorum 2: "*Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad penitentiam provocarent*".

Item, prelati huiusmodi increpantur Ezech. 13 cum dicit Dominus: "*Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die Domini*". Et 33 cap. sic habetur: "*Si speculator viderit gladium venientem et non insonuerit bucina, et populus non se custodierit, veneritque gladius et tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram*".

Item, Exod. 22: "*Maleficos non patieris vivere*".

Item, Deuter. 13: "*Si surrexerit in medio tui prophetes*" etc. Quere supra libro sexto capitulo 99.

Item, ibidem: "*Si tibi voluerit persuadere frater tuus*" etc. Quere ubi prius.

Item, ibidem: "*Si audieris in una urbium tuarum*" etc. Quere ubi supra.

Item, Deuter. 17: "*Cum reperti fuerint*" etc. Quere ubi prius.

Item, Ierem. 3 dicit Dominus: "*Dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascent vos scientia et doctrina*". Et Ierem. 6: "*Pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt*".

---

333 Threnorum] Lamentations 2:14 **336** Ezech 13] Ezechiel 13:5 **339** 33 cap] Ezechiel 33:6 **344** Exod 22] Exodus 22:18 **345** Deuter 13] Deuteronomy 13:1 **346** supra] 1 Dial. 6.99.xxxx (OP VI) **347** ibidem] Deuteronomy 13:6 **348** ubi prius] 1 Dial. 6.99.xxxx (OP VI) **349** ibidem] Deuteronomy 13:12 **350** ubi supra] 1 Dial. 6.99 xxxx (OP VI) **351** Deuter 17] Deuteronomy 17:2 | ubi…352 prius] 1 Dial. 6.99 (OP VI) **353** Ierem 3] Jeremiah 3:15 **354** Ierem…355 6] Jeremiah 6:3

---

328 quesistis] quesivistis An **329** cum] omni We | et[2]] *omitted* Ly **331** scilicet] *omitted* Bb **332** vastantium] devastantium Fi An Ly **333** 2] 21 An **334** te] *omitted* Bb Fi An **337** opposuistis] apposuistis An posuistis Ly vos *added* Ww **338** in[2]] *omitted* We | die] domo Ly **340** bucina] buccinam Ly **341** de] ex An | ille] We: ipse Bb Fi An Ly **342** in] *omitted* Bb Fi An **344** 22] *gap* An **345** prophetes] propheta Ww **346** etc] et Bb Fi An **348** etc] We: *omitted* Bb Fi An Ly **351** 17] 16 Ww **353** Item] *omitted* Ly | vobis] *omitted* Fi **354** cor] We: nomen Bb Fi An Ly **355** eos] eo Bb

Item, Malach. 2: "*Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam*" etc.

Item, Ezech. 3: "*Si, dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaveris ei neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram*".

Item, Apostolus ad Titum 1: "*Oportet enim episcopum sine crimine esse*". Et post: "*amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit et exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere*". Et post: "*Increpa illos dure ut sani sint in fide*".

Item, 1ª ad Corinth. 5: "*Auferte malum ex vobis ipsis*".

Item, 1ª ad Tim. 5: "*Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant*".

Item, ad Galatas 2: "*Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat*".

Discipulus: Sufficiant iste auctoritates ex scripturis divinis accepte. Ideo auctoritates sanctorum patrum ad eandem conclusionem adducas.

Magister: Hoc beatus Hieronymus sentire videtur, cum dicit in prologo Biblie: "*Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest: et quantum edificat ex vite merito ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat*".

---

356 Malach 2] Malachi 2:7 **358** Ezech 3] Ezechiel 3:18 **362** Titum 1] Titus 1:7 **363** post] Titus 1:9 **365** post] Titus 1:13 **367** 1a…5] 1 Corinthians 5:13 **368** 1a…5] 1 Timothy 5:20 **370** Galatas 2] Galatians 2:11 **376** dicit] Hieronymus, *Epistola ad Paulinum presbyterum*, c. 3 (PL 22, col. 542)

---

356 enim] *omitted* Ww **357** scientiam] sententiam Ly | etc] et legem requirerent ex ore eius quia angelus Domini exercituum est We Vc Ba **358** Item] We: Et Bb Fi An Ly | morte] mortam Fi **359** annuntiaveris] annuntieris Bb An **360** avertatur] vir *added* Bb Fi An We | vivat] Ly: *omitted* Bb Fi An We **361** sua] *omitted* Bb Fi An | tua] sua Bb Fi An **362** Item] We: Et Bb Fi An Ly | Apostolus] post Fi p^9 An *omitted* Ly 1] 3 Fi An | enim] *omitted* Ww **363** post] p^9 Bb Fi An prius Ly amplectentem eum] amplectantem eu Bb **364** et] *omitted* Ww **366** dure] *omitted* Fi **367** ad] Vg Ba Es Fr: *omitted* Bb Fi We Ly | ad… 368 1a] *omitted* An **368** 1a] infra Ly | 5] 4 Ww | argue] We: arguatur Bb arguantur Fi An arguentur Ly **369** et] *omitted* An We Ly **371** faciem] facie An | ei] eius Bb Fi An | restiti] $rest^{o\mathfrak{z}}$ Bb **373** Ideo] aliquas *added* Ly | auctoritates] auctoritas Bb **375** Hoc] Huic Ly beatus] *omitted* Ly | sentire] consentire Ly **376** Sancta quippe] *omitted* An **377** quantum] quamvis An | edificat] hedificat We **378** resistat] resistet An

Item, Innocentius 3us , ut legitur Extra *De simonia* c. *Licet Heli*, ait: "*Licet Heli summus sacerdos in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, et in se pariter et in ipsis animadversionis divine vindictam excepit, dum, filiis eius in bello peremptis, ipse de sella corruens fractis cervicibus expiravit. Ad corrigendos ergo subditorum excessus tanto diligentius debet prelatus assurgere quanto dampnabilius eorum offensas desereret incorrectas*". Et ista sententia ultima sub eisdem verbis ponitur *Extra De accusationibus c. Qualiter et quando* 2o .

Item, idem, ut habetur Extra *De officio iudicis ordinarii* c. *Irrefragabili*, in concilio generali ait: "*Irrefragabili constitutione sancimus, ut ecclesiarum prelati ad corrigendum subditorum excessus, maxime clericorum, et reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur*". Ubi dicit glosa: "*Durum verbum est istud pro prelatis negligentibus subditos corrigere*".

Item, Anacletus, scribens cunctis fidelibus ut legitur dis. 83 c. *Nichil*, ait: "*Nichil illo est pastore miserius qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis et gregibus ovium potest*".

Item, papa Nicholaus, ut legitur dis. 43 c. *Dispensatio*, ait: "*Dispensatio est nobis celestis seminis iniuncta: 've si*

---

379 Extra…380 Heli[1]] X. 5. 3. 31 col. 1627 **388** Extra…2o] X. 5. 1. 24 col. 1599 **389** Extra…390 Irrefragabili[1]] X. 1. 31. 13 col. 410 **394** glosa] ibid., s.v. ne sanguis eorum **397** dis…398 Nichil[1]] D. 83 c. 6 col. 533 **402** dis…Dispensatio] D. 43 c. 5 col. 277 **403** iniuncta] 1 Corinthians 9:16

---

379 3us] 39 Ly **380** Heli[1]] olim We | Heli[2]] olim We **381** filiorum] suorum *added* Ww **382** animadversionis] animaversionis We **383** excepit] We: accepit Bb Fi An Ly | filiis] filius An Ly | peremptis] perempti· An peremptus est et Ly **385** tanto] tato Bb **386** offensas] offensus An | desereret] We: deserit Bb Fi An Ly **387** eisdem verbis] eodem verbo Ly **388** 2o] *omitted* Ly **389** ut habetur] *omitted* Ly **390** Irrefragabili[1]] Inreffragabili Bb Ly In irrefragabili An | Irrefragabili[2]] Inreffragabili Ly **391** ecclesiarum] ecclesiasticorum An **392** et] *omitted* We **393** reformandos] formando Fi An formandos Bb We Ly **395** pro] *omitted* Ly | subditos…396 corrigere] subditorum correctionem Ww **397** fidelibus] *omitted* Ly **398** est] *omitted* Ww **400** delegerit] Ly: diligerit Bb Fi An diligit We | erit] et *added* Ly **401** pastorum] Ly: pastor Bb Fi An We **403** celestis] scelestis We | seminis] feminis Bb

non sparserimus, ve si tacuerimus'. Quod cum electionis vas formidet et clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est. Proinde, sicut non leve discrimen incumbit pontificibus, siluisse pro divinitatis cultu et ecclesie correctionie quod congruit..." etc.

Item, Gregorius, ut legitur dis. 43 c. *Sit rector*, ait: "*Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sepe namque rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt*".

Cui concordat Hieronymus, ut legitur dis. 45 c. *Sed illud*, dicens: "*Sed illud non otiose transmittendum est, quod uno peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? Quando sacerdotes qui populo presunt, erga delinquentes benigni videri volunt, et verentes peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur, sacerdotalis severitatis immemores nolunt complere quod scriptum est 'peccantem coram omnibus argue'*". Et infra: "*Dum uni parcunt, universe ecclesie moliuntur interitum. Que ista bonitas ? que ista misericordia ? Uni parcere et omnes in discrimen adducere?*"

Item, Anacletus, ut legitur dis. 43 c. *Scimus*, ait: "*Scimus autem multos ob id infestare doctores ut eos perdant, et*

---

409 dis…rector] D. 43 c. 1 col. 273 **414** dis…415 illud[1]] D. 45 c. 17 col. 295 **420** scriptum est] 1 Timothy 5:20 **421** infra] D. 45 c. 17 col. 295 **425** dis…Scimus[1]] D. 43 c. 3 col. 277

---

404 sparserimus] Ly Vg: sparsimus Bb Fi An We | tacuerimus] non *added* An **405** cuilibet] *omitted* We | metuendum] metandum An **406** Proinde] Primum An Metuendum est ergo Ly | sicut] si Ly **407** pro…408 congruit] quod congruit Ww **408** congruit] 9^^it (=*abbr. can be either* congruit *or* contrahit) Bb contrahit Fi An **409** c…rector] *omitted* Ww | ait] *omitted* An **410** incauta] *omitted* Bb | errorem] Bb: errore Fi An erroret We | pertrahit] detrahit Ww | ita] .i. An **411** erudiri] erud^t Bb | errore] errorem Ww **412** namque] doctores *added* Bb Fi An Ly | gratiam] We: gloriam Bb Fi An Ly **414** Hieronymus] Isidorus Ox **415** transmittendum] transcurrendum Bb Fi An Ly transcendendum We **416** peccante] peccatore We **417** quando] quomodo Bb Fi An We quoque Ly | Quando] Quõ An **418** benigni] benevoli Bb benivoli Fi An We Ly | et] illi *added* Ww **419** loquantur] loquentur An **421** coram] turbam An **423** bonitas] misericordia est Bb Fi We Ly minima est An | ista] ita An | misericordia[2]] bonitas Bb Fi An Ly benignitas We | parcere] We: proficere Bb Fi An Ly | et] *omitted* Bb **424** adducere] adducentur Fi An **426** id] illud Ly doctores] suos *added* Ww

proprie voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires suppetunt) a recta emulatione et bona intentione recedere debent, scientes quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam". 430

Item, Leo papa, ut habetur 24 q. 3 c. *Illud sane*, ait: "*Illud sane plurimum michi displicere significo, quod inter dilectionis tue clericos quidam esse dicuntur qui adversariorum conveniant pravitati, et vasa ire vasis misericordie misceantur. Quibus investigandis et severitate* 435 *congrua cohercendis debet diligentia tua vigilanter insistere, ita ut hiis quibus prodesse non potuerit correptio, non parcat abscissio. Oportet enim nos evangelici meminisse mandati, quod ab Ipsa Veritate precipitur ut, si nos oculus aut pes, aut dextera scandalizaverit manus, a compage corporis auferatur,* 440 *quia melius sit hiis in ecclesia carere membris, quam cum ipsis in eterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab hiis qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abicienda prorsus pestifera hec a sacerdotali vigore patientia est que sibimet, peccatis aliorum* 445 *parcendo, non parcit*".

Item, Gregorius in Registro, ut legitur Extra *De regulis iuris* c. *Quamvis*, ait: "*Non potest esse pastoris excusatio si lupus oves comedit et pastor nescit*".

Item, Cornelius papa, ut habetur dis. 47 c. *Quod ad nos*, 450 ait: "*Quod ad nos attinet, conscientie nostre convenit, frater, dare operam ne quis culpa nostra de ecclesia pereat*".

---

431 24…sane] C. 24 q. 3 c. 34 col. 1887 **439** precipitur] Matthew 5:29-30 **447** Extra…448 Quamvis] X. 5. 41. 10 col. 1965 **450** dis…nos] D. 47 c. 10 col. 307

---

427 voluntatis] vo^{tes} Bb latis Fi | adimpleant] et *added* We | propterea] propter Fi **429** intentione] intemptione We | qui] per Fi An **432** displicere] dispicere Bb An | quod] et *added* Bb We est Fi An inter…433 dilectionis] interdictionis Ww **433** clericos] clerici Ly dicuntur] dicunt An **434** conveniant] Ly: conveniunt Bb Fi An We vasa ire] vesanie vasis Ww | vasis] vasa Ww **435** misericordie] We: mîe Bb Fi An Ly | severitate] severitatem An **436** congrua] convenientia An | diligentia] dili^{na} An | tua] tela Fi **437** ita] *omitted* Ww | potuerit] poterit Ww | parcat] appareat An **438** Oportet] et *added* Ly | nos] vos Fi An Ly | mandati] mandat Bb **439** ab] absque An | nos] vos Fi An Ly | aut^{2}] *omitted* An **440** dextera] dexteram An dextra Ly | scandalizaverit] scandalizat We **441** quia] quasi We ecclesia] seculo Ww **442** superfluo] superflue We **443** quos] quod Fi **445** est] Ly: *omitted* Bb Fi An We **448** pastoris] pastorum Ly **450** papa] We: *omitted* Bb Fi An Ly | Quod] Quo Ly **451** ait…nos] *omitted* Ly attinet] pertinet Ww | frater] semper Ww

Discipulus: Plures allegasti auctoritates ex quibus accipere nescio argumentum ad probandum quod episcopi et prelati debent cohercere sequaces pseudopape heretici. Quare, da michi vias quibus omnes auctoritates ad propositum valeam applicare.

Magister: Tribus propositionibus tanquam certis suppositis, satis patenter potest conclusio suprascripta ex auctoritatibus allegatis inferri.

Quarum prima est quod non minus debent episcopi et prelati corrigere hereticos sibi subiectos quam alios criminosos.

Secunda est quod prelati et episcopi omnes sibi subiectos hereticos et catholicos debent per se vel per alios de veritate fidei informare (Extra *De officio iudicis ordinarii* c. *Inter cetera*). Quod maxime veritatem habet quando heretici greges prelatorum a veritate nituntur avertere.

Tertia est quod sequaces pape heretici per hoc quod sunt sequaces pape heretici a iurisdictione episcoporum et prelatorum minime sunt exempti, cum ipsemet papa hereticus propter hoc quod sit hereticus iudicio catholicorum reddatur subiectus.

Capitulum 39

Discipulus: Nunc michi apparet quod, ex omnibus auctoritatibus tam scripture divine quam sanctorum patrum prescriptis, scio sumere argumentum ad probandum quod episcopi et prelati sequaces pseudopape heretici cohercere tenentur, si possunt. Ideo nunc dic qua pena, si episcopi et prelati subditos suos sequaces pape heretici neglexerint cohercere, sint merito percellendi.

Magister: Respondetur quod sint excommunicationis vinculo alligati, ac etiam ab officio suspendendi, et ab episcopali officio et omni alio deponendi.

---

466 Extra…467 cetera] X. 1. 31. 15 col. 414

---

456 vias] via An | omnes] *omitted* Ly **459** patenter] *omitted* Ly **461** est] hec *added* Ly | debent] deberent Ly **462** quam…465 subiectos] *omitted* Bb **464** quod] omnes *added* Ly **465** et] vel Ly alios] non criminosos *added* Ly **467** cetera] orca (*garbled*) Fi vetera An | Quod…469 quod[2]] *omitted* Bb **469** per] propter An Ly quod[2]…470 heretici] *omitted* Ly **470** episcoporum] episcorum Ly **472** propter] per Bb Fi An **Capitulum 39,1** …] *omitted* We **4** sumere] S~~ We **5** pseudopape] seudopape Bb **10** vinculo] *omitted* Bb | ac] *omitted* An Ly | etiam] et Ly | ab[2]] *omitted* Bb | ab[2]…11 alio] enim aliud An **11** et] ab *added* Ly

Quod sint excommunicationis vinculo innodati patet. Quia sunt fautores et hereticorum quos non corrigunt et castigant cum debent, et etiam heretice pravitatis quam de suis iurisdictionibus non extirpant. Tales autem fautores sunt excommunicationis sententia innodati (Extra *De sententia excommunicationis* c. *Noverit* et Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus* 1º).

Sunt etiam ab officio suspendendi. Nam non minus est ab officio suspendendus qui non impugnat hereticos sequaces pseudopape heretici quam qui non impugnat fornicatores. Sed episcopus qui non impugnat fornicatores est ab officio suspendendus, teste Gregorio qui, ut legitur dis. 83 c. *Si quis*, ait: "*Si quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum vel crimen incestus in sua parochia pretio interveniente vel precibus consenserit, vel commissum sibique compertum auctoritate officii sui non impugnaverit, ab officio suspendatur*". Ergo episcopus qui hereticos sequaces pape heretici non impugnat, multo fortius est ab officio suspendendus.

Quod vero episcopi qui tales non cohercent sint ab episcopali officio deponendi, testatur concilium generale sub Innocentio 3º celebratum, in quo, ut habetur Extra *De hereticis*, capitulo *Excommunicamus* 1º , sic legitur: "*Si quis enim episcopus super expurgando de sua diocesi heretice pravitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, ab episcopali officio deponatur, et in locum ipsius alter substituatur idoneus qui velit et possit hereticam confundere pravitatem*". Quibus verbis clare asseritur quod episcopus negligens suam diocesim de pravitate heretica expurgare est penitus deponendus. Quare,

---

Capitulum 39,16 Extra…17 Noverit] X. 5. 39. 49 col. 1923 **17** Extra…18 1o] X. 5. 7. 15 col. 1683 **23** dis…quis] D. 83 c. 1 col. 531 **33** Extra…34 1o] X. 5. 7. 13 col. 1685

---

13 Quia sunt] cum sint Ly | et[1]] *omitted* We Ly | et[2]] innodati patet. Quia sunt fautores et hereticorum quos non corrigunt et *added dittography* Fi **15** extirpant] exitirpant Bb **18** 1o] *omitted* Bb Ly **19** Nam] Quia Ly **21** pseudopape] seudopape Bb | impugnat] impugnant An Ly **22** episcopus] *omitted* Ly **23** 83] 82 Ly **25** subdiaconorum] *omitted* Ww **26** consenserit] concesserit We Ly contempserit Bb Fi An **27** sibique compertum] *omitted* Ww | auctoritate] auctoritates Bb | sui] *omitted* Ly **28** suspendatur] We: suspendetur Bb Fi An Ly **33** ut habetur] habetur ut Bb **34** 1o] *omitted* Bb **35** enim] autem Ww **36** id] illud Bb Fi Ly **37** apparuerit] et *added* Bb Fi An Ly **40** asseritur] videtur asserere Ly **41** deponendus] depo[da] Fi

cum sequaces pape heretici a iurisdictione episcoporum nullatenus sint exempti, episcopus qui eos non cohercet est omnino deponendus.

Discipulus: Verba concilii generalis non sunt intelligenda de episcopo non cohercente sequaces pape heretici, quia talis episcopus non est deponendus, quia non est deponendus a papa (cum papa hereticus talem episcopum magis confirmaret), nec ab aliquo alio archiepiscopo vel primate vel patriarcha, quia nullus eorum potest episcopum ab officio episcopali deponere.

Magister: Respondetur quod episcopus qui negligit sequaces pape heretici cohercere deponendus est a papa catholico quandocunque fuerit canonice ad papatum assumptus. Unde accusandus est a catholicis coram papa catholico quando fuerit, et papa catholicus ipsum habet deponere.

Discipulus: Quid facient interim subditi talis episcopi?

Magister: Respondent quidam quod subditi vitabunt ipsum tanquam excommunicatum, et expectabunt papam futurum catholicum qui deponet eum. Unde idem facient de tali episcopo quod facerent de episcopo qui propter abnegationem spontaneam fidei, vel propter occisionem alterius episcopi vel sacerdotis, manifeste et publice incurreret excommunicationis sententiam.

Capitulum 40

Discipulus: Dic breviter et in summa quid, secundum priorem sententiam, episcopis esset agendum, si in suis diocesibus sequaces pape heretici doctrinam eius erroneam predicarent, docerent, et tanquam catholicam divulgarent.

Magister: Respondetur quod si episcopo per famam constiterit quod papa in hereticam inciderit pravitatem, dubitare debet ne aliqui de grege suo perfidiam pape sequantur. Quia pusillanimes et ambitiosi, quorum magnus imo forte infinitus est numerus, errorem capitis (vel ut

---

43 cohercet] coherceret Fi **47** quia[2]…48 deponendus] *omitted* Ly **48** cum] quia Ly **54** quandocunque] quandoque An quandocun We **56** quando] et qui Ly | et] *omitted* Ly **60** ipsum] eum An episcopum We | excommunicatum] We: hereticum Bb Fi An Ly **61** qui] quod Fi An | deponet] depenet Bb deponeret An | Unde] *omitted* Ly **62** de] *omitted* An **63** occisionem] occasionem Ly **Capitulum 40,3** esset] est Ly **7** inciderit] incidit Bb **8** aliqui] We: aliquid Bb aliquis Fi An Ly **9** sequantur] We: sequatur Bb Fi An Ly | pusillanimes] pusilli[mes] Bb Fi An | magnus] magis An

placeant vel ne displiceant) de facili amplectuntur, iuxta illud Ecclesiastici 10: "*Secundum iudicem populi sic et ministri eius, et qualis rector est civitatis tales et inhabitantes*"; et iuxta illud quod scribitur 6 q. 1 c. *Sunt plurimi* § *Verum*: "*Capite languescente facilius reliqua corporis membra inficiuntur, sicut scriptum est 'omne caput languidum et omne cor merens, a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas'*". Et ita, pape labe heretica maculato, timendum est ne plurimi labe consimili inficiantur. Quare, cum episcopus officium gerat speculatoris, cuius est diligentissime circumspicere ne hostes appropinquent, sollicite debet inquirere an fama de perfidia pape heretici contineat veritatem et qua heresi est infectus.

Qua comperta, scrutari per se et per alios debet attente qualiter fidei obviet orthodoxe. Quo facto, non segniter investiget an aliqui heresim pape in gregem suum introducere moliantur, presertim si fama est quod aliqui in sua diocesi doctrinam pape heretici imitantur, docent, publicant, predicant, et divulgant tanquam catholicam et tenendam, iuxta preceptum Innocentii 3ii qui, ut habetur Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus* 1o, ait: "*Addicimus insuper, ut quilibet archiepiscopus vel episcopus per se aut per archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas, bis aut saltem semel in anno propriam parochiam in qua fama fuerit hereticos habitare, circumeat,et ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat quod, si quos ibidem*

Capitulum 40,12 Ecclesiastici 10] Ecclesiasticus 10:2 **14** 6…Verum] *Dictum Gratiani post* C. 6 q. 1 c. 11 (*Sunt plurimi*) col. 1057 **16** scriptum est] Isaiah 1:5-6 **30** Extra…31 1o] X. 5. 7. 13 col. 1684-1685

---

11 ne] ut non Ly **13** est] *omitted* Fi An | et[2]] *omitted* Ly | inhabitantes] habitantes We in ea *added* Ww | et[3]] *omitted* Ly **14** scribitur] in decretis *added* We | Sunt plurimi] Ly: *omitted* Bb Fi An We | §] *omitted* Fi An **15** facilius] facile Ww **17** non…18 sanitas] We: etc. Bb Fi *omitted* An capi etc. Ly **19** plurimi] populum Ly | inficiantur] inficiat Ly **20** gerat] gerit Ly **23** heresi] heresim Fi An **24** comperta] comperata Bb conspecta Fi 9pcta An **25** obviet] obvient Ly | non segniter] non se gerat Fi non se gerere An consequenter Ly **27** moliantur] moliatur Fi An **28** imitantur] imitentur Bb Fi An | publicant] et *added* Ly **29** et[1]] vel We **30** ut habetur] *omitted* Bb **31** 1o] *omitted* Bb An Ly | ut] quod Ly **33** suum] *omitted* Ly | aut] per *added* Ly | honestas idoneasque] idoneas vel honestas Bb idoneas et honestas An idoneasque] vel idoneas Bb **35** circumeatet] circuerat Bb circueant Fi An **36** testimonii] testim Bb | vel] et Ly **37** viciniam] vicinam Bb quos] quis Bb Fi An

hereticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos episcopo studeat indicare. Ipse autem episcopus ad presentiam suam convocet accusatos qui, nisi se ab obiecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam canonice puniantur".

Ex quibus verbis colligitur quod, si fama est quod in aliqua diocesi sunt heretici sequaces pape heretici, episcopus debet eos cum diligentia debita investigare, et contra eos procedere secundum quod ordo iuris requirit. Si autem per se eos nequiverit cohercere, auxilium invocet brachii secularis. Si enim prelatus ecclesie pro defensione pauperum postulare debet auxilium seculare, ut legitur 23 q. 3 c. *Ab imperatore*, et q. 5 c. *Administratores*, multo magis pro defensione fidei christiane contra hereticos sequaces pape heretici auxilium seculare debet cum instantia postulare. Ad quod faciendum publice potestates debent iuramento ligari, sicut legitur Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus* 1º § *Moneantur*.

Insuper, cum episcopi sciverint papam heretica pravitate respersum, circa reprobationem errorum suorum per se vel per alios debent insistere diligenter, tenenturque veritatem modis quibus possunt congruentibus publicare, et quantum possunt manifeste et occulte auribus omnium inculcare, ac reges et principes aliosque seculi divites et potentes sanctis exhortationibus et consiliis animare, ut causam fidei

---

51 23…imperatore] C.23 q. 3 c. 10 col. 1715. The additional chapter cited in **Ly** (*Maximianus*) is at C. 23 q. 3 c. 2 col. 1713 **52** q… Administratores] C. 23 q. 5 c. 26 col. 1781 **55** Extra…56 Moneantur] X. 5. 7. 13 col. 1672 (*misprint* for 1682)

---

38 hereticos] heretico homines Fi | aliquos] alios Ww **39** conversatione] conversione An **40** dissidentes] discedentes Bb Fi disce[tes] An dissedentes We decedentes Ly | studeat] studeant Ww indicare] intimari Fi An intimare Ly **41** presentiam] provinciam An Ly accusatos] accusates (*sic*) Bb **42** se] *omitted* Fi | ab] *omitted* Bb **45** verbis] *omitted* An **46** sunt] sint Ly aliqui *added* An Ly | heretici[1]] *omitted* An | heretici[2]] *omitted* Ly **47** diligentia] diligantia Bb **51** c] 4 Fi Maximianus et c. *added* Ly | imperatore] imperatoribus Ly **54** seculare] secularium Bb Fi An **55** potestates] *omitted* Fi potestatis Ly **56** 1o] *omitted* Ww **58** reprobationem] reparationem An Ly errorum] erroneum Bb | vel] et We **59** veritatem] contrariam *added* We **61** manifeste] manifestare Ly | auribus] *omitted* Fi **63** consiliis] consilii Bb | animare] animarum An

defendant viriliter et potenter. Omnia predicta multis modis, ut videtur, possent demonstrative probari.

Discipulus: Tange breviter aliqua media quibus prescripta probari appareant.

Magister: Argumenta ad probandum predicta fundantur in quattuor propositionibus. Quarum prima est quod episcopi et prelati nullam causam debent magis defendere quam fidem Christi. Secunda est quod sine fide recta nullum est spirituale bonum proficiens ad salutem. Tertia est quod episcopi et prelati pro salute gregis debent animam suam ponere. Quarta est quod pro veritate usque ad mortem certare tenentur.

Capitulum 41

Discipulus: Satis conicio quomodo ex hiis possunt accipi argumenta ad probandum illa que in capitulo precedenti sunt asserta. Ideo illis obmissis circa episcopos et prelatos, tracta de illis qui impugnatores pape heretici et doctrine sue erronee molestarent, persequerentur, et graviter infestarent.

Magister: De talibus tenetur a multis quod sunt fautores heretice pravitatis. Si enim episcopi et prelati qui tacent et non corrigunt sequaces pape heretici sunt fautores heretice pravitatis, multo fortius episcopi et prelati qui ideo alios persequuntur quia pravitatem impugnant hereticam sunt inter fautores heretice pravitatis computandi. Sunt etiam tales proditores catholice veritatis et totius christianitatis. Nam si proditor est veritatis ille qui non libere veritatem pronuntiat quam pronuntiare oportet (11 q. 3 c. *Nolite*), multo fortius proditor est veritatis et totius christianitatis qui persequitur vel molestat defensores catholice veritatis quam papa hereticus reprobat et confundit, persequitur et impugnat.

Capitulum 41,16 11…Nolite] C. 11 q. 3 c. 86 col. 1259

---

64 viriliter] universaliter Ly | potenter] potentes Ly **65** videtur possent] habetur, possunt Ly **66** quibus] *omitted* Fi **67** prescripta] perscriptura An **69** Quarum] Quorum Bb | est] hec *added* Ly **70** causam] Ly Vg^2: rem We *omitted* Bb Fi An **71** nullum] nullus Fi An **72** salutem] et *added* Ly **Capitulum 41,2** conicio] We Vc Ba Frm: convinco Bb Fi An cōīco Fr concipio Ly **8** talibus] hoc *added* We **9** Si…13 computandi] *omitted* **Bb** **11** multo…13 pravitatis] We Vc Ba: *omitted* Fi An Ly multo magis qui impugnatores sequaces pape heretici persequuntur et molestant sunt fautores heretice pravitatis Frm **16** multo] mol'to Bb **18** veritatis] et totius christianitatis *added* Ly

Discipulus: Quare episcopi et prelati non debeant persequi quoquo modo impugnatores pape heretici videtur ex tractatis supra libro sexto, ubi de impugnatoribus pape pro pravitate heretica defendendis dependere videtur. Si enim impugnatores pape heretici sunt a catholicis defendendi, non sunt ab eis aliqualiter impugnandi. Quare noli amplius hic probare quod episcopi et prelati qui sciunt vel scire tenentur papam esse hereticum impugnatores pape heretici non debent infestare. Sed dic qua pena episcopi et prelati qui impugnatores pape heretici persequuntur et infestant sunt merito feriendi.

Magister: Sunt quidam dicentes quod omnes tales pena fautorum heretice pravitatis sunt plectendi, ultra quam penam diversi pro diversis et specialibus modis persequendi et molestandi impugnatores pape heretici sunt diversis penis et specialibus percellendi, quia pro diversis iniuriis eis illatis sunt inferentes diversimode puniendi. Contingit etiam eis iniuriari in iudicio et extra iudicium multis modis, scilicet verbo et facto. Verbo quidem, sicut diffamatione, detractione, contumeliis, derisione, et maledictione. Facto etiam tam in iudicio quam extra iudicium contingit eis multas iniurias inferre, quia possunt spoliari rebus suis, officiis, et honoribus, et iterum possunt incarcerari, detineri, mutilari, et occidi.

Discipulus: Cerno quod multe iniurie secundum istam opinionem possunt impugnatoribus pape heretici per episcopos et prelatos inferri, de quibus quattuor tantum prosequere. Primo autem dic de spoliatione, sive rerum sive officiorum.

Magister: Respondetur quod si episcopi et prelati impugnatores pape heretici rebus vel officiis duxerint spoliandos, ultra penam fautorie heretice pravitatis ad restitutionem rerum et officiorum sunt astricti, quia omne iniuste ablatum debet restitui (14 q. 6 c. 1). Unde et tales

---

21 videtur…23 videtur] unpolished statement. After *pape heretici* the original sentence may have continued "*ex tractatis de impugnatoribus pape pro pravitate heretica defendendis dependere videtur*". Other verbal combinations are also possible. **22** supra…sexto] 1 Dial. 6.36-44, 50-54 (OP VI) **52** 14…1] C. 14 q. 6 c. 1 (*Si res aliena*) col. 1411

---

20 Quare] Quod Ly | debeant] debent Ly **22** impugnatoribus] impugnantibus An Ly | pape] papam Ly **25** noli] We: nolo Bb Fi An Ly **26** probare] probari Ly **29** sunt] sint We **36** etiam] *omitted* We enim Ly **37** iniuriari] et *added* Fi An Ly **38** sicut] cum Ly **41** inferre] inferri Ly **42** et[1]] *omitted* We | possunt] possent Ly **45** quattuor] et *added* Bb **50** fautorie] fautoriam Ly **52** 14] 10 Ly | 6] 1 Ly | c 1] *omitted* Ly

spoliatores illorum qui impugnant papam hereticum sunt raptores et predones censendi, quare nisi res ablatas restituerint, si possunt, sunt ecclesiastica sepultura privandi (Extra *De raptoribus* c. *Super eo*).

Discipulus: Dic de diffamatione.

Magister: Dicitur quod si episcopi et prelati quocunque modo, sive per se sive per alios, sive legendo sive publicando, processus pape heretici diffamatorios contra impugnatores errorum suorum, sive quocunque alio modo diffamaverint impugnatores eosdem, vocando eos hereticos vel schismaticos, vel crimen aliud quodcumque quod non est probatum legitime eis imponendo, de necessitate salutis tenentur famam restituere eorumdem, dicendo publice si publice diffamaverint, vel occulte si occulte se falsum dixisse. Quia non minus tenetur quis restituere famam quam iniuste abstulit alteri, quam rem aliquam temporalem ablatam iniuste, cum fama sit temporalibus rebus preciosior. Et ideo, sicut nunquam est extra peccatum mortale qui non restituerit rem alterius quam abstulit iniuste, si potest, ita semper est in peccato mortali qui famam alterius abstulit vel denigravit iniuste et non restituerit si potest. Sed prelati diffamantes impugnatores pape heretici abstulerunt famam eorum iniuste. Ergo eandem famam eis restituere de necessitate salutis sunt astricti.

Discipulus: Dic de violentia.

Magister: Dicitur quod si impugnatores pape heretici sunt clerici vel religiosi, quicunque in eos manus iniciunt violentas, capiendo, detinendo, incarcerando, vel quocunque alio modo, sententiam excommunicationis incurrunt, et ab eodem sunt absolvendi a quo absolvendi essent si ex alia

---

56 Extra…eo] X. 5. 17. 2 col. 1726

---

54 quare] item Bb quia An Ly **55** possunt] potuerint We **58** quod] *omitted* An | quocunque] quoquo Ly **60** diffamatorios] We: diffamatoris Bb diffama^{is} Fi diffama^{re} An defendendo Ly **62** diffamaverint] diffamaverunt Ly **64** legitime] eosdem vocando... (*next 8 words written and cancelled*)...quod non est probatum legitime *added partial dittography* Bb | eis] Ly Vg: *omitted* Bb Fi An We **66** diffamaverint] diffamaverit Fi diffamaverunt Ly | si occulte] *omitted* Bb Fi **69** iniuste] iniute An | rebus] *omitted* Ly **70** restituerit] restituit We **71** ita] ista An **72** denigravit] denigrat Ly **73** et] si *added* Bb Fi An Ly | restituerit] resti^{ut} Fi restituit We **74** abstulerunt] auferunt We eorum] illorum Ly **76** astricti] abstricti Fi An **77** Dic] *omitted* An **79** eos] *omitted* Bb | iniciunt] iniecerit Fi Ly **81** excommunicationis incurrunt] excommunicatio incurret An

causa in eosdem manus inicerent violentas. Et propter idem, quicunque sunt in potestate constitui et eosdem non defendunt, sententiam excommunicationis incurrunt (Extra *De sententia excommunicationis*, c. *Quante*).

Discipulus: Dic de morte.

Magister: Dicitur quod quicunque episcopus vel alius, sive fuerit legatus sive alio quocunque fungens officio, impugnatorem pape heretici propter hoc curie tradiderit seculari, vel aliquid aliud fecerit vel mandaverit aut ratum habuerit ex quo sequitur mors alicuius impugnatoris pape heretici, irregularis efficitur, et omnem penam incurrit quam incurreret si manibus propriis occidisset innocentem.

Hoc probatur sic. Qui causam proximam dat homicidio irregularis efficitur, teste Alexandro 3º qui, Extra *De homicidio* c. *De cetero*, ait: "*De cetero noveris quod diaconus qui homicidio causam dedisse videtur, non videtur ad sacerdotium promovendus*". Qui autem impugnatorem pape heretici tradit curie seculari, vel aliquid aliud facit aut mandat fieri ex quo sequitur mors corporalis, dat causam proximam homicidio. Ergo irregularis efficitur et omnem penam incurrit quam homicide incurrunt.

Discipulus: Per istam rationem omnis prelatus qui quemcunque clericum hereticum vel alium tradit curie seculari irregularis efficitur quia causam proximam dat homicidio. Sed constat quod tales non efficiuntur irregulares. Ergo ista ratio non procedit.

Magister: Ad hoc in simili glosa Extra *De homicidio* c. *Continebatur* respondere videtur, ubi rationem assignat quare unus ex cuius ludo secuta est mors irregularis efficitur, et alius ex cuius ludo etiam mors secuta est irregularis non fit. Unde, obiciens contra illud quod continetur in capitulo

---

85 Extra…86 Quante] X. 5. 39. 47 col. 1918 **96** Extra…97 cetero[1]] X. 5. 12. 11 col. 1704 **109** glosa] X. 5. 12. 8 col. 1703 s.v. Romani Pontificis

---

83 eosdem] eodem An | inicerent] iniecerint Ly **84** eosdem] eisdem Ly **85** incurrunt] ieĉĉ (*sic*) Bb **86** sententia…Quante] se Fi **88** quod] si *added* We **89** alio] aº *or* a[9] An **90** curie] *omitted* Fi An **92** impugnatoris] impugnn[res] An **93** irregularis] irregulares Bb irregulare An **94** incurreret] īc[er3] Fi | occidisset] occideret We **95** proximam] propriam An **98** causam] proximam *added* Ww **103** homicide incurrunt] homicida incurreret Ly | incurrunt] incurret An **111** unus] eorum *added* Fi | secuta est] sequitur An Ly **113** illud] per id *added* Ly | continetur] habetur Ly

Continebatur super verbo *Romani Pontificis*, ait: "*Infra capitulo proximo contra. Ibi libere promovetur ad ordines superiores, hic non sine licentia pape. Et idem casus videtur. Quid ergo fines fecit esse diversos?*" Et respondens ait: "*Solutio: hic dabat operam illicite rei ludendo cum laico, quod non licet. Vel si etiam licitum fuisset, non adhibuit diligentiam quam debuit: quia cum sciret ludi consuetudinem, non removit falcem a se, unde fuit in culpa, quare promoveri ad superiores ordines non debet sine licentia pape, ut hic dicit. Et in capitulo sequenti ludebat cum clerico, et licito ludo: et de illo cultello non sperabatur aliquod mortale, et ille potius ingessit se proiciendo alium ad terram: et sic non fuit in culpa*". Ex quibus verbis colligitur quod si clerici dant operam rei licite et debitam diligentiam adhibent, quamvis ex facto eorum mors sequatur, irregularitatem nequaquam incurrunt.

Si vero clericus dederit operam rei illicite, vel dando operam rei licite diligentiam debitam non adhibuit, si ex opere suo mors sequatur, irregularis efficitur. Cum ergo episcopi et prelati tradendo impugnatorem pape heretici curie seculari dant operam rei illicite, quia non licet eis quomodolibet molestare impugnantes hereticam pravitatem, si mors secuta fuerit, irregularitatem incurrunt. Episcopi vero et prelati, tradendo hereticos et quosdam alios malefactores curie seculari, non dant operam rei illicite, quia hoc incumbit eorum officio. Et ideo, si debitam diligentiam adhibent, non efficiuntur irregulares quamvis mors sequatur.

Capitulum 42

---

114 Infra] X. 5. 12. 9 (*Lator*) col. 1703

---

114 Romani] rationem Fi Ly | Pontificis] *omitted* Ww **115** promovetur] promovens Ly **116** videtur] *omitted* Bb Fi An **117** esse] *omitted* Ww **118** Solutio] Solum Ly | ludendo] bibendo An **120** consuetudinem] conditionem Ww **121** removit] reliquit Ly **122** ordines] *omitted* Ww **123** Et] *omitted* Ww | ludebat] ludebant Bb Fi An **124** cultello] cutello Bb Fi Ly | aliquod] aliquid We Ly **125** ille] i^{o} Bb An **127** debitam] licentiam *added* An | adhibent] adhiberent Ly **128** sequatur] seq^{r} Bb se^{r} Fi **130** illicite] lilicite Ly **131** debitam] debitum An | adhibuit] adhibet We **132** irregularis] rregularis An **133** impugnatorem] impugnatores Ly **134** seculari] non *added* Ly | dant] dent Bb We Ly illicite] licite Ly **136** incurrunt] incurrant An | vero] autem Ly **140** mors] mores Bb

Discipulus: Nunc videamus de doctoribus et magistris, an docentes et tenentes doctrinam hereticalem pape heretici sint fautores heretice pravitatis.

Magister: Quos comprehendis sub nomine doctorum et magistrorum?

Discipulus: Per doctores et magistros intelligo omnes habentes officium predicandi vel legendi doctrinam catholicam.

Magister: Ergo inter doctores et magistros reputas numerandos non solum magistros theologie sed etiam omnes lectores et bachalarios theologie, et etiam decretistas qui legunt libros decretorum et decretalium, in quibus multa que ad doctrinam spectant catholicam continentur, ac etiam prelatos plebanos et eos qui auctoritate pape vel alterius prelati habent officium predicandi.

Discipulus: Ita est. Omnes enim predicti docere habent catholicam veritatem. Quamobrem disseras an omnes predicti, si docuerint publice vel tenuerint doctrinam hereticalem pape heretici sint fautores heretice pravitatis vel etiam inter hereticos computandi.

Magister: Dicitur distinguendo, quia aut doctrina pape erronea est talis quod predicti doctores et magistri tenentur explicite credere veritatem contrariam, aut est talis quod eam explicite credere non tenentur.

Item, aut prius sciverunt doctrinam pape esse erroneam aut nesciverunt.

Item, aut doctrina pape erronea est per ipsum solempniter diffinita seu determinata aut non est solempniter diffinita sed est solummodo pertinaciter predicata vel asserta.

Si itaque doctrina pape heretica est talis quod doctores et magistri tenentur explicite credere veritatem contrariam, quia videlicet est apud omnes catholicos divulgata, vel si prius eam tanquam catholicam didicerunt nec sunt obliti,

---

Capitulum 42,33 si…34 obliti] Cpre 1 Dial. 4.13 (OP V, esp. pp. 156-157)

Capitulum 42,3 an] scilicet doctores et magistri *added* We Vc Ba **4** sint] sunt Ly **5** comprehendis] reprehenderis An **7** intelligo] *omitted* Ly **8** predicandi] predicantis Bb **10** reputas…11 magistros] *omitted* Bb **11** theologie] *omitted* Fi **12** et[1]] vel Ly **15** prelatos] *omitted* Ly plebanos] presbyteros Fi An **19** si] sive Fi **21** computandi] putandi Bb **22** distinguendo] dist' re' An | doctrina] doctrinam Bb **23** et] seu Bb **24** veritatem…25 credere] *omitted* Bb | quod] predicti *added* We **26** Item] Iterum Fi | esse] hereticam *added* Ly | erroneam] herroneam We **29** seu] se An **33** si] ipsi We **34** didicerunt] didiscerunt An

doctores et magistri docentes publice qualitercunque vel occulte doctrinam talem erroneam pape heretici sunt fautores heretice pravitatis et heretici reputandi. Quia omnis docens vel tenens assertionem hereticam cuius contrariam veritatem tenetur explicite credere est hereticus iudicandus.

Si autem doctrina pape erronea est talis quod doctores et magistri non tenentur explicite credere contrariam veritatem, nec est per papam solempniter diffinita seu determinata, docens eam aperte sive occulte non est ex hoc solo fautor heretice pravitatis nec hereticus iudicandus, sed est diligenter et sollicite examinandus an paratus est corrigi. Et siquidem paratus est corrigi ita quod nullo modo de pertinacia possit convinci, non est reus censendus. Si vero non sit paratus corrigi sed pertinaciter in doctrina erronea pape heretici persistit, est fautor heretice pravitatis et hereticus reputandus.

Si autem doctores et magistri docent publice doctrinam pape erroneam quam sciunt per ipsum solempniter diffinitam, et docent quod huiusmodi diffinitio pape est tenenda, sunt fautores heretice pravitatis et etiam heretici reputandi, sive teneantur explicite credere veritatem contrariam sive non teneantur ipsam explicite credere. Huius ratio assignatur, quia quicunque pertinaciter adheret doctrine contra fidem est hereticus reputandus. Sed doctores et magistri docentes diffinitionem pape erroneam esse tenendam pertinaciter adherent doctrine erronee diffinite, quia qui asserit quod irrevocabiliter et in omnem eventum est adherendum doctrine

---

37 Quia…39 iudicandus] Possibly a very early composition despite its current location in the 1 Dial. text. Cf. also below at lines 45-49* (*Et siquidem paratus est ... non est reus censendus*.) **59** quia…asserit] No back reference here to book 4.

---

35 qualitercunque] publice *added* Ly **37** heretici] heretice Bb hereticare Fi | reputandi] computandi Ly **39** tenetur] tenentur Bb An **43** docens] docentes We | aperte] sive publice We | est] sunt We | fautor] fautores We **44** hereticus iudicandus] heretici iuducandi We | est] sunt We **45** examinandus…est] examinandi an parati sint We | est] sit Fi An Ly | Et] si *added* Bb | Et…46 corrigi] *omitted* An **46** paratus est] parati sint We | possit] possint We **47** est] Ly Vg[2]: *omitted* Bb Fi An est…censendus] sunt rei censendi We | sit paratus] sunt parati We **48** in doctrina] *omitted* Bb | erronea] *omitted* Ly **49** persistit] existit An | persistit…reputandus] persistunt sunt fautores heretice pravitatis et etiam heretici reputandi We **50** docent] docerent Ly **51** erroneam] herroneam We **53** etiam] *omitted* Ly | heretici] heretice Bb **54** veritatem…55 credere] *omitted* Fi **56** adheret] adherent Bb Fi An **57** hereticus] assignatur, quia quicunque pertinaciter adherent [“doctrine contra fidem est” *omitted in dittography*] hereticus *added dittography* Fi

erronee, ipse pertinaciter adherere eidem doctrine censetur. Quare est pertinax reputandus et per consequens hereticus est censendus.

Item, non minus peccat doctor vel magister qui publice docet diffinitionem pape hereticam esse tenendam quam si consensisset quod papa doctrinam huiusmodi solempniter diffiniret. Sed si doctor vel magister consensisset quod papa doctrinam huiusmodi diffiniret, fuisset fautor heretice pravitatis. Ergo docendo quod diffinitio eius erronea est tenenda, est fautor heretice pravitatis reputandus.

Capitulum 43

Discipulus: Quia dubito quod si unquam aliquis papa potens cui faveant reges et principes erit hereticus, spiritus mendax erit in ore omnium vel plurium prophetarum, id est doctorum, qui secundum beatum Gregorium, ut legitur dis. 43 *Sit rector* per prophetas in sacro eloquio designantur, idcirco de doctoribus qui forte erunt tempore pape heretici plura interrogare propono, ad que tu breviter studeas respondere. Disseras autem in primis an doctores et magistri, si papa fuerit hereticus, teneantur contra doctrinam eius erroneam predicare et eam efficaciter reprobare.

Magister: Respondetur quod pro loco et tempore, debitis circumstantiis observatis, omnes doctores, sive fuerint magistri sive in alio gradu docendi officium habentes exercere in theologica facultate, sive fuerint habentes tantummodo officium predicandi ad populum, de necessitate salutis tenentur doctrinam pape erroneam (presertim si apud illos inter quos predicta exercent officia divulgatur, docetur, et tenetur) efficaciter reprobare, et contrariam veritatem firmiter affirmare. Hoc videtur pluribus modis posse probari.

Capitulum 43,3 spiritus…4 mendax] Cf. 2 Chronicles 18:21 **5** dis…6 rector] D. 43 c. 1 col. 273

---

65 docet] docent Bb Fi An **66** consensisset] consensissent An **67** vel magister] *omitted* Ly **68** huiusmodi] solempniter *added* Ly **69** Ergo… 70 pravitatis] *omitted* Fi **Capitulum 43,1** …] *omitted* We **4** mendax] mandax Ly | id est] vel Bb et Fi An **6** designantur] desingnantur (*sic*) Bb **9** autem] *omitted* Ly **11** predicare] et docere *added* We | eam] ea Fi An | reprobare] reprobarem Bb **13** fuerint] sint We **14** alio] aliquo Ly **15** exercere] *omitted* We | sive] si Ly **17** tenentur] tenerentur Ly **18** divulgatur…19 tenetur] fuerit divulgata Ly **19** et[2]] *omitted* Bb **20** firmiter] simpliciter Ly | posse] *omitted* Ly

Primo quidem sic. In omni certamine corporali et spirituali laus precipua bellatorum in hoc videtur consistere quod, suo duci indissolubiliter adherendo, hostes eius quanto fuerint fortiores et periculosiores et perniciosores tanto magis expugnare conantur. Sed in catholicorum exercitu contra agmina hereticorum primum locum vel saltem non infimum bellatorum doctores obtinere videntur, cum secundum Innocentum 3um , ut habetur Extra *De hereticis* c. *Cum ex iniuncto*: "*Doctorum ordo sit quasi precipuus in ecclesia*", et Honorius 3us , ut habetur Extra *Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant* c. *Super specula*, predicatores bellatores appellat, dicens: "*Quia vero theologie studium cupimus ampliari, ut dilatato sui tentoriii loco funiculos suos faciat longiores, ut sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso*" etc. Ubi dicit glosa super verbo 'bellatorum': "*Id est predicatorum qui possunt hereticis resistere auctoritate divine scripture, qui contra nos surgunt, et ex adverso impugnant nos*". Ergo predicatores et doctores, quanto heretici fuerint fortiores et periculosiores ac perniciosores, tanto magis debent satagere ut eis resistant ac eos expugnent, eorum doctrinam auctoritatibus sacris et rationibus efficacibus reprobando. Nullus autem hereticus potest esse periculosior vel perniciosior exercitui catholicorum quam papa hereticus. Nullus enim alius tantam poterit habere audaciam et sequelam tantam quantam papa hereticus. Ergo contra ipsum debent predicatores et doctores et magistri, precipue et toto posse, insurgere, eum aperte et per insidias ac omnibus modis congruentibus impugnando.

---

28 Extra…29 iniuncto] X. 5. 7. 12 col. 1678 **30** Extra…31 specula] X. 3. 50. 10 col. 1416 **36** glosa] *ibid.*, s.v. bellatorum

---

21 quidem] *omitted* We **22** hoc] hic We **23** duci] duce Fi | adherendo hostes] adherendos Bb **28** Extra…30 habetur] *omitted* Fi An **29** Doctorum ordo] *omitted* Ly | quasi] .q. Bb Ly **32** appellat] appellant Fi An | dicens] *omitted* Ly | Quia] *garbled* Fi Qui Ly **33** ampliari] We: ampliare Bb Fi An Ly | dilatato] dilatando Bb **34** longiores] langiores Bb largiores Fi An **36** valeat] valeant An ascendentibus] ascantibus We | adverso] averso We **39** et[1]] *omitted* Ww | adverso] averso We et *added* Ww **40** fortiores] forta[res] Bb for'ta[res] An | et periculosiores] *omitted* Fi | ac] ac *or* aut An **41** perniciosores] et *added* Bb | ac] *omitted* Fi **42** expugnent] expugnant Ly **43** reprobando] repugnando We **45** alius] hereticus *added* We **46** audaciam] caudam We | tantam] *omitted* We **47** ipsum] papam hereticum We | debent] *omitted* Bb An | et] *omitted* An Ly **48** et[2]] potissime *added* Ww **49** impugnando] impurgando Bb

Discipulus: Ista ratio non videtur probare intentum, quia nondum bellatorum est bellum indicere. Quia secundum beatum Augustinum, ut legitur 23 q. 1 c. *Quid culpatur*: "*Suscipiendi belli auctoritas atque consilium apud principes sit*". Ubi dicit glosa: "*Nullus ergo bellare potest sine auctoritate principis*". Ex quibus verbis colligitur quod licet omnes bellatores parati debeant esse ad prelium quando princeps iubet, sine tamen auctoritate principis nulli bellare licet. Licet ergo, si papa fiat hereticus, doctores et magistri teneantur esse parati quando auctoritate principis bellum contra papam hereticum indicetur, auctoritate tamen propria ipsum impugnare non debent. Quamdiu enim ab ecclesia toleratur, doctores et magistri tacere debent.

Magister: Ista responsio a nonnullis frivola reputatur quantum ad tria que videtur innuere.

Primum est quod contra papam hereticum non eo ipso quod sit hereticus sed ex edicto principis bellum geritur spirituale. Secundum est quod papa hereticus quamdiu ab ecclesia toleratur est nullatenus expugnandus. Tertium est quod in nullo casu absque auctoritate principis licet alicui bellum sive generale sive particulare contra hostem suscipere. Ista enim tria quidam reputant omnino falsa.

Quod enim primum sit falsum ostenditur. Quia contra papam hereticum tam a principe principum, scilicet a Domino nostro Iesu Christo, quam ab apostolis vicariis eius iam est bellum indictum.

---

52 23…culpatur] C. 23 q. 1 c. 4 col. 1705 **54** glosa] *ibid.*, s.v. principes

---

50 non] *omitted* Bb | intentum] intellectum An intemptum We **51** nondum] nundum An non omnium We non licet cuilibet Ly | est] et An *omitted* Ly **52** 23] 13 An 33 Ly | Quid] Qui Bb Fi An **53** belli] We: bellum Bb Fi An Ly | apud…54 sit] penes principes est Ww **54** ergo bellare] bellator Ly **55** licet] *omitted* Ly **56** debeant] debent Ly **57** tamen] *omitted* Bb Fi An | principis] Ex quibus verbis colligitur quod licet omnes bellatores parati debeant esse ad prelium quando princeps iubet, sine <u>tamen</u> (*omitted*) auctoritate principis *added dittography* Fi **58** Licet] *omitted* An Ly | doctores…60 hereticum] *omitted* Ly **60** hereticum] hereticus Bb **63** responsio] modo An modo *added* Fi | a] *omitted* Ly | frivola] frivol' Bb | reputatur] reputantur An videtur Ly **66** quod] We: quo Bb Fi An Ly | sit] fit Ly | sed] Ly : *omitted* Bb Fi An We **68** expugnandus] repugnandus An **69** absque] sine Ly **70** bellum] belli Bb | sive[1]] *omitted* Ly **71** quidam] quidem Bb **73** a[2]] *omitted* Bb We **74** apostolis] et *added* Bb Fi An We | iam] *omitted* Ly

Quod enim Christus bellare spiritualiter contra papam si fiat hereticus aperte mandaverit, apparet per illud Matthei 10 cum dicit: "*Non veni pacem mittere sed gladium*". Per 'gladium' potestas bellandi datur intelligi. Christus igitur omnes catholicos in bello spirituali constituit. Precipuum autem bellum catholicorum contra hereticos esse videtur. Nullus autem hereticus perniciosior vel periculosior est papa heretico. Ergo contra papam hereticum precipue est bellandum spiritualiter, nec expectandum est edictum principis, quia iam edictum a Christo principe est egressum.

Hoc etiam edictum auctoritate Christi beatus Paulus scribens ad Ephesios promulgavit. Ait enim cap. **6**: "*Accipite armaturam Dei ut possitis resistere in die malo*". Et post: "*Calciati pedes in preparatione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissima igna extinguere, et galeam salutis assumite, et gladium spiritus quod est verbum Dei*".

Quod edictum licet omnibus quantum ad aliqua dirigatur, tamen quantum ad quedam specialiter predicatores et doctores videtur respicere. Dies enim mala, imo pessima, erit, si unquam papa potens regum et principum favore munitus in hereticam incidet pravitatem. Putant enim nonnulli probabile quod tunc erit tribulatio catholicorum qualis non fuit ab initio christianitatis usque modo, et tamen forte strages corporalis christianorum pro fide nulla vel parvissima erit. Multitudo enim christianorum, licet pro temporalibus forsitan tempore pape heretici sit prelia innumera perpessura, pro fide tamen persecutionem nullam penitus sustinebit, quia absque coactione et violentia, voluntate spontanea, pape heretico adherebit, et forte paucissimi eidem resistere conabuntur. Et tamen omnes

---

77 Matthei 10] Matthew 10:34 **87** cap 6] Ephesians 6:13 **88** post] Ephesians 6:15-17 **95** Dies…pessima] Cf. also 1 Dial. 5.35 (OP V, pp. 313-317.)

---

77 10] 14 An 18 We **78** dicit] dixit We | gladium] gli'am An **79** gladium] gli'am An enim *added* We **87** Ephesios] Epheseos Ly promulgavit] dum *added* Ly | enim cap] *omitted* Ly | 6] We: *omitted* Bb Fi An Ly **88** malo] mala We **90** in] *omitted* An | possitis] possi Bb **91** igna] ignea An Ly | assumite] assumere Fi | gladium] gli'am An **92** spiritus] sp'e An **94** quedam] quosdam We aliquid Ly **97** incidet] inciderit We **98** probabile] et probabile est Ly | tunc] talis Ly **99** tamen] tenet Bb tan(ta) An **101** parvissima] *omitted* Fi minima Ly | erit] est Bb **102** temporalibus] temporibus Ly | tempore] *omitted* Ly | sit] sint Bb Fi An

monet Apostolus armaturam Dei accipere ut in die mala pape heretico possint resistere. Predicatores autem et doctores specialiter exhortatur ut ad resistendum se preparent cum dicit "*calciati pedes in preparationem evangelii pacis*", ubi dicit glosa, id est, "*ita ut sint parati ad predicandum evangelium*" et quomodo se debeant preparare declarat cum asserit: "*assumendum gladium spiritus quod est verbum Dei*". Hoc enim ad predicatores et magistros specialiter spectare dinoscitur, quorum est per verbum Dei tanquam per gladium acutissimum omnes hereticos et specialiter papam hereticum iugulare. Et ita edictum de bello gerendo contra papam hereticum quod a Christo exierat cum dixit "*non veni pacem mittere sed gladium*" hic Paulus publice promulgavit cum gladium spiritus quod est verbum Dei ad expugnandum hereticos asseruit assumendum. Unde et glosa ibi dicit: "*de hoc gladio Dominus ait 'non veni pacem mittere sed gladium'*". De eodem ergo gladio loquuntur discipulus et magister. Quare sequitur quod edictum de bello gerendo contra hereticos et specialiter contra papam hereticum a Christo principe iam exivit.

Discipulus: Absque magna prosecutione alias auctoritates allega ex quibus ostenditur quod edictum de bello spirituali gerendo contra papam hereticum a principe iam exivit.

Magister: Hoc ex verbis Christi colligitur cum dicit Matthei 16: "*Intuemini et cavete a fermento phariseorum et saduceorum*". Quod apostoli primo intelligentes de panibus postea per informationem Christi "*intellexerunt quia non*

---

110 dicit] Ephesians 6:15 **111** glosa] Walafrid Strabo, *Glossa ordinaria epistole Pauli ad Ephesios*, Migne, PL, t. 114, col. 600. **113** asserit] Ephesians 6:17 **121** glosa] Walafrid Strabo, *Glossa ordinaria epistole Pauli ad Ephesios*, Migne, PL, t. 114, col. 600 **132** Matthei 16] Matthew 16:6 **134** postea] Matthew 16:12

---

109 exhortatur] exhortantur Fi An **111** ut] ita *added* Bb We | sint] Ly Vg: sitis Bb Fi An We **112** quomodo] illo Bb | se debeant] sedebat An se debent Ly | debeant] debeunt We | preparare] imperare Fi An declarat] et *added* An **114** specialiter] *omitted* Ly | spectare] *omitted* An **115** per[2]] *omitted* Ly **116** et] *omitted* Ly | hereticum] spiritualiter *added* We **117** iugulare] iugulareo Bb | gerendo] gerendum Bb **118** dixit] d[t] Fi dicit An Ly **119** hic] hoc Ly | Paulus] Apostolus We promulgavit] quod mulgavit (*sic*) Bb promulgat Ly **120** Dei] et *added* Ly **121** Unde] Ut Bb | ibi] ibidem We **123** ergo] etiam Ly **127** prosecutione] persecutione Bb **131** dicit] dixit Bb dixit apostolis We Ly **132** a] et Fi **134** per] de Bb | quia] quod Fi An

dixerit cavendum a fermento panum sed a doctrina phariseorum et saduceorum". Sed non est cavendum a doctrina phariseorum et saduceorum nisi quia est contraria catholice veritati. Ergo si doctrina pape heretici fuerit contraria catholice veritati ab ea penitus est cavendum. Hoc autem non facient predicatores sine certamine spirituali. Ergo edictum de bello gerendo contra papam hereticum in simili a Christo iam exivit.

Hoc etiam Christus insinuavit cum dixit Matthei 10: "*Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes*", ne scilicet doctrina pape heretici vos seducat.

Item, Matthei 24 ait: "*Videte ne quis vos seducat*". Quibus verbis Christus omnes catholicos reddit cautos ne doctrina erronea cuiuscunque, sive pape sive alterius, seducantur, et ut se contra eam expugnandam animosius attingant.

Item, beatus Petrus prima canonica sua c. 5 ait: "*Vigilate quia adversarius vester diabolus tanquam* etc." (usque ad "*fortes fide*"). Si autem diabolo est per fidem resistendum, etiam pape heretico qui est de ducibus principalibus diaboli oportet resistere orthodoxos.

Discipulus: Quamvis iste et alie auctoritates quamplurime innuere videantur quod oportet orthodoxos contra papam hereticum bellum assumere, tamen non probant specialiter quod predicatores et doctores ac magistri debeant contra papam hereticum predicare et docere ac doctrinam eius publice reprobare.

Magister: Conceditur quod auctoritates superius allegate et quamplures alie generales sunt, omnibus catholicis

---

143 Matthei 10] Matthew 10:16 **147** Matthei 24] Matthew 24:4, Mark 13:5 **152** prima…5] 1 Peter 5:8-9

---

135 dixerit] dixerat Ww **136** Sed…137 saduceorum] *omitted* Fi An Et quare hoc Ly Vg^{2} | a] de Bb **137** contraria] contra Fi **138** fuerit] sit An **139** Hoc] Hec Bb **143** Christus] in simili *added* Bb | dixit] d^{t} Fi An dicit Ly **145** serpentes] et simplices sicut columbe *added* Ly scilicet] si Bb **147** Item…seducat] *omitted* An | Matthei 24] Marci 14 Fi Marci 13 Ly **148** Quibus] Ex quibus Ly **151** attingant] attingat Bb An accingant Ly **152** c 5] 10.5 We **153** etc…154 fide] leo rugiens circuit querens quem devoret cui resistite fortes in fide We Vc Ba | ad] An: *omitted* Bb Fi Ly **154** fortes] in *added* Bb Fi An Ly **155** ducibus] duobus Fi An et *added* Ly | principalibus] We: prin$^{b\mathfrak{z}}$ Bb principibus Fi Ly prin^{bus} An | diaboli] dya^{li9} Bb **158** orthodoxos] catholicos We **159** probant] ut *added* An

bellum spirituale contra papam hereticum inducentes. Quia enim papa hereticus fidem impugnat, et "*una est fides*" secundum Apostolum, ideo omnes catholici contra papam hereticum bellum debent assumere tanquam pro causa communi que una est omnium.

Verumptamen sicut in exercitu se ad bellum corporale preparante non omnes idem habent officium, nec omnes corporaliter preliantur [clerici enim quamvis preliari non debeant possunt tamen iusto prelio interesse ut hortentur et consulant quod expedit ad salutem; multi etiam servitores bellatorum ad preliandum minime sunt apti], nec etiam omnes bellatores eodem modo hostes impugnant [equites enim et pedites diversimode hostes invadunt], sic in exercitu catholicorum contra papam hereticum non omnes idem habent officium. Quidam namque ignorant doctrinam pape erroneam per sacras scripturas efficaciter impugnare, et ideo ad eos non pertinet ipsam predicando vel docendo per scripturarum testimonia reprobare. Alii vero officium predicandi et docendi veritatem catholicam et expugnandi pravitatem hereticam susceperunt, et ideo ad illos tanquam ad precipuos bellatores spectat doctrinam pape erroneam fortius expugnare. Quare ex hoc ipso quod omnibus orthodoxis indicitur bellum contra papam hereticum, predicatoribus et doctoribus specialiter iniungi dinoscitur ut, suum officium exercentes, predicando et docendo contra papam hereticum et doctrinam eius insurgant. Alii vero qui scripturas ignorant bellatores spirituales corporaliter defensare, nutrire, et sustinere ac etiam eis favere in omnibus

---

167 secundum Apostolum] Ephesians 4:5

---

165 bellum…166 hereticus] *omitted* Fi | inducentes] indicentes Ly **166** una] secundum Apostolum *added* An *followed by* inducentes quia enim papa hereticus fidem impugnat et una *added dittography* An **170** corporale] Ly Vg^2: corporaliter Bb Fi An We **171** preparante] We: preparantes Bb Fi An Ly **172** quamvis preliari] Licet Ly **173** debeant] corporaliter bellare *added* Ly | iusto] isto Ly | hortentur] hortantur Fi **174** consulant] consulent Fi An | etiam] et Fi **175** etiam] *omitted* We **176** hostes] hostem Ly **179** ignorant] ignorans Bb nescirent Ly **180** erroneam] herroneam We **181** eos] ipsos Ly | ipsam] *omitted* Ly doctrinam pape erroneam publice We Vc | vel] *omitted* Bb **183** et docendi] *omitted* Bb **184** ideo] *omitted* We **185** ad] *omitted* Ly erroneam] herroneam We **187** indicitur] indi' An videtur Ly **188** et] *omitted* Ly **189** exercentes] non *added* Bb | et] vel An **191** ignorant] ignorent Fi An | spirituales] spiritualiter Ly **192** sustinere] sustentare We | sustinere ac] *omitted* Ly

que ad eorum spectant officium contra papam hereticum astringuntur.

Discipulus: Aliter contra predicta obicio. Quia in omnibus auctoritatibus preallegatis de papa heretico nulla fit mentio. Si ergo per auctoritates ostenditur quod predicatores et doctores debent doctrinam pape erroneam reprobare, eadem ratione debent doctrinam erroneam cuiuscunque heretici impugnare, ad quod tamen minime sunt astricti, quia nullus predicator aut doctor posset omnes doctrinas erroneas hereticorum extirpare.

Magister: Respondetur quod quamvis in auctoritatibus allegatis mentio verbalis non fiat de papa heretico (et ideo de omnibus hereticis, imo de omnibus malis, debent intelligi), principalius tamen debent intelligi de papa heretico, pro eo quod ipse esset magis nocivus quam alii heretici minoris potentie et minorem sequelam habentes. Si enim contra malos et seductores oportet bellum spirituale assumere, contra magis malos et qui levius et citius possunt decipere orthodoxos est fortius resistendum. Quare cum papa hereticus valeat plures facilius et citius seducere quam alii heretici minores, contra ipsum virilissime spiritualiter est pugnandum.

Capitulum 44

Discipulus: In responsione mea ad rationem principalem dixisti innui tria que quibusdam falsa videntur. Tractasti autem de primo illorum. Nunc dissere de secundo.

Magister: Secundum quod tua responsio videbatur innuere est quod papa hereticus quamdiu ab ecclesia toleratur est nullatenus expugnandus. Quod videtur quibusdam falsum propter falsam implicationem. Quia si papa hereticus ab

---

200 quia…202 extirpare] This distinct point is treated *infra* at 1 Dial. 7.46 lines xxxx and xxxx **Capitulum 44,3** dixisti] 1 Dial. 7.43.63-64*

---

195 Aliter contra] Adhuc restat Ly | contra] *omitted* Fi An | obicio] obiectio Fi An Ly **197** ostenditur] *omitted* Bb Fi An | quod] *omitted* An **198** reprobare] et *added* Ly **199** erroneam] erro[a] An erroneum We **200** quod] hoc Ly **201** omnes…202 hereticorum] omnem doctrinam erroneam Ly | doctrinas] doctrinam Fi | erroneas] *omitted* An **206** principalius…intelligi] *omitted* Bb | pro] *omitted* An **207** minoris] minores Ly **208** potentie] po[ie] An in potentia sive minoris potentie Ly **210** et[2]] aut Bb **211** Quare] Quia Ly **213** contra] *omitted* Bb | ipsum] papam Ly | est] resistendum et *added* Ly **Capitulum 44,3** principalem] principales Bb | que] *omitted* Bb Fi An **5** videbatur] videatur An **7** quibusdam] esse *added* Ly

ecclesia toleratur, aut toleratur ab ecclesia catholica aut ab ecclesia heretica et schismatica.

Si ab ecclesia heretica et schismatica, constat quod propter eius tolerantiam non est ab expugnatione pape heretici desistendum.

Si autem toleratur ab ecclesia catholica, hoc non potest contingere nisi quia ecclesia catholica ignorat papam esse hereticum. Si enim sciret ipsum esse hereticum eum nullatenus toleraret. Sed propter ignorantiam ecclesie catholice non est ab expugnatione pape heretici cessandum quando probari potest esse hereticus. Illi enim qui sciunt papam esse hereticum, si possunt probare eum esse hereticum, debent hoc ecclesie catholice nuntiare. Que, postquam quesierit sollicite et reperierit veritatem, papam hereticum nullatenus tolerabit. Qui autem debent perfidiam pape heretici ecclesie catholice nuntiare debent ipsum, si habent officium docendi, efficaciter reprobare. Ergo quamvis ab ecclesia catholica ignorante papa hereticus toleretur, non debent predicatores et doctores scientes eum esse hereticum ab eius impugnatione cessare. Et ita, quamvis papa hereticus ab ecclesia catholica, hoc est a multitudine christiani populi toleretur, est tamen a scientibus eum esse hereticum viriliter expugnandus.

Discipulus: Hic essent duo probanda. Quorum primum est quod ecclesia catholica papam hereticum scienter nullatenus toleraret. Secundum est quod illi qui scirent papam esse hereticum deberent hoc ecclesie catholice nuntiare quando possent hoc probare. Unde ista duo coneris probare.

Magister: Primum probatur sic. Licet ecclesia catholica quantum ad ea que facti sunt possit errare (unde et ecclesia

---

9 toleratur[1]…ecclesia[2]] *omitted* An | toleratur ab] *omitted* Fi **12** est] *omitted* An | pape] *omitted* Bb **14** autem] papa hereticus *added* We Vc **16** ipsum] ecclesia catholica papam We Vc | eum] ipsum We **17** Sed] Si Bb **18** cessandum] desistendum Ba **22** reperierit] repererit Bb We Ly | veritatem] *omitted* Ly **23** nullatenus] contra veritatem *added* Ly debent] *omitted* Ly **24** nuntiare] nuntiarent Ly **26** ignorante] papam esse hereticum idem *added* We Vc Ba [*final multiword borrowing by* Vc *from* We-*type text*] | toleretur] toleratur An **27** esse] *omitted* We **28** impugnatione] expugnatione An | hereticus…29 ecclesia] *omitted* Bb **29** catholica] *omitted* We **30** tamen] *omitted* Ly **31** expugnandus] impugnandus We **33** quod] ab *added* Ly | papam hereticum] papa hereticus Ly **34** toleraret] toleratur Ly | scirent] scierent Bb **35** esse] *omitted* Ly | hoc] hec Bb **36** coneris] conare We **37** catholica] orthodoxa Bb **38** facti] facta Ly | possit] possunt An

universalis erravit quantum ad aliquid quod facti erat quando mulierem venerabatur pro papa, et sic etiam posset errare si aliquis non baptizatus qui crederetur esse baptizatus vel aliquis occultus hereticus eligeretur in papam et ab ecclesia universali pro papa haberetur), tamen quantum ad ea que iuris sunt divini et naturalis ecclesia universalis errare non potest. Sed si ecclesia universalis papam hereticum toleraret, erraret quantum ad ea que sunt iuris divini, quia scienter haberet pro papa eum qui iure divino esset papatu privatus, quod non esset sine errore iuris divini. Quia reputare hereticum verum papam est contra sacram scripturam, quia ex scriptura divina colligitur evidenter quod papa hereticus non est verus papa, ut ostensum est libro sexto capitulo 68. Ergo ecclesia catholica nunquam scienter papam hereticum tolerabit.

Discipulus: Ista ratio non procedit, quia ecclesia catholica tolerando papam hereticum non erraret quantum ad ea que sunt iuris divini nisi papam hereticum reputaret verum papam. Sed ecclesia catholica posset tolerare papam hereticum licet non reputaret ipsum verum papam. Quia multa tolerantur que minime approbantur, teste Innocentio 3º qui, ut habetur Extra *De prebendis* c. *Cum iam dudum*, ait: "*Cum multa per patientiam tolerentur que si deducta fuerint in iudicium exigente iustitia non debeant tolerari*". Ex quibus verbis colligitur quod multa tolerantur que minime approbantur. Et ita absque errore potest ecclesia catholica papam hereticum tolerare.

Magister: Respondetur quod sicut ecclesia universalis nunquam errabit quantum ad ea que iuris sunt divini, ita nunquam usque ad finem seculi ecclesia universalis iustitia et

---

40 mulierem] "Pope Joan" (OQ 1.17.22-24 in OP I[2] , p. 59) Cf. also 1 Dial. 6.70 (OP VI) **47** iure divino] Implicit demotion but not dismissal of the alternate position discussed in 1 Dial. 6. 71ss **51** ostensum est] 1 Dial. 6.68 **59** Extra…dudum] X. 3. 5. 18 col. 1037

---

39 aliquid] id We ea Ly | quod] quid' An quid Fi | quod…erat] que facta sunt Ly **40** posset] possent Fi **41** aliquis] quis Ly | qui] tamen *added* We | baptizatus[2]] dampnatus Bb Fi An **42** occultus] occulte We Ly **44** et naturalis] *omitted* Ly | universalis] *omitted* Bb Ly **45** erraret] *omitted* Bb **48** sine…reputare] *In* **We** scriptor 18[us] *begins his copywork with these words* (fo. 187 line 1) **49** est] esset Ly **51** est] in *added* Ly **52** tolerabit] toleravit Ly **55** ea] eam Bb **56** ecclesia…57 ipsum] *omitted* Fi **57** ipsum] eum We **59** Cum] *omitted* Ly **60** tolerentur] tolerantur Fi An **61** in] We: ad Bb Fi An Ly **65** Magister] *omitted* Bb Fi An Vg

caritate carebit, iuxta illud Apostoli ad Ephesios 5: "*Christus dilexit nos*" (ecclesiam) "*et tradidit seipsum pro*" ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aque in verbo vite, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam aut aliquid huiusmodi sed ut sit sancta et immaculata. Non esset enim sancta et immaculata neque in caritate et iustitia radicata si scienter papam hereticum toleraret. Quare nunquam ecclesia universalis scienter papam hereticum tolerabit si eum punire potest. Et si eum corporaliter punire non poterit, saltem ipsum spiritualiter (verbaliter) reprobabit.

Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod licet quedam mala ab ecclesia tolerantur quia minime puniuntur, tamen quedam sunt mala que ab ecclesia tolerari non debent si potest ea punire. Nam sicut secundum Gregorium habetur (dis. 28 c. *Quia sunt*) quod "*sunt culpe in quibus culpa est relaxare vindictam*", ita sunt quedam culpe que minime sunt tolerande. Nam "*publice utilitatis intersit ne crimina remaneant impunita*" (Extra *De sententia excommunicationis* c. *Ut fame*). Huiusmodi autem culpe sunt precipue ille que committuntur in Deum et in bonum commune (23 q. 4 c. *Si is* et c. *Si ea*). Perfidia autem heresis in papa heretico in Deum committitur et est in preiudicium fidei que communis est omnium. Et ideo perfidiam heresis in papa heretico nunquam

---

68 Ephesios 5] Ephesians 5:2 **83** dis…sunt[1]] D. 28 c. 10 col. 181 **86** Extra…87 fame] X. 5. 39. 35 col. 1907 **88** 23…is] C. 23 q. 4 c. 28 col. 1739 **89** c…ea] C. 23 q. 4 c. 100 col. 1762

---

69 nos] *omitted* We | ecclesiam] id est ecclesiam suam Ly | seipsum] We: semetipsum Bb Fi An Ly **70** lavacro] clavacus Bb **71** ipse] i^e^ We sibi] *omitted* Ly **72** aliquid] *omitted* Ly | huiusmodi] eiusmodi Bb **73** esset] ñet (*garbled*) Bb erit Fi An | enim] autem Bb Fi We | et[2]] *omitted* Bb **74** radicata] radicatam Bb **75** Quare] Quia Fi | nunquam] *omitted* An | scienter] *omitted* Ly **77** corporaliter] *omitted* Ly | ipsum] eum We | spiritualiter] *omitted* We spāliter Ly **79** cuius] *omitted* Bb licet…81 quedam] culpa ab ecclesia tolerari non debet si potest eam punire. Tum quia Ly **81** tamen] reprobabit ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod licet quedam mala ab ecclesia tolerantur quia minime puniuntur tamen *added dittography* Bb **82** sicut] *omitted* Ly Gregorium] ut *added* We | habetur] probatur We **83** dis…sunt[1]] quedam Ly | quod] Kn: *omitted* Ww | culpa] *omitted* Fi | culpa…84 vindictam] relaxari debet vindictam Ly **85** utilitatis] utilitati Fi An intersit] interest Bb Fi We Ly intensit An **88** 4] 7 An | is] We: hiis Bb Fi An Ly **90** est[1]] *omitted* Ly | est[2]] *omitted* An

ecclesia universalis tolerabit, quia tolerando scienter pravitatem hereticam in papa efficeretur ecclesia schismatica, quia ecclesia que schismatico scienter adheret schismatica est. Ecclesia autem schismatica non est ecclesia catholica et universalis. Ergo ecclesia universalis et catholica nunquam scienter perfidiam pape heretici (quia eo ipso quod est hereticus est etiam schismaticus) tolerabit, habendo ipsum pro vero papa. Licet forte multitudo christianorum papam hereticum tolerabit et veri catholici persecutionem ab eo gravissimam sustinebunt. Sed ipsum minime tolerabunt sibi tanquam vero pape obediendo.

Discipulus: Recitasti quomodo probatur quod ecclesia catholica nunquam scienter papam hereticum tolerabit. Nunc molire probare secundum, scilicet quod illi qui scirent papam esse hereticum deberent hoc ecclesie catholice nuntiare.

Magister: Hoc videtur posse probari sic. Hoc debent catholici aliis catholicis nescientibus revelare seu nuntiare quod celatum vergeret in diminutionem divini honoris et fidelium commune et notabile detrimentum. Sed perfidia pape heretici molientis fidem corrumpere orthodoxam vergeret in diminutionem divini honoris et fidelium commune et notabile detrimentum, si celaretur. Ergo catholici scientes papam esse hereticum debent hoc aliis revelare si possunt hoc ipsum probare.

Capitulum 45

---

92 quia…101 tolerabunt] This passage appears to contain alternative formulations of a similar idea, left ultimately unselected by Ockham, and perhaps transcribed as available in the autograph text by a scribal assistant or socius at the time of the first publication. Cpre 1 Dial. 6.88 (OP VI).

---

93 papa] papam We **94** que] est *added* An **95** est] *omitted* Bb ecclesia] *omitted* An **96** ecclesia] *omitted* An **97** heretici] tolerabit *added* Ly | quia] Ly: qui etiam Bb Fi An We | ipso] *omitted* Fi **98** schismaticus] ideo non *added* Ly | ipsum] i^{m} We **99** forte] fore Bb vero An **101** sustinebunt] sustineb^{t} An | ipsum] i^{m} We | tolerabunt] tolerabit Fi tolerab^{t} An **104** Nunc] Non An **105** scirent] sciunt We **106** deberent] debent Ly **107** probari] probare Bb | sic] S. Bb **109** diminutionem…110 detrimentum] divini honoris et fidelium commune omnium detrimentum et notabile dispendium Fr **110** Sed…113 celaretur] We Ba: Si celeratur Bb Fi An Si celaretur sed sic est in proposito Ly Si celeraretur Vg Si celetur Vc Si celaretur sed istud est huiusmodi Es To Di Fr sed istud est huiusmodi *added* Ba **114** papam] We: eum Bb Fi An Ly **115** ipsum] *omitted* We | probare] reprobare Ly

Discipulus: Dissere de tertio quod innuebat responsio mea ad rationem factam supra capitulo 43, et dixisti a quibusdam putari contrariam veritati.

Magister: Tertium quod innuebat tua responsio est quod in nullo casu absque auctoritate principis alicui licet bellum sive generale sive particulare suscipere, hoc est absque auctoritate principis nulli licet alium occidere. Quod non videtur verum.

Nam publicum latronem cuilibet licet absque auctoritate principis occidere (Codice *Quando liceat unicuique sine iudice se vindicare*, libro primo, et glosa notat 23 q. 3 c. *Fortitudo*, et 23 q. 5 c. *Cum homo* et Extra *De immunitate ecclesiarum* c. *Inter alia*).

Item, absque auctoritate principis seu iudicis licitum est cuilibet vim vi repellere (dis. 1 *Ius naturale*). Sed aliquando vis repelli non potest nisi inferens occidatur. Ergo in casu licet absque auctoritate principis bellum saltem particulare suscipere.

Item, non minus debet populus defendere patriam contra volentes ipsum occidere et patriam devastare quam privata persona teneatur se et res proprias defensare. Sed persone private licet se et res proprias absque auctoritate principis defensare et ne occidatur occidere. Ergo multo magis toti populo in absentia principis licet se contra hostes defensare et, ne occidetur et patria vastetur, bellum suscipere generale.

Capitulum 45,11 Codice…12 primo] cf. references in all three canon law glosses mentioned next. **12** 23…13 Fortitudo] C. 23 q. 3 c. 5 col. 1714 s.v. latronibus **13** 23…homo] C. 23 q. 5 c. 19 col. 1777 s.v. latro Extra…14 alia] X. 3. 49. 6 col. 1405 s.v. nisi publicus latro **16** dis…naturale] D. 1 c. 7 col. 5

Capitulum 45,3 et] ubi Ly **4** contrariam] contrarium Bb | veritati] videri We veritatem Ly **6** alicui] nulli Fi An Ly | alicui…8 principis] *omitted* Fi An (An *partly transposes infra*) **7** est] autem We **8** alium] alterum Fi **9** videtur] bellum sive generale sive particulare suscipere hoc est absque auctoritate principis *transposed here by* An *followed by* nulli licet alterum occidere quod non videtur *added dittography* An **10** cuilibet] *omitted* Bb An **11** Codice] capitulo Fi An We cum Ly Quando] *omitted* Ly **13** 23] Ly: *omitted* Bb Fi An We **14** alia] alias Ww **16** repellere] repellare Bb Fi An **17** inferens] inferos Bb | in] hoc *added* Ly Vg **18** absque] *omitted* An **21** volentes] valentes Fi An ipsum] Es To: ipsos Ww | ipsum…devastare] ipsam devastare Fr **22** res] reis Bb **23** absque…principis] *omitted* An **25** defensare] Kn: *omitted* Ww **26** et[1]] Ly: *omitted* Bb Fi An We | occidetur] An: occidantur Bb Ly occidentur Fi occidatur We | et[2]…vastetur] *omitted* Ly | patria] Kn: *omitted* Ww | vastetur] vastentur Bb Fi

Discipulus: Ad quid nituntur isti istud tertium reprobare?

Magister: Hoc reprobant ut ex contraria veritate eliciant argumentum ad probandum quod licet predicatoribus et doctoribus seu magistris absque mandato cuiuscunque prelati publice predicare atque docere doctrinam pape heretici veritati catholice adversari.

Discipulus: Quomodo?

Magister: Hoc modo. Bellum spiritualem contra hostem spiritualem nitentem non solum personam privatam sed etiam totam communitatem fidelium spiritualiter per hereticam pravitatem extinguere non est magis illicitum, etiam absque auctoritate principis mortalis inferioris Deo, quam sit bellum corporale contra volentem personam privatam vel aliquem populum neci tradere corporali. Sed licet absque auctoritate principis in casu tam bellum particulare quam generale corporale suscipere. Ergo multo magis licet predicatoribus et doctoribus seu magistris absque auctoritate principis mortalis contra papam hereticum cupientem totam multitudinem orthodoxorum spiritualiter heretica occidere pravitate bellum spirituale suscipere. Ergo licet eis doctrinam eius erroneam efficaciter reprobare et publice expugnare.

Discipulus: Quomodo respondetur ad auctoritates que sonare videntur quod absque auctoritate principis nulli licet bellum suscipere?

Magister: Ad omnes unica datur responsio. Quia omnes intelligende sunt quando auctoritas principis potest convenienter haberi. Si autem principis auctoritas convenienter haberi non potest, vel propter eius absentiam vel

---

50 auctoritates] This may refer to the five additional texts referred to by the gloss of C. 23 q. 1 c. 4 col. 1705 (*Quid culpatur*) s.v. principes, which are not specifically mentioned in the relevant passage of 1 Dial. 7.43.

---

27 istud] *omitted* An | tertium] certum Ly **29** Hoc] ideo *added* Ly reprobant] improbant We probant Ly | ex] *omitted* An | eliciant] eliceint Fi eliceant An alliceant We **31** absque] sine An | cuiuscunque] cuiuslibet We Ly **33** catholice] catholici Bb canonice An | adversari] aversari We **36** nitentem] intentum cum Ly **38** pravitatem] vult *added* Ly | illicitum] inlicitum We **42** absque] illa *added* Fi | in casu] *omitted* Fi An Ly **43** quam] bellum *added* We | suscipere] sustinere Ly **45** auctoritate] *omitted* An **46** cupientem] capientem An **48** eius] pape Fi An Ly | erroneam] hereticam An heretici erroneam Ly **53** omnes[1]] eos Bb An **55** haberi] Et *added* We

propter eius imperitiam aut impotentiam seu propter eius malitiam, licet absque eius auctoritate ex iusta et rationabili causa bellum suscipere non solum particulare sed etiam generale.

Discipulus: Ista responsio innuit quod in pluribus casibus vel propter diversas conditiones principis licet absque eius auctoritate bellum suscipere. Unde predicta per exempla declara.

Magister: Omnia per unum exemplum videntur quodammodo posse declarari. Ponatur enim quod aliquis rex potens vel populus aliquam civitatem invadat iniuste, satagens omnes cives extinguere et civitatem funditus dissipare. Si in hoc casu princeps civitatis est absens ita quod cives eius auctoritatem et consilium non possunt requirere, vel princeps est alienatus a sensu vel alias infirmus, quod eis non potest consulere, vel etiam ipsemet princeps malitiose conatur tradere civitatem, civitati licet pro se defendenda bellum suscipere principe minime annuente, imo ipso pro viribus resistente. Unde per multa exempla posset ostendi quod plures populi et communitates sepius deposuerunt iuste suos reges et principes et postea sibi principes elegerunt. Ex quo patet quod etiam populus absque auctoritate principis potuit ex causa iusta et rationabili contra principem deponendum bellum movere.

Capitulum 46

Discipulus: Michi videtur ostensum aperte quod in pluribus casibus licet populo absque auctoritate principis bellum generale movere. Ex quo concludi potest, ut apparet, quod licet predicatoribus et doctoribus contra papam hereticum absque auctoritate prelati cuiuscunque mortalis bellum spirituale suscipere, eius doctrinam erroneam reprobando. Nichilominus tamen peto ut ad eandem conclusionem aliquas alias rationes adducas.

---

57 imperitiam] peritiam Bb | aut impotentiam] *omitted* Ly | eius[2]] *omitted* We **58** iusta] iuxta We **62** vel] et We | licet] liceat Ly **65** Omnia] Kn: Quia Bb Fi An We Istud Ly | videntur] videtur Ly **66** quodammodo] quod omni modo Fi An omnimode Ly **67** invadat] invadant Bb | iniuste] iniuxte We **70** auctoritatem] auctoritate Bb Fi possunt] possent Ly **71** vel[1]] et Bb **74** ipso] i° We **75** Unde] et *added* Fi An | multa] et *added* Bb **76** iuste] iuxta We **77** suos] Ly: *omitted* Bb Fi An We | et[1]] suos *added* Ly **79** iusta] iuxta We **80** movere] promovere Ly **Capitulum 46,4** ut] ū We **8** reprobando] improbando Ly

Magister: Quod non solum sit licitum, sed etiam quod predicatores et doctores teneantur doctrinam pape erroneam reprobare, irrequisita auctoritate cuiuscunque prelati mortalis, videtur posse probari secundo principaliter sic.

Qui officium susceptum vel commissum negligit exercere est merito arguendus. Talis enim servo nequam qui abscondit talentum sibi commissum non immerito comparatur. Facit etiam contra preceptum Apostoli scribentis ad Timotheum: "*Ministerium tuum imple*". Sed ad officium predicatorum et doctorum spectat veritatem catholicam affirmare et pravitatem hereticam confutare, que duo sunt opera sapientis, scilicet non mentiri de hiis que novit, et mentientem posse manifestare. Ergo ad predicatores et doctores spectat perfidiam pape heretici confutare.

Discipulus: Licet ad predicatores et doctores pertineat pravitatem hereticam confutare, non tamen spectat ad ipsos omnem pravitatem hereticam confutare, quia nullus posset hoc facere. Ergo per hanc rationem probari non potest quod ad eos spectat perfidiam pape heretici reprobare.

Magister: Hec responsio non sufficit, ut videtur multis, quia, secundum beatum Gregorium, secundum qualitatem auditorum debet formari sermo doctoris, et videtur accepisse a beato Petro qui, ut legitur 8 q. 1 c. *Oportet*, ait: "*Oportet eum qui docet et instruit animas rudes esse talem ut pro*

Capitulum 46,17 comparatur] Matthew 25:26; Luke 19:22 scribentis…18 Timotheum] 2 Timothy 4:5 **21** opera sapientis] Ockham, *Expositio super libros Elenchorum*, I, 1 § 5 (OPh III, 11 - citing Aristotle) **30** secundum[1]…Gregorium] Gregorius, *Moralia in Job*, book 30, sect. 12 (CCSL 143B, p. 1499; PL 76, col. 530): "*pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum*". **32** a…Petro] https://en.wikipedia.org/wiki/Clementine_literature. The Pseudo-Clementine "littera Clementis ad Iacobum". | 8…Oportet[1]] C. 8 q. 1 c. 12 col. 1127

---

10 quod] We: *omitted* Bb Fi An Ly **11** et…teneantur] teneantur ut An **12** irrequisita] non requisita Ly | cuiuscunque] Es To Ba Fr: *omitted* Ww **13** probari] probare Bb **15** arguendus] car[dus] Fi | servo] serve Bb **17** comparatur] et *added* We | etiam] *omitted* An | scribentis] 2 *added* Fi Ly **18** ad[1]] *omitted* Fi | Timotheum] 4 *added* Ly **19** et] vel An **20** confutare] confundere We **21** sapientis] sapientum Ly | mentiri] et *added* An Ly | et] *omitted* Ly **25** pravitatem hereticam] heresim Ly **27** hanc] hunc An **29** responsio] ad *added* Fi **30** quia] sicut *added* Fi An We | secundum[1]] sicut Bb | beatum] *omitted* Fi An **31** doctoris] doctorum Fi An Ly **32** Oportet[2]…33 eum] quod dum Bb Fi An **33** qui docet] docet Bb quidem An | talem] tales Bb

ingenio discentium semetipsum possit aptare et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere". Sic oportet predicatorem et doctorem secundum varietatem temporum doctrinam suam audientibus ministrare ut quando ab hereticis de aliquibus erroribus specialibus invaduntur, per doctrinam predicatorum et doctorum contra eosdem errores specialiter muniantur. Si ergo papa hereticus virus sue perfidie in fideles laborat transfundere, oportet predicatores et doctores sue perfidie specialiter obviare et de veritate contraria auditores salubriter informare.

Discipulus: Puto quod hanc rationem intelligo. Ideo alias non differas allegare.

Magister: Tertio principaliter videtur sic posse probari. Ille cui ex officio incumbit peccanti resistere, si non resistit peccanti consentit, et simili modo cum eo iudicandus est culpabilis. Hec est enim ratio quare sepe taciturnitas et dissimulatio imputantur prelatis que tamen subditis minime imputantur, quia ad prelatos et potestatem habentes spectat sepe peccantibus obviare, quod tamen ad subditos minime spectat. Sed predicatoribus et doctoribus ex officio suscepto incumbit perfidie pape heretici fidem corrumpere satagentis resistere. Ideo enim, ut dictum est, officium predicatoris et doctoris debent suscipere ut doceant catholicam veritatem et confutent hereticam pravitatem. Ergo si non resistunt pape heretico cum possunt, eius perfidiam reprobando, eidem consentiunt, et simili modo cum eo sunt culpabiles reputandi. Unde virtute istius medii omnes auctoritates supra capitulo 38 introducte (et alie que sonare videntur quod qui non resistit

---

55 ut…est] 1 Dial. 7.46.18-22* **60** supra] 1 Dial. 7.38 **61** alie] 1 Dial. 7.30

---

34 discentium] dicentium Ly **35** audientis] auditis Bb | Sic] enim *added* Ly | oportet] diligentem *added* Ly **36** temporum] *gap* Fi **37** ut] aut Ly **38** specialibus] specialiter Ly **39** et] *omitted* An | contra] *omitted* Bb **40** virus] *omitted* Ly | in…41 transfundere] plures satagit illaqueare et viri infideles laborant transcendere Ly **42** de] *omitted* Bb An | veritate contraria] veritatem contrariam Fi An Ly | contraria] fideles vel *added* We **44** intelligo] intelligam Bb Fi An **47** Ille] *omitted* Ly **48** simili] consimili Ly | est] *omitted* Bb Fi An **49** Hec] Hȝ An est] *omitted* Bb **50** imputantur] imputatur Bb Fi An | que] quia Bb qui Fi An **51** imputantur] putantur Bb **53** et] *omitted* An **54** satagentis] atagentis Bb **55** enim] non An | predicatoris] predicationis Fi An predicatorum Ly **56** doctoris] doctorum Ly | debent] debet Fi **58** possunt] possint We | eidem] ei We **60** virtute] virtue Bb **61** sonare] insinuare Ly

peccanti, cum potest, consentit) ad predictam conclusionem possunt adduci.

Quarto principaliter sic arguitur. Omnis perfidia inimicorum fidei odio est habenda, teste Psalmista qui ait: "*Iniquos odio habui*". Et alibi ait: "*Omnem viam iniquam odio habui*". Et rursus ait: "*Nonne qui oderunt te Domine oderam, et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt michi*". Ex quibus verbis colligitur quod omnis nequitia et malitia odio est habenda, et quod inimici Dei, in quantum sunt inimici Dei, odio sunt habendi.

Quod etiam ipse Salvator testatur Luce 14: "*Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores, adhuc etiam et animam suam, non potest esse meus discipulus*". Ex quibus verbis colligitur quod hoc est in omni homine odiendum quod est in eo Deo contrarium. Perfidia autem pape heretici est Deo contraria, ergo odio est habenda. Sed predicatores et doctores odio non habent perfidiam pape heretici nisi ipsam, debitis circumstantiis observatis, detestentur, persequuntur, et improbare nitantur. Ergo predicatores et doctores ipsam oportet perfidiam pape heretici reprobare.

Maior videtur evidens. Minor aperte probatur. Quia sicut secundum beatum Gregorium "*probatio dilectionis exhibitio est operis*", ita etiam probatio odii exhibitio est operis. Et secundum eundem Gregorium amor non est otiosus

---

65 Psalmista] Psalms 118:113 **66** alibi] Psalms 118:128 **67** rursus] Psalms 138:21-22 **73** Luce 14] Luke 14:26 **85** secundum…Gregorium] Gregorius, *Homilia 30 in Evangelia, ad Iohannem 14:23-31*, n. 1 (PL, t. 76, col. 1220; CCSL, Turnhout: Brepols 1999, p. 256) : "*probatio ergo dilectionis exhibitio est operis*". **87** secundum…Gregorium] Ibid. (PL col 1220; CC-SL p. 257): "*Nunquam est Dei amor otiosus. Operatur etenim magna, si est*".

---

62 consentit] eidem consentire videtur An Ly **65** ait] dicit Ly **66** iniquam] iniquitatis Fi îiqu^{w} An **67** habui] *omitted* Bb | rursus] rursum Bb An We reo^{c}sū (*garbled*) Fi | Domine] odio *added* We **68** oderam] odebam An **69** illos] et *added* Bb Fi An We **70** omnis…76 quod] *omitted* Fi An **71** in…Dei^{2}] *omitted* Ly **73** testatur] dicens *added* We **74** suum…matrem] *omitted* Ly **75** et^{2}…suam] *omitted* Ly etiam] autem We **77** homine] *omitted* Bb | in eo] *omitted* Ly **79** et doctores] *omitted* Bb **80** ipsam] i^{am} We iþam Ly **81** persequuntur] persequantur Ly | et] efficaciter *added* We | nitantur] nitentur We **82** et doctores] *omitted* Ly | ipsam] *omitted* We **85** sicut] *omitted* Fi Ly **86** est^{1}] *omitted* An | probatio] inprobatio (*sic*) We **87** Et] Sicut *added* We | amor] Dei *added* We

sed multa operatur si est. Ita etiam odium non est otiosum sed multa operatur si est. Amor enim et odium sunt cause distincte distinctos effectus habentes. Et ideo sicut ex amore, si est, multi sequuntur effectus, ita etiam ex odio plures effectus emanant. Quare ex odio, si est verum, respectu perfidie pape heretici in predicatoribus et doctoribus opera exteriora sequuntur. Persecutio autem est effectus odii, et similiter reprobatio et detestatio exterior. Quare si predicatores et doctores vere odiunt perfidiam et malitiam pape heretici, ipsam efficaciter persequuntur.

Quod Augustinus, ut habetur 23 q. 4 c. *Duo ista* insinuare videtur dicens: "*Duo ista nomina cum dicimus, homo peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe, quia homo est, miserere, nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio nominis invigilet disciplina*". Et infra: "*Ita nulli homini claudenda est misericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda est*". Ex quibus verbis colligitur quod quilibet ex necessitate tenetur, quantum sibi licet pro gradu suo et officio, corripere et persequi peccatorem. Ergo predicatores et doctores oportet persequi modo congruenti sibi, scilicet reprobando perfidiam pape heretici.

Discipulus: Ex hac ratione haberetur quod predicatores et doctores deberent omnium hereticorum doctrinam erroneam reprobare, imo omnem peccatorem persequi tenerentur, quod eis impossibile esse dinoscitur. Nullus autem ad impossibile obligatur.

Magister: Ad hoc respondetur quod sicut debemus diligere omnes proximos (et ideo papam tam catholicum quam hereticum tenemur diligere), non tamen omnibus

---

98 23…ista] C. 23 q. 4 c. 35 col. 1746 **103** infra] *Ibid.*, col. 1747

---

88 est[1]] et *added* Bb Fi An | Ita…est[2]] *omitted* Ly **89** et] etiam Bb **90** distinctos] distinctionis An **91** sequuntur] sunt An | ita] vel An plures] quamplures We **92** verum] vere Ly **93** perfidie] *omitted* An **97** ipsam] i[am] We **101** corripe] et *added* Ww | est[2]] *omitted* Ww liberabis] liberabit Bb An **102** eum] cum Ww **103** invigilet] invigilns (*sic*) Fi | Ita] Ista Bb Fi An **104** misericordia] sicut *added* Ww **105** est] *omitted* Ww | verbis] *omitted* Ly **106** et…107 officio] *omitted* An **107** peccatorem] p[c]cara Fi ergo predicatores debent omnium hereticorum doctrinam reprobare, imo omnem peccatorem persequi tenentur *added* (*pre-stating* lines 110-113 *infra*) Ly | Ergo…108 doctores] *omitted* We **110** haberetur] habetur We **111** deberent] debent We | omnium] omnem An **113** tenerentur] tenentur We **116** catholicum] cartholicam Bb **117** hereticum] hereticam Bb

possumus actu in speciali beneficia exhibere, sed debemus esse parati tempore necessitatis pro posse omni indigenti succurrere, ita omnes iniquos in quantum iniqui sunt odire tenemur, et secundum preparationem cordis omnes persequi astricti sumus. Illum tamen qui deterior est et magis perniciosus populo christiano fortiusque honorem Dei conatur minuere, omnes catholici fortius et melius persequi astringuntur. Et ideo cum papa hereticus sit deterior et magis nocivus populo christiano quam alii minus mali, illum singulariter persequi debent catholici universi. Et ideo predicatores et doctores singulariter contra papam hereticum debent suum officium exercere, ipsum efficacissime et doctrinam suam erroneam reprobando.

Discipulus: Si rationes alias cogitasti, allega.

Magister: Quinto principaliter arguitur sic. Sicut oculi corporis materialis qui sibi et aliis partibus corporis minime vident illa que sunt eis periculosa et nociva (puta foveas, laqueos, hostes, bestias, et alia que possunt inferre corpori lesionem) inutiles reputantur, sic oculi corporis spiritualis, puta ecclesie, qui sibi et ecclesie nequaquam monstrant pericula imminentia ecclesie universe inutiles sunt censendi. Oculi tamen ecclesie sunt predicatores et doctores, qui bona et mala, virtutes et vitia, periculosa et utilia, debent sibi et aliis videre ac monstrare. Maximum autem periculum imminet ecclesie Dei quando papa est hereticus. Ergo si predicatores et doctores non vident nec monstrant ecclesie periculum quod ex perfidie pape heretici ecclesie imminet orthodoxe, inutiles sunt censendi.

Sexto sic. Sicut ad testes pertinet in iudicio perhibere testimonium veritati, sic ad predicatores et doctores spectat in suis sermonibus et lectionibus asserere veritatem et veritati

---

118 in] *omitted* Ly **119** omni indigenti] omnibus indigentibus We **120** succurrere] succurare Bb | odire] obedire Bb *omitted* Fi An **121** et] *omitted* Bb | preparationem] prepar actionem (*sic*) We | cordis] cedens Bb **123** fortiusque] fortius quia Ly **125** ideo] omnino Bb **126** nocivus] perniciosus Ly **127** singulariter] signanter We | ideo] ipso Bb **129** ipsum] i^{m} We **130** suam] *omitted* We **132** principaliter] specialiter Ly **133** materialis] mali Ly | minime] minus *added* Bb Fi An **134** vident illa] videntur We | periculosa] periculosiora Ly | nociva] nociviora Ly **137** et] nec An | nequaquam] nunquam An **138** pericula] etiam *added* Ly **139** tamen] autem We **140** periculosa] pericula Ly **142** Dei] fidei Fi An **143** non] *omitted* Ly | ecclesie] *omitted* An **144** perfidie] perfidia Fi We Ly | ecclesie] *omitted* An **146** testes] testem Fi Ly | perhibere] peribere Bb prohibere An **147** spectat] *omitted* Ly **148** lectionibus] locutionibus We Ly

testimonium perhibere. Imo predicatores et doctores videntur testes veritatis. Unde quia apostoli predicaturi et docturi veritatem fuerunt, testes veritatis poterant merito appellari, iuxta illud Redemptoris Act. 1: "*Eritis michi testes in Hierusalem et in omni Iudea*" etc. Et ut legitur in eodem capitulo, beatus Petrus dixit: "*Oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intravit et exivit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptismate Iohannis usque in diem qua adsumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis*". Predicatores ergo et doctores sunt testes veritatis. Sed testes, cum in iudicio examinantur, tenentur contra papam hereticum asserere veritatem. Ergo predicatores et doctores in sermonibus et lectionibus suis contra papam hereticum testimonium veritati perhibere tenentur.

Discipulus: Ista ratio probare videtur quod tunc solummodo predicatores et doctores in suis sermonibus et lectionibus debeant contra papam hereticum asserere veritatem quando ad hoc a suis superioribus compelluntur, quemadmodum testes tunc solummodo contra papam hereticum perhibere testimonium veritati tenentur quando ad hoc per suos superiores artantur.

Magister: Ista responsio vel obiectio nulla quibusdam apparet. Nam non solummodo testis debet perhibere testimonium veritati quando a suo superiore compellitur, imo sepe ad hoc ex conscientia sine omni coactione per

---

152 Act 1] Acts 1:8 **154** dixit] Acts 1:21-22 **164** Discipulus] Cf. *Littera ad Fratres* *****

---

149 perhibere] prohibere Fi | et doctores] *omitted* Ly | videntur] possent verisimiliter merito appellari Ly **150** apostoli] a primo Ly **151** veritatem] *omitted* Fi **153** Iudea] Iuda Bb | in[2]] *omitted* Ly **154** dixit] dicit Ly **155** tempore] tempori An | quo] in quo We intravit] We: introivit Bb Fi An Ly **156** Dominus] noster *added* Ly **157** in] ad Ly | a] *omitted* Fi An **158** resurrectionis eius] resurrectioni Ly | eius] *omitted* An | fieri unum] fidei An **159** doctores] veritatis *added* An Ly **160** examinantur] eminantur An | contra…hereticum] *omitted* Ly **161** asserere veritatem] testimonium perhibere veritati Ly **163** veritati] veritatis Ly **164** quod] quia Fi **166** debeant] debeat Bb debent We **167** a…superioribus] We Ba: in suis sermonibus Bb Fi An Ly **168** solummodo…169 hereticum] solum Ly **169** perhibere] prohibere Bb **170** per…superiores] a suis superioribus We **171** nulla] est ut *added* Ly **172** solummodo] solum Fi An | testis debet] testes debent Ly | perhibere] peribere Bb **173** quando] ad hoc *added* Ly superiore] superiori Bb Fi | compellitur] compelluntur Ly **174** conscientia] scientia An

superiorem astringitur. Quia sicut caritatis affectio quam quilibet ad alium habere tenetur suggerit unicuique ut quod uni prodest et alteri non nocet illud nequaquam prohibeat, sic eadem caritatis affectio monet unumquemque ut quod alteri prodest et sibi si faciat minime nocet alteri faciat, iuxta regulam Salvatoris qua unusquisque iubetur alii facere quod sibi vult fieri. Que regula tunc videtur precipue locum habere quando facere alteri quod sibi vult fieri nulli nocet nec corporaliter nec spiritualiter. Sed sepe ferre testimonium veritati etiam coram non superiore suo sibi non nocet et alteri multum prodest, quia liberat eum a dampno vel periculo absque detrimento sui. Ergo tunc quamvis testis non fuerit a superiori compulsus tenetur perhibere testimonium veritati. Ergo consimiliter predicatores et doctores, quando possunt liberare auditores suos ne incidant in perfidiam pape heretici, de necessitate salutis tenentur suis auditoribus veritatem contra papam hereticum indicare.

Discipulus: Tenetne aliquis modernorum doctorum mutuo se reprobantium quod testis aliquando non compulsus a superiore tenetur perhibere testimonium veritati?

Magister: Thomas de Aquino hoc videtur asserere 2ª 2ᵉ, q. 70, art. 1, dicens: "*Si vero requiratur eius testimonium non auctoritate superioris cui obedire tenetur, tunc distinguendum est. Quia si testimonium requiratur ad liberandum hominem vel ab iniusta morte seu pena quacunque, vel a falsa infamia,*

---

180 iubetur] Matthew 7:12 **195** asserere] Aquinas, *Summa Theologie*, II-II, 70, 1, *Responsio*

---

175 astringitur] astringuntur Ly **176** ut] aliquid *added* Bb | quod] cum alio We **177** illud] Ly: illum Bb Fi An We **179** faciat[1]] fiat Fi An alteri] alii Fi Ly | faciat[2]] faciet Ly **180** alii] alteri An Ly | facere] illud *added* An **181** Que regula] *omitted* An Quod Ly | tunc…182 fieri] *omitted* Ly **182** alteri] alii We **183** ferre] facere Ly **184** superiore] superiori We **186** a] suo *added* We **187** perhibere] perhiberi Bb An **191** indicare] dicare An **194** superiore] superiori We **195** hoc] *omitted* Ly | 2a 2e] 22 We **196** dicens] *omitted* Ly **197** cui…tenetur] We: cui pena Bb Fi An Vg *omitted* Ly **198** Quia] aliquando requiritur testimonium alicuius auctoritate superiorum, aliquando vero non requiritur testimonium subditi superiorum auctoritate, cum in his que ad iustitiam pertinent obedire tenentur, non est dubium quin teneatur testimonium ferre in his quibus secundum ordinem iuris testimonium ab eo exigitur, puta in manifestis, in his in quibus infamia precesserit. Si autem exigatur ab eo testimonium in aliis, puta in occultis in quibus infamia non precessit, non tenetur ad testificandum. Si vero requiratur eius testimonium non auctoritate superiorum quibus subest, tunc distinguendum est quia *added* Ly **199** iniusta] iniuxta We

vel etiam ab iniquo dampno, tunc tenetur homo ad testificandum. Et si eius testimonium non requiratur, tenetur facere quod in se est ut veritatem annunciet alicui qui ad hoc possit prodesse. Dicitur enim in Psalmo 81: 'Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate', et Proverbiis 24: 'Erue eos qui ducuntur ad mortem', et Romanis 1 dicitur: 'Digni sunt morte non solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus', ubi glosa dicit quod 'consentire est tacere cum possis redarguere'". Ex quibus patet quod testis tenetur testimonium perhibere veritati quandoque, quamvis per superiorem minime compellatur, et per auctoritates quas iste adducit ostenditur quod predicatores et doctores in suis sermonibus et lectionibus tenentur, si possunt, auditores suos ne incidant in perfidiam pape heretici preservare, quia ad eundem spectat aliquem ab ingruente periculo liberare ad quem spectat alium a periculo in quod incidit, si potest, eripere.

Discipulus: Adhuc alias rationes ad conclusionem principalem allega.

Magister: Septimo probatur eadem conclusio sic. Sicut advocatus patrocinium cause iuste prestare tenetur, ita predicatores et doctores veritatem catholicam docere et pravitatem hereticam reprobare tenentur. Sed advocatus cause catholicorum contra papam hereticum patrocinium prestare tenetur, quia advocatus patrocinium prestare tenetur cause pauperum. Hoc enim est opus misericordie, ad quod pro loco et tempore et aliis circumstantiis debitis observatis quilibet obligatur. Ergo multo magis debet advocatus cause

---

203 Psalmo 81] Psalms 81:4 **205** Proverbiis 24] Proverbs 24:11 **206** Romanis 1] Romans 1:32 **207** glosa] "*consentire est tacere cum possis arguere*" (*sic*) Glossa ordinaria (Rm. 1), in : *Glossae Scripturae Sacrae electronicae*, ed. Martin Morard, IRHT-CNRS, 2016-2018. https://gloss-e.irht.cnrs.fr/php/editions_chapitre.php?livre=../sources/editions/GLOSS-liber60.xml&chapitre=60_1

---

200 ad] a We **202** facere] ferre Fi An | annunciet] Ly Vg: denunciet Bb We denunciet illi Fi An **203** Psalmo] psalmis Bb An We psalmista Ly 81] *omitted* Ww **205** ducuntur] dicuntur We | et] ad *added* Ly **206** 1] 7 Ly **207** sed…qui] *omitted* We | etiam] *omitted* Ww | quod] *omitted* We **208** possis] possit We Ly | quibus] verbis *added* Ly **211** iste] ipse Ly **212** lectionibus] actionibus Fi An **213** possunt] possint Ly **214** aliquem…215 spectat] *omitted* An | ingruente] ingruenti Ly sive imminenti *added* Ly **217** Adhuc] Adduc An **219** Sicut] *omitted* An **220** advocatus] avocatus We advocati Ly | patrocinium] procim (*scripted then cancelled*) Bb | iuste] iuxte We | tenetur] tenentur Ly **221** et[2]] *omitted* Bb **222** cause] *omitted* Ly **227** cause] *omitted* Ly

catholicorum contra papam hereticum patrocinium et defensionem impendere, eo quod causa fidei est cause cuiuscunque pauperis preferenda. Ergo consimiliter predicatores et doctores in suis sermonibus et lectionibus debent, prestando patrocinium cause fidei, papam hereticum eiusque doctrinam erroneam confutare.

Discipulus: Non videtur quod advocatus semper teneatur causis pauperum patrocinium impartiri, quia tunc oporteret ipsum omnia alia negotia sua et aliorum dimittere, et eadem ratione non semper tenentur predicatores et doctores perfidiam pape heretici reprobare.

Magister: Non intendunt isti quod semper advocatus causis pauperum patrocinium teneatur impendere, nec quod semper omnes predicatores et doctores papam hereticum debeant in suis lectionibus et predicationibus reprobare. Sed intendunt quod sicut advocatus, quando non apparet in promptu quod per alium modum quam per suum iuvamen potest causa pauperis sublevari, tunc de necessitate salutis ei tenetur patrocinium exhibere. Ita predicatores et doctores oportet viriliter pape heretico obviare quando non apparent alii in promptu qui causam fidei velint et valeant contra papam hereticum defensare.

Discipulus: Ad hoc rationes alias, si occurrunt, allega.

Magister: Octava ratio est hec. Sicut ad accusatorem spectat crimen perniciosum rei publice quod potest probare iudici accusare, ita ad predicatores et doctores spectat errores perniciosos contra fidem catholicam insurgentes reprobare. Sed sciens papam esse hereticum et conantem a fide avertere orthodoxos ipsum, si potest probare, accusare tenetur. Igitur predicatores et doctores scientes papam hereticum laborare fidem corrumpere orthodoxam doctrinam suam erroneam reprobare tenentur. Maior videtur aperta. Minor probatur auctoritate Gregorii qui, ut legitur 2 q. 7 c. *Sicut*, ait: "*Sicut (inquit) laudabile discretumque est reverentiam et honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est,*

260 2…Sicut[1]] C. 2 q. 7 c. 46 col. 933

236 sua] *omitted* Ly **239** intendunt] attendunt Ly **242** predicationibus] sermonibus We **243** quod] *omitted* Ly | in…244 promptu] in prompta An *omitted* Ly **245** causa] causam Bb An **248** in promptu] prompti Ly **250** Ad hoc] Adhc We Adhuc Ly | allega] Ly Vg: *omitted* Bb Fi An We **253** ad] *omitted* An (*corrected* Anb) | errores] errore Bb **254** contra] que An (*corrected* Anb) **259** reprobare] probare Ly **261** inquit] ait An *omitted* Bb Fi We Ly | discretumque] discretum Bb **262** debitum] *omitted* Ww | prioribus] predicatoribus Ly

si qua inter eos correctione indigent, nulla dissimulatione postponere ne totum (quod absit) corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite". Ex quibus verbis colligitur quod ad rectitudinem Deique timorem spectat accusare quemcunque prelatum qui totum corpus conatur inficere. Cum ergo papa hereticus totum corpus ecclesie heretica pravitate molitur inficere, papa hereticus est a scientibus et probare valentibus accusandus.

Capitulum 47

Discipulus: Pro assertione predicta ad presens nolo plures rationes audire, quia satis videtur probabile quod predicatores et doctores, si simul concordaverint, debeant unanimiter doctrinam pape erroneam reprobare. Sed nunquid si multitudo predicatorum et doctorum seu magistrorum pape heretico consenserit, faverit, vel non restiterit, debent pauci doctrine pape erronee obviare?

Magister: Sunt quidam dicentes quod si pauci predicatores et doctores in doctrina permanserint orthodoxa, et tota alia multitudo pape heretico consensum et favorem prebuerit, illi pauci debent ei resistere modis congruis toto posse. Imo si unus solus remaneret fixus in fide, deberet intrepide doctrinam erroneam pape heretici improbare, exemplo Helie prophete qui, quamvis putasset se solum prophetam fidelem Dei fuisse relictum, a fide vera minime deviavit, sed hereticos et apostatas, quando fuit opportunitas, constantissime confutavit. Et per consequens, multo magis, si aliquis prelatus cum paucis predicatoribus et doctoribus sibi subiectis pape heretico nullatenus consentiret, tota alia multitudine suis erroribus adherente, illi predicatores et doctores pauci una cum prelato suo debent doctrine pape erronee contraire. Deberetque prelatus dicere cum Mathathia

---

Capitulum 47,15 exemplo] 1 Kings 18:22

---

263 inter eos] in eis sunt que Ww **264** incipiat…265 invadere] morbus invadat Ww **267** accusare] accusarem Bb **268** hereticus] *omitted* Ly **269** ecclesie] conatur *added* An **270** probare] reprobare Ly **Capitulum 47,3** quod] ad *added* We **4** concordaverint] concordant Ly **7** restiterit] resisterit Fi An | debent] deberent Bb debeant We audebunt Ly **8** pape] *omitted* Ly | obviare] obvirare Bb **10** et] vel We **12** ei] illi Ly | congruis] congruentibus We **13** remaneret] permaneret An **14** heretici] *omitted* We **16** relictum] relucent (*sic?*) Fi **18** consequens] multitudo *added* We **20** consentiret] consenserit An **21** multitudine] cum *added* An Ly | et] Ly: sive Bb Fi An We **23** Mathathia] Matha Fi

illud 1 Macc. 2: "*Etsi omnes gentes regi Antiocho*" (hoc est pape heretico) "*obediunt ut discedat unusquisque a servitute patrum suorum et consentiunt mandatis eius, ego et filii mei et fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Propitius sit nobis Deus. Non est nobis utile relinquere legem et iustitias Dei. Non audibimus verba regis Antiochi*" (id est pape heretici), "*nec sacrificabimus transgredientes legis nostre mandata ut eamus altera via*".

Discipulus: Videtur quod si pauci resisterent toti residuo multitudine christianorum laborarent in vanum. Ergo hoc attemptare nullo modo deberent.

Magister: Respondetur quod pauci non deberent de victoria desperare. Imo unus solus de victoria sperare deberet, quia, ut habetur 1 Mach. 3: "*Non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis et in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli sed de celo fortitudo est*". Et 1 Regum 14 sic habetur: "*Non est Domino difficile salvare vel in multitudine vel in paucis*". Et 2 Paral. 14 sic habetur: "*Domine non est apud te ulla distantia utrum in paucis auxilieris an in pluribus*". Ex quibus patet quod si pauci contra papam hereticum bellum susciperent, tota alia multitudine sibi perperam adherente, de victoria desperare non debent, quia bellum tale non est bellum eorum sed bellum Domini, qui est Veritas que super omnes vincit in veritate. Ergo "*habentes fiduciam*" pro eadem certent usque ad mortem, et Deus expugnabit pro eis inimicos eorum.

Capitulum 48

---

24 1…2] 1 Maccabees 2:19-22 **37** 1…3] 1 Maccabees 3:18-19 **40** 1…14] 1 Kings 14:6 **41** 2…14] 2 Chronicles 14:11 **48** habentes fiduciam] *Ibid.* | pro…49 eorum] Cf. Ecclesiasticus 4:33

---

24 gentes] *omitted* Ww **25** discedat] discedant Fi An Ly | servitute] legis *added* Ww **26** consentiunt] consentiant Ww **29** audibimus] audiemus Ww **30** sacrificabimus] sacrificamus Fi An | legis nostre] Ly Vg[2]: *omitted* Bb Fi An We **31** mandata] et *added* Ly **33** residuo] residue We | multitudine] multitudinum Ly **34** attemptare] et predicare *added* Ly **36** solus] solum An | deberet] valeret We **37** quia] quod Fi **38** multis…in[3]] *omitted* Bb | quia] quoniam Ly **39** belli] Ly Vg: *omitted* Bb Fi An We **40** Et] *omitted* Ly | 14] An 9 ix We (*misscript*) Domino] We: *omitted* Bb Fi An Ly **41** vel[1]] *omitted* We | multitudine] multis Ly | Et] *omitted* Ly | 14] 19 Ly | sic habetur] dicit Asa rex We **42** est] *omitted* An | ulla] *omitted* Ly **43** auxilieris] auxileris An | an] aut Ly | pluribus] multis Ly | quibus] verbis *added* Ly **45** perperam] *omitted* Ly **47** que] qui Fi An

Discipulus: Auctoritates prescripte michi clare demonstrant quod unus catholicus posset secure bellum contra papam hereticum cum tota sua cohorte suscipere, nec deberet de victoria aliqualiter desperare. Dubito autem ut, si unquam aliquis papa futurus est hereticus, pro multitudine christianorum poterit dici illud Salvatoris: "*Filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra?*". Quia reor quod paucissimi sibi resistent. Puto enim quod tunc adimpletur prophetia beati Pauli dicentis 2 ad Tim. 4: "*Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur*". Quia fabulas et errores pape heretici multitudo precipue magistrorum ambitiosorum et avarorum sequitur. Idcirco peto ut ostendas secundum aliquorum sententiam quid paucis in sacra pagina eruditis (sive fuerint magistri sive discipuli) esset agendum si papa efficeretut hereticus, et quid omnes predicatores et doctores haberent agere si omnes veritati fidei adhererent.

Magister: Respondetur quod si papa de doctrina diffamaretur erronea, omnes predicatores et doctores seu lectores vel magistri, imo etiam omnes literati quantum uniuscuiusque ingenio et scientie conveniret, deberent doctrinam pape erroneam videre, studere, examinare et discutere diligenter, exemplo illorum de quibus dicitur Act. 17: "*Cotidie scrutantes scripturas si hec ita se haberent*".

Discipulus: Hoc dicitur de illis qui scrutantur cotidie veritatem, non de scrutantibus doctrinas erroneas.

Capitulum 48,7 illud] Luke 18:8 **10** 2…4] 2 Timothy 4:3-4 **26** Act… 27 17] Acts 17:11

Capitulum 48,2 prescripte] scripte Ly | michi…4 cohorte] *omitted* Bb **4** cohorte] cohorto We **5** ut] quod We **6** aliquis] inveniet fidem super *added* Fi | est] erit We **7** dici] dicere Ly | Salvatoris] Putas ne *added* Ww **8** veniens] *omitted* Fi | putas] *omitted* Ww | in terra] super terram Ww **9** adimpletur] adimplebitur Bb Fi An **10** 2] 1 Bb Fi An 4] Et *added* Fi | tempus] tempore An **11** cum sanam] consonam Fi ad sua] secundum We **12** a veritate] auctoritate Bb **13** avertent] advertent An **16** sententiam] sententias Ly **17** eruditis] conditis Fi An **19** si] nisi Ly **20** adhererent] adherenrent Bb **21** de] *omitted* Fi An **24** uniuscuiusque] uniuscuiuscunque Fi An **25** studere] et *added* Ly **27** hec] *omitted* An We **28** Hoc] Hic Ly | scrutantur] scrutabantur We cotidie] continue Ly

Magister: Respondetur quod ad eosdem spectat scrutari veritatem et errores contrarios, testante Salomone qui Ecclesiasti 1 ait: "*Dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam erroresque et stultitiam*". Ex quibus verbis colligitur quod ita investigandi et discutiendi sunt errores contra fidem sicut catholice veritates quia, ut Sapiens attestatur: "*Idem est iudex sui et obliqui*", et "*eadem est scientia contrariorum*". Oportet ergo predicatores et doctores errores pape heretici examinare, studere, et discutere diligenter, quia sic ad veritates plures quas antea nescierunt pervenient, teste glosa accepta ab Augustino 1 Cor. 11 que ait: "*Ab adversario mota questio discendi extitit occasio*".

Discipulus: Quid facient postquam doctrinam pape erroneam examinaverint diligenter?

Magister: Respondetur quod rationibus et scripturarum testimoniis contra eam quantum possunt debent se munire, ac illi qui scribendi gratiam receperunt scribant et componant libros, tractatus, sermones et epistolas, secundum quod videtur expediens ad reprobandum doctrinam pape erroneam. Opera vero sua modis sibi possibilibus communicent et divulgent, nominibus suis tacitis vel expressis, secundum quod expedire videtur. Quedam enim opera ratione auctoris videntur libentius, et tunc erit utile nomen auctoris exprimere. Interdum vero multi odio habent auctorem, et tunc illis

---

32 Ecclesiasti 1] Ecclesiastes 1:17 **35** Sapiens] Aristotle, *De anima*, I, 5. Cf. J. Hamesse, *Les Auctoritates Aristotelis*, Louvain-Paris, 1974, p. 176. **36** et[2]] Aristotle, *Physica*, VIII, I, 8. Ockham, *Brevis summa libri Physicorum*, VIII, I (OPh VI, p. 119). Hamesse, *op. cit.* pp. 134, 183. **40** Augustino] Augustinus Hipponensis, *De civitate Dei*, XVI, 2 (CCSL, 48, p. 499), commenting 1 Corinthians 11:1 (https://gloss-e.irht.cnrs.fr/php/editions_chapitre.php?livre=../sources/editions/GLOSS-liber61.xml&chapitre=61_11, s.v. heresis) **44** Magister] Some segments of the Master's response are PP*

---

30 eosdem] ipsos An | spectat] pertinet An | scrutari] scrutatari We **31** errores] doctrinam An | contrarios] contrarias Fi et doctrinas *added* Ly **32** Dedique] Dedi Bb Fi An **33** erroresque] errore sed Bb **35** catholice] catholicas Bb An | ut] sicut We **36** attestatur] testatur Ly | sui] recti Ly **39** sic] sicut An | nescierunt] nescirent We **40** ab] ad Bb Fi An | Augustino] Aug[9] Bb | 11] Ly: 2 Bb Fi An We | que] qui Ly **41** extitit] existit Ww **45** testimoniis] testimonio An **46** scribant] scribent An **50** expressis] scilicet *added* Ly **51** Quedam] Quidam Bb | auctoris] auctorum Ly **52** auctoris] auctorum Ly exprimere] exponere An **53** vero] autem Ly | auctorem] auctores Ly

nomen auctoris operis expedit occultare, ut emuli non quis dicat sed quid dicatur attendant. Illi vero qui libros, tractatus, et alia opera componendi gratiam minime habent, in scripturis auctenticis et etiam in operibus novis in quibus magis discrete doctrina pape erronea reperitur se occupent studiose, ut cum tempus venerit opportunum errores pape valeant efficaciter reprobare.

Unde tam illi qui nova opera contra pravitatem pape heretici ediderunt quam alii predicatores et doctores in lectionibus, sermonibus publicis, secretisque colloquiis, quandoque opportunitas loquendi affuerit, debent errores pape secundum gratiam eis datam efficaciter reprobare et veritatem contrariam declarare, et quantum in eis est auribus omnium inculcare.

Unde ut uno verbo quod sentiunt manifestent, dicant quod, more bellatorum qui hostes suos aperte et per insidias et omnibus modis licitis quos excogitare valuerint debellare nituntur, debent predicatores et doctores seu magistri aperte et per insidias publice et occulte ac modis sibi convenientibus perfidiam pape heretici expugnare. Nec aliter a culpa fautorie pravitatis heretice sunt immunes, quia "*nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare*" (Extra *De homicidio* c. *Sicut*). Quod intelligendum est cum quis potest manifesto facinori obviare et non apparet in promptu quod per alium facinus manifestum valeat prohiberi. Et ideo si papa hereticus laboraret inficere orthodoxos, doctores et predicatores regionum ad quas doctrina pestifera pape heretici perveniret, ne illarum incole regionum

---

54 non…55 attendant] Seneca, *De quattuor virtutibus cardinalibus*, in J. Hamesse, *op. cit*., p. 282 n. 2.This was posited as the basis of Ockham's method in the *Dialogus*: cf. 1 Dial. *Prologus (*OP V, p. 2.) **61** Unde] PP* **76** Extra…Sicut] X. 5. 12. 6 col. 1699

---

54 auctoris] auctorum Ly | emuli…55 qui] *omitted* Fi | non] si Bb An **55** sed] si An | attendant] intendat Bb An **57** etiam] *omitted* We **58** discrete doctrina] distincte doctrinam Ly | erronea] erroneam Ly reperitur] poterunt reprobare Ly **63** lectionibus] et *added* Ly secretisque] ceterisque Ly **64** quandoque] quandocunque We quando Ly **68** ut uno] nutu et Ly | quod] quid Ly | sentiunt] sentiant Ly | dicant] dicunt We **69** quod] que ut Ly **70** valuerint] Ly: noluerint Bb We voluerint Fi An **72** et occulte] *omitted* Ly | modis] omnibus *added* We convenientibus] congruentibus We **74** nec] non Ww | caret] carent Bb **76** Extra…77 obviare] *omitted* An | Sicut] Si est Bb Fi Ly **78** promptu] prompto Bb An | prohiberi] prohibere Ly **79** laboraret] laboret An laboraverit Ly **80** quas] quos Ly

averterentur a fide deberent viriliter obviare, nec carent in hoc casu scrupulo societatis occulte nisi doctrine erronee pape obviarent, si in regionibus illis non essent alii qui doctrine pape erronee scirent, vellent, et possent resistere. Et ita predicatores et doctores in Francia commorantes tenentur doctrinam pape erroneam reprobare priusquam doctrina eadem in Francia ceperit publicari, vel probabiliter dubitatur quod aliquos corrumpet in Francia nisi resistatur eidem. Sic predicatores et doctores Italie debent ab eadem doctrina mortifera preservare Italiam, vel si in aliqua sui parte infecta fuerit debent conari purgare eandem. Et consimiliter de predicatoribus et doctoribus aliarum regionum in quibus morantur est dicendum. Si vero in Francia vel in alia regione sunt aliqui predicatores et doctores seu magistri qui sufficienter eandem regionem a dicta doctrina preservant vel expurgant, alii predicatores et doctores vel magistri regionis eiusdem non tenentur de necessitate salutis doctrine illi obviare, ex quo per alios ei sufficienter resistitur. Sed ubi alii deficerent, ipsi se opponere murum pro fide catholica contra papam hereticum tenerentur, alioquin in fautoriam pravitatis heretice inciderent iuxta auctoritatem superius allegatam (“*nec caret scrupulo*” etc.)

Discipulus: Videtur quod illa auctoritas et consimiles non debent de quibuscunque intelligi, sed de illis tantummodo qui sunt super alios potestatem habentes, quales non sunt predicatores et doctores nisi fuerint prelati.

Magister: Dicunt quidam quod hic erras aperte, quia auctoritas illa et consimiles debent intelligi non solum de prelatis sed etiam de sociis et subiectis. Quod primo per

102 superius] 1 Dial. 7.48.xxx

82 deberent] deberint Bb | carent] carerent Ly **87** priusquam] plusquam An p’quam We **88** publicari] pullulare We **89** corrumpet] corrumpat We corrumperet Ly | resistatur] resistantur An **91** vel] ut Ly **94** morantur] moratur Fi An | in[2]] aliqua *added* Fi An *omitted* We **95** sunt] sint Fi | et] vel We **96** dicta] pape heretici We **97** expurgant] exspectant We | alii] predictatores Ly | vel] et An **98** de] et An | illi] pape erronee We **99** ei] eidem We **100** opponere] ponere Ly **101** tenerentur] tenentur Fi An deberent Ly **103** nec…etc] *omitted* Ly **104** consimiles] similes Bb **105** de[1]] in Fi An **106** sunt] sic Ly super] supra Ly | habentes] habent Ly **107** nisi] *omitted* Bb **108** quidam] *omitted* We | hic] quodlibet Fi **109** consimiles] consimile Bb | intelligi] inte’ Fi **110** primo] *omitted* Ly | per] super Bb An

decretalem supra allegatam (Extra *De homicidio* c. *Sicut*) videtur aperte probari.

Conditor enim decretalis illius, scilicet Alexander 3us, loquitur de occisoribus beati Thome Cantuariensis et de illis qui associaverunt eosdem, quorum diversi diversimode culpabiles extiterunt. De quibusdam autem eorum dicit in hec verba: "*Illi etiam qui non ut ferirent, sed ut percussoribus opem ferrent, si forte per aliorum violentiam impedirentur, paulo minori debent pena mulctari quia, cum scriptum sit, qui potuit hominem liberare a morte et non liberavit, eum occidit, constat ab homicidii reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios prestare venerunt, nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare*". Ex quibus verbis colligitur quod Alexander 3us quasi dupliciter probare conatur quod qui occisoribus opem prestare venerunt a reatu homicidii minime sunt immunes. Primo per illud "*qui potuit hominem liberare*" etc., secundo per illud "*nec caret scrupulo*" etc. Ergo utrumque illorum dictorum, scilicet "*qui potuit hominem liberare*" etc. et "*nec caret scrupulo*" etc. de hiis qui occisoribus opem prestare venerunt debet intelligi. Illi autem non erant prelati occisorum nec superiores militibus qui erant occisores, sed erant socii vel famuli aut subditi eorumdem. Ergo tales auctoritates "*qui potuit hominem liberare*" etc. "*nec caret scrupulo*" etc. et consimiles non solum de prelatis et superioribus et super alios potestatem habentibus sed et de omnibus debent intelligi. Quod verum est pro tempore necessitatis, cum non apparet alius in promptu qui velit et valeat proximum a periculo liberare.

---

111 supra] 1 Dial. 7.48.76* **116** dicit] X. 5. 12. 6 col. 1699 **119** scriptum] Proverbs 24:11

---

111 homicidio] homicigio Ly | Sicut] satis Ly **114** Cantuariensis] Fi: Canturiensis Bb An We Cantuarensis Ly **115** eosdem] eos Ly diversimode] diversitate Fi An **116** quibusdam] quibus Fi Ly | autem eorum] *omitted* Ly **117** ferirent] fr'ū (*but* "u" *may be* "n") An percussoribus] persecutoribus Ly **118** violentiam] violentias Ww **119** paulo] Paolo We **120** qui] quia Bb | a morte] *omitted* Ww **121** constat] autem *added* Ly **122** prestare venerunt] prestant Ly venerunt] venerint We | caret] carent Ly **123** manifesto] manifeste An **126** venerunt] venerint Ly | homicidii] omicidii We **127** Primo] modo *added* Ly | qui] quod An **128** etc…129 etc] *omitted* Fi **129** et] *omitted* Ly **130** scrupulo] *omitted* We **131** venerunt] venerint Ly debet] de Bb **133** aut] ac We Ly **134** etc] et non liberat eum occidit We **135** scrupulo] societatis *added* We **136** et[1]] *omitted* Ly | et[2]] *omitted* We etiam Ly **137** debent] debet Bb Fi An

Quod etiam tales auctoritates "*qui potuit*" etc. et "*nec caret scrupulo societatis occulte*" etc. de sociis et de omnibus debeant intelligi probatur secundo sic. Non minus tenetur quilibet socius et subditus vel prelatus subvenire necessitati spirituali proximi quam corporali. Sed quilibet tempore necessitatis, ubi non apparet alius qui proximo subveniat, tenetur opera misericordie corporalia proximo, si potest, impendere. Ergo multo magis quilibet subditus, socius et prelatus, opera misericordie spiritualia, si convenienter potest cum non apparet alius qui subveniat, tenetur tempore necessitatis proximo exhibere. Manifesto autem facinori obviare, cum quis convenienter potest, proximum, ne doctrina pape heretici inficiatur erronea preservare, regionem totam vel pro parte doctrina erronea pape infectam, per sermones, informationes, exhortationes et scripturas catholicas expurgare, et consimilia, sunt inter opera misericordie spiritualia computanda. Ergo ad ista et consimilia tempore necessitatis, cum non apparent (neque prelati neque alii) qui velint vel possint talia operari, quilibet sive socius sive subditus qui convenienter potest, ista debet proximis de necessitate salutis impendere. Ex quibus colligitur quod si predicatores et doctores seu magistri sive in sermonibus et lectionibus publicis sive per informationes occultas possunt aliquos vel aliquem a doctrina pape erronea revocare et non faciunt, nec apparet alius qui hoc faciat, sunt fautores heretice pravitatis, nec carent scrupulo societatis occulte ex quo (possunt et non apparet alius qui velit et possit) manifesto facinori desinunt obviare.

Discipulus: Quid si metu mortis tali facinori desinunt obviare?

---

140 qui…et] Ly: *omitted* Bb Fi An We **141** caret] carent Bb scrupulo…occulte] *omitted* Ly | de[2]] *omitted* We **142** debeant] debeat Bb Fi An **143** et] *omitted* Ly | vel] ac *or* aut We **146** misericordie] minime Bb (*perhaps misunderstanding a* "mi[e]" *in its source manuscript*) **147** socius] *omitted* We Ly | et] *omitted* We **149** cum] *omitted* Fi **151** cum] *omitted* Bb | potest] et *added* Ly | proximum] proximus Bb tenetur *added* Ly **152** preservare] et *added* Ly **153** pro parte] partem An | infectam] infecta We **155** expurgare] expugnare An | consimilia] que *added* Ly **157** apparent] appareant Ly | neque] *omitted* Ly **158** vel] et We **159** debet] debent An **160** impendere] impende9 Fi impedere We **163** aliquem] aliquas Ly | a] *omitted* Bb **164** revocare] retrahere Ly | qui…faciat] qui illas personas vel illam velit et possit a doctrina pestifera revocare **We** Ba **167** facinori] facinora Fi **168** Discipulus…169 obviare] *omitted* Fi

Magister: Videtur quibusdam quod si probabiliter crederent quod possent aliquos a doctrina pape erronea revocare, nec probabiliter reputarent quod alio tempore, si viverent, maiorem possent facere fructum, peccarent mortaliter obmittendo metu mortis alios a doctrina pape erronea revocare. Verumptamen propter metum mortis excusarentur in tantum quod sententiam excommunicationis nequaquam incurrerent. Quemadmodum si quis inter sarracenos et infideles alios constitutus metu mortis negaret Christum, et veneraretur Machometum, peccaret mortaliter sed sententiam excommunicationis evaderet.

Capitulum 49

Discipulus: Inquisivimus de predicatoribus et doctoribus si teneantur doctrinam pape erroneam reprobare. Nunc dissere de illis predicatoribus et doctoribus qui impugnatores pape heretici improbarent vel persequerentur aut quomodolibet infestarent.

Magister: Circa hanc interrogationem videtur aliquibus distinguendum quod improbare impugnatores pape heretici contingit dupliciter: uno modo, eorum assertiones per auctoritates et rationes solummodo convincere satagendo; alio modo personis eorum detrahendo, vel in perpera irrogando, aut persecutionem quomodolibet procurando, vel contra ipsos alios provocando, seu eis per se vel per alios molestiam quomodolibet inferendo.

Item, aut assertio pape erronea est dampnata explicite, aut solum implicite.

Item, si est dampnata explicite, aut predicatores et doctores qui non impugnant ipsam possunt faciliter scire quod assertio pape est dampnata explicite aut non possunt hoc faciliter scire.

---

171 quod] si *added* Ly | possent] possunt Ly **174** metu] motu Fi alios] a suº We | pape] *omitted* Ly **175** metum] motum Fi **176** excusarentur] excusaretur Bb **178** et] Ly: *omitted* Bb Fi An vel We **179** Machometum] Macomettum We **Capitulum 49,2** et…3 doctoribus] *omitted* Ly **3** si] an We **5** improbarent] impugnarent An We **8** quod] quia We | improbare] inproligre (*garbled*) We **10** solummodo] solo modo We **11** in] *omitted* An | perpera] Kn: properia Bb Fi We perperia An propria Ly **12** quomodolibet] cuilibet An aliquam We quamlibet Ly **14** quomodolibet] quamlibet An Ly **15** pape] heretici *added* Ly **16** aut solum] solummodo aut Ly | solum] solummodo An Ly | implicite] explicite We **17** Item…explicite] *omitted* An | explicite] *omitted* Ly aut] ad An | predicatores et] *omitted* Bb | predicatores…19 aut] *omitted* We | et] aut Bb Fi An Ly **20** hoc] *omitted* Ly

Item, aut sciunt papam a viris in sacra pagina eruditis de certis articulis fortiter impugnari aut nesciunt.

Discipulus: Quomodo potest contingere quod aliqua assertio pape erronea sit dampnata explicite et tamen quod predicatores seu doctores hoc non possunt faciliter scire?

Magister: Respondetur quod hoc potest contingere propter ignorantiam predicatorum et doctorum et propter defectum librorum. Multi enim sunt predicatores et doctores tam simplices et tam parvam scripturarum habentes notitiam et peritiam, quod veritates quam plurimas sanctarum scripturarum ignorant et de determinationibus ecclesie parum vel nichil sciunt. Multi etiam eorum ad copiam scripturarum in quibus veritates catholice plures explicite approbantur, et per consequens falsitates contrarie reprobantur et condempnantur, faciliter pervenire non possunt. Sicut, ut dicunt, pauci preter fratres Minores habent decretalem Nicholai 3ii in qua explicite approbatur quod abdicationem proprietatis omnium rerum Christus verbo docuit et exemplo firmavit, et per consequens falsitas contradictoria est explicite condempnata. Condempnationem etiam summorum pontificum qui magistros quosdam Parisienses dampnantes statum mendicantium condempnaverunt pauci habent preter fratres Predicatores et Minores. Et ita multi ad scripturas continentes dampnationem talium heresum facile pervenire non possunt. Quidam autem a peritis longe distant, nec adest eis opportunitas consulendi peritos. Quare si non sunt in scripturis excellenter instructi non facile scire possunt tales hereses esse explicite condempnatas.

Capitulum 49,36 decretalem…37 3ii] Liber Sextus, 5. 12. 3 (*Exiit qui seminat*) col. 759 **41** dampnantes] Alexander IV, *Non sine multa* (1257). (Ockham,OP III, p. 115)

---

22 impugnari] impugnare Fi An **23** aliqua] aliquo Bb **24** quod] *omitted* Ly **25** possunt] possit Bb possint Fi **28** et doctores] *omitted* We **29** notitiam…30 et] *omitted* We **30** sanctarum] *omitted* An **31** ignorant] ignorent Fi An | de] *omitted* Bb Fi **32** etiam] *omitted* Ly ad copiam] propter inopiam Ly **34** reprobantur et] explicite We **35** Sicut] *omitted* Ly | ut] *omitted* An **37** approbatur] approbare Bb probatur An | abdicationem] abdicationes Ly **38** verbo] verborum Bb Fi **39** firmavit] confirmavit Ly | falsitas] veritas We | contradictoria] contradictio Fi contradictionis Ly **40** condempnata] et *added* We Condempnationem] Condempnatione Ly **43** Predicatores] *omitted* Fi ad] illas *added* Ly **45** possunt] *omitted* Bb | autem] etiam We **46** sunt] *omitted* Fi

Discipulus: De exemplis adductis in secundo tractatu De dogmatibus Iohannis 22[i] loquemur. Per que, quamvis malitiose ad emulis adducantur, intelligo quomodo aliqui predicatores seu doctores de quibusdam heresibus non possunt faciliter scire an sint explicite condempnate. Quamobrem narra qualiter per prescriptas distinctiones ad interrogationem propositam respondetur.

Magister: Respondetur quinque conclusiones tenendo.

Quarum prima est quod predicatores et doctores, assertiones impugnantium papam hereticum de assertione que non est dampnata explicite improbantes, solo sermone nitendo convincere per rationes et auctoritates quod assertiones eorum contrarie assertioni pape heretici non continent veritatem, non sunt censendi fautores heretice pravitatis, nec ex hoc solo sunt reputandi peccare mortaliter. Hec conclusio probatur per hoc quod theologi possunt absque fautoria heretice pravitatis et absque peccato mortali circa assertiones theologicas que non sunt explicite approbate nec explicite condempnate contrarie opinari, et opiniones suas contrarias rationibus et auctoritatibus fulcire conari. Ergo licet papa hereticus et impugnatores eius teneant opiniones contrarias, absque fautoria heretice pravitatis et absque peccato mortali possunt predicatores et doctores assertionem pape que in rei veritate est heretica, licet hoc nesciant, conari probare et assertionem contrariam improbare.

Discipulus: Contra hanc conclusionem et probationem eius michi due obiectiones occurrunt. Quarum prima est quod si assertio pape non est dampnata explicite, non est propter eam hereticus iudicandus. Ergo impugnantes papam propter eam asserendo eum esse hereticum sunt merito confundendi.

---

50 loquemur] loquimur Bb loquuntur Ly **51** adducantur] abducantur Bb Fi An **52** quibusdam] quibus Fi **54** Quamobrem] Quamorbrem (*sic*) Fi An | narra] enarra Fi ennarra An | narra qualiter] enarra We prescriptas] scriptas Bb Fi **55** respondetur…56 Magister] *omitted* An **60** nitendo] intendendo Ly | convincere] convincendo Ly quod *added* Fi | quod] que An **63** mortaliter] Et *added* We **64** theologi] catholici Ly **65** fautoria] fautor Bb | absque] *omitted* Ly **66** theologicas] circa assertiones *added* Bb catholicas Ly | non] nec We | approbate] approbare Fi approbata We **68** conari] *omitted* Ly **70** fautoria] fautor Bb **73** et] *omitted* Ly **74** conclusionem…75 eius] probationem et conclusionem eius Bb Fi An **76** explicite] tanquam heretica *added* Ly est[2]] erit Ly *omitted* Bb **77** eam] ea Ly **78** asserendo] eam hereticus est iudicandus. Ergo impugnantes papam propter eam *added* An | esse] *omitted* An | confundendi] confudendi We puniendi Ly

Secunda obiectio est contra hoc quod dicitur et innuitur quod licet predicatores et doctores conentur auctoritatibus et rationibus improbare assertionem impugnantium assertionem pape hereticam, non sunt censendi fautores heretice pravitatis. Hoc enim non videtur verum. Nam nullus plus potest favere heretice pravitati quam conando eam auctoritatibus et rationibus approbare et ostendere veram esse. Si ergo aliqui moliuntur rationibus et auctoritatibus comprobare assertionem pape que est heretica esse veram et assertionem contrariam esse falsam, videtur quod censendi sunt fautores heretice pravitatis.

Magister: Ad primam respondetur quod licet assertio pape non sit dampnata explicite, est in casu licitum asserere et tenere papam esse hereticum. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod si assertio pape non est dampnata explicite, aut papa eam tenet solummodo opinando (et tunc licet scientibus in rei veritate eam esse hereticam asserere quod est heretica sed non licet eis dicere nec asserere papam esse hereticum, quia ex quo papa solummodo opinando dicit eam non est hereticus reputandus), aut papa talem heresim non dampnatam explicite non opinando sed pertinaciter asserendo tenet, que pertinacia, sicut patet ex libro quarto huius, potest diversimode deprehendi, Et in hoc casu licet catholicis scientibus papam heresim dampnatam solummodo implicite pertinaciter asserere et tenere, non tantummodo affirmare assertionem pape esse hereticam, sed licet eis sentire quod papa est hereticus. Periculose tamen hoc publice assererent, quia forte hoc probare non possent, et forsan extra concilium generale et in absentia catholici pape, quamvis esset verum, non deberent hoc publice affirmare.

Ad secundam obiectionem respondetur quod ad fautoriam heresis que non est dampnata explicite non sufficit

100 sicut…101 huius] PP* Cf. 1 Dial. 4 *passim* (OP V, pp. 137-198.)

79 hoc] illud Ly **80** conentur] conantur Ly **83** plus] *omitted* Bb **85** approbare] probare We | ostendere] eam *added* Ly | veram esse] *omitted* We **87** comprobare] probare contrariam Ly | pape] heretici An *added* Ly | veram] falsam Ly | et…88 falsam] *omitted* Ly Vg **89** sunt] sint Bb Fi **91** casu] tamen *added* Ly **92** tenere] tene Bb **94** opinando] oper^{do} Fi opando An **97** quo] hoc We | opinando] opinande Bb **98** est] *omitted* We **100** que] quod Bb An est *added* Ly | pertinacia] quia *added* Ly | libro] *omitted* Bb Ly **101** diversimode] de pertinacia *added* Ly **102** dampnatam] non *added* Bb An Ly **106** probare] reprobare Ly **107** in] *omitted* Bb **108** deberent] debent Ly **110** que] *omitted* An dampnata] dampnatam An | explicite] *omitted* Ly

quod quis eandem rationibus et auctoritatibus munire conetur, sed ultra hoc requiritur quod pertinaciter seu inique talem heresim rationibus et auctoritatibus fulcire sive alias munire conetur. Quemadmodum ad hereticam pravitatem non sufficit quod quis errando heresi adhereat, sed requiritur quod pertinaciter adhereat.

Discipulus: Indica que sunt alie conclusiones quas tenet predicta opinio.

Magister: Secunda conclusio est quod predicatores et doctores qui impugnatores doctrine erronee pape (quantum ad assertionem non dampnatam explicite) non solum rationibus et auctoritatibus sed etiam detrahendo et in perpera irrogando aut contra eos alios provocando vel eis per se vel per alios molestiam quomodolibet inferendo impugnant, peccant mortaliter et sunt fautores heretice pravitatis. Quia qui propter bonum et licitum infert alteri nocumentum notabile peccat mortaliter, et si propter impugnationem licitam

---

119 Secunda…est] The original scribe of **Bb** added the following note in the ms. margin of the second conclusion (at fo. 202vb): ***Ergo qui persecuti sunt fratrem Fransciscum de Ass[illegible] [Ascoli] qui predicavit veritatem, veritatem dicens 'magis credo Ieronymo quam pape' et cetera. Concludere secundum istum doctorem***.

This annotation was perhaps added to **Bb** before the widespread divulgation of d'Ascoli's rehabilitation, and almost certainly before the publication of his *Confessio*. The exact date of the consistorial rehabilitation is still undecided. Some scholars follow Eubel's proposition of "1 December 1343", while others prefer Wadding's unspecified "1344" [N.Mariani, *F. di Esculi Improbatio*, Grottaferrata 1993, p.18 n. 68]. In any case d'Ascoli's official *Confessio* [Mariani, 18 n. 69] differed very significantly from (if not simply contradicted) a number of key arguments in his Narbonne trial of 1341 (cf. Baluze-Mansi, Miscellanea, III, pp. 281-284) [the trial was followed by his incarceration] which are reflected the summary in 202vb. The *Confessio* was sent by Pope Clement VI to Fortanerius Vassali, General of the O.F.M. on June 17 1344, as having been made "shortly earlier" (= "dudum") and as a model to follow by opponents of the papacy desiring reconciliation [Mariani, 19 n. 70] (*Clement VI made the reconciliation model much more demanding after 1346*)-- "***Istum doctorem***" suggests that the Scriptor of **Bb** was at this time either unaware of or did not wish to openly emphasize the recently published *Dialogus*' authorship. Cf. *Introd*. to OP VI for fuller details.

---

111 conetur] tenetur Bb **113** et] vel We **114** non] modo Bb **120** impugnatores] impugnantes An et *added* Bb | erronee] heretici Ly **122** et[2]] vel We | in perpera] Kn: in propria Bb in perperia Fi An We improperia Ly **123** alios[1]] *omitted* Fi | eis] *omitted* Ly | alios[2]] aliquos Fi **124** impugnant] impugnantibus Ly **125** Quia] *omitted* Bb **126** et] *omitted* Ly

heretice pravitatis infert alteri nocumentum, est fautor heretice pravitatis. Sed impugnare assertionem pape hereticam licet non sit dampnata explicite est bonum et licitum. Ergo predicatores et doctores qui propter impugnationem huiusmodi inferunt impugnantibus nocumentum notabile peccant mortaliter, et sunt fautores heretice pravitatis. Hoc autem faciunt qui eis detrahunt et in perpera et contumelias irrogant, et qui contra eos alios provocant vel per se vel per alios molestiam irrogant. Ergo peccant mortaliter et sunt fautores heretice pravitatis.

Tertia conclusio est quod illi predicatores et doctores qui impugnatores pape heretici propter assertionem dampnatam explicite quam non possunt faciliter scire esse dampnatam explicite propter imperitiam in scripturis auctenticis et propter defectum librorum, aut propter quamcunque aliam causam propter quam nesciunt papam de heresi impugnari, impugnant, assertionem pape solummodo rationibus et auctoritatibus satagendo munire et assertionem contrariam rationibus et auctoritatibus tantummodo improbare conando, non peccant mortaliter nec sunt fautores heretice pravitatis censendi. Quia absque peccato mortali potest quis, dummodo pertinaciam non adiungat, opinando negare assertionem catholicam etiam explicite approbatam, et contrariam hereticam assertionem dampnatam explicite opinari.

Si enim aliquis non habens memoriam de historia libri Regum absque pertinacia diceret, et rationibus aliquibus confirmaret, quod David non habuit simul plures uxores, non peccaret mortaliter nec esset fautor heretice pravitatis. Sic dicunt aliqui quod licet quidam, qui nunquam viderunt decretalem Nicholai 3ii *Exiit qui seminat*, opinarentur, et suam opinionem auctoritatibus et rationibus confirmare studerent, quod Chritus habuit alicuius rei proprietatem, quamvis hoc facerent imitando papam hereticum qui hoc diceret, non

152 libri…153 Regum] 2 Kings 2:2

129 impugnare] reputare Ly **133** notabile] *omitted* An **134** et] vel We in] *omitted* An etiam Ly **135** perpera] Kn: properia Bb We perperia Fi An opprobria Ly | qui] *omitted* Ly **136** vel[1]] eis *added* We | irrogant] inferrunt We **139** impugnatores] impugnantes An **141** et] aut Ly **143** impugnari] impugnare Fi An Ly **144** solummodo] assertionibus *added* An **146** conando] tacendo Ly **148** potest] *omitted* Bb **149** negare…151 hereticam] *omitted* Fi **152** enim] est *added* Ly memoriam] momoriam We **153** Regum] qui *added* Ly | et] etiam *added* We **154** non[2]] nec Ly **156** quidam] aliqui We **157** 3ii] que incipit *added* We **158** et] *omitted* We **160** imitando] imitendo Bb Fi An

peccarent mortaliter si dictam decretalem *Exiit* faciliter habere non possent, nec scirent papam propter assertionem predictam a viris eruditis in sacra pagina impugnari. Quia opinari heresim dampnatam explicite nescienter potest quis absque peccato mortali et fautoria heretice pravitatis, dummodo pertinacia nullatenus misceatur.

Quarta conclusio est quod predicatores et doctores qui impugnantes papam hereticum pro assertione heretica dampnata explicite (quam possunt faciliter scire esse dampnatam explicite, et propter quam sciunt papam de heresi impugnari) reprobant aut impugnant, peccant mortaliter nec a fautoria pravitatis heretice sunt immunes. Quia tantum zelum debent habere de fide catholica quam honori et favori cuiuslibet mortalis preferre tenentur, quod cum nuntiatur eis papam in certo articulo contra fidem catholicam errare, si de eadem assertione se intromittere approbando vel reprobando proponunt, non debent negligere querere diligenter an assertio pape sit condempnata. Et ita, si possunt faciliter scire assertionem eandem esse dampnatam explicite seu contrariam veritatem esse explicite approbatam, nullatenus a peccato mortali et a fautoria heretice pravitatis excusantur si impugnantes assertionem pape erroneam improbare presumunt.

Quinta conclusio est quod predicatores et doctores qui impugnatores doctrine erronee pape heretici dampnatam explicite, sive sciant sive ignorent eam esse dampnatam explicite, propter impugnationem huiusmodi persequuntur, eis detrahendo vel contumelias aut in perpera irrogando, vel contra eos alios provocando seu per se aut per alios molestiam quomodolibet inferendo, peccant mortaliter et sunt fautores heretice pravitatis reputandi. Gravius tamen peccant illi qui sciunt doctrinam pape esse erroneam quam illi qui ignorant.

---

161 peccarent] peccaret Bb We **162** papam] *omitted* Fi An papa We propter] per Bb Fi An **163** impugnari] impugnandum Ly **169** possunt] possent We | esse] *omitted* Ly **170** de] *omitted* Fi **173** quam] quod Bb Ly **174** quod] quia Ly **175** catholicam] *omitted* We | si] se Ly **176** se] *omitted* Ly **177** negligere] sed *added* Ly **178** sit] explicite *added* We | possunt faciliter] possent facile Ly **180** contrariam] illam Ly | a] *omitted* Ly **181** excusantur] excusarentur Fi Ly | si] sed Fi An **182** improbare] impropare We **183** presumunt] presumant Ly **184** qui] *omitted* Bb Fi An **185** impugnatores] impugnare Bb **186** ignorent eam] ignorant Bb **188** in] *omitted* Fi Ly | perpera] Kn: properia Bb Fi An We improperia Ly **189** alios[1]] *omitted* Ly | seu] aliter *added* Ly | per se] *omitted* Bb **193** ignorant] ignorent Fi

Discipulus: Quare non possunt ignorantes per ignorantiam excusari?

Magister: Respondetur quod ignorantis iuris quod quis scire tenetur non excusat. Hoc autem scire tenetur quod impugnantes aliquam doctrinam tanquam erroneam non sunt aliqualiter molestandi nisi certitudinaliter constet eos falso vel inique impugnare doctrinam eandem. Quare cum, si doctrina pape sit erronea, non possit constare quod impugnatores ipsius propter solam impugnationem eam falso impugnant vel inique (quia huiusmodi impugnatio est licita), non sunt propter impugnationem huiusmodi aliqualiter molestandi.

Capitulum 50

Discipulus: Puto quod ad probandum omnes conclusiones predictas rationes et auctoritates quamplures, si cogitares, scires adducere. Quas omnes causa brevitatis omitte, et dic breviter quid sentiendum esset de doctoribus et magistris qui doctrinam pape manifeste erroneam defensare aut excusare quomodolibet niterentur, doctrinas autem aliorum (et maxime pauperum) disputabiles et excusabiles, imo veras et catholicas, licet doctrinis quorundam theologorum contrarias, dampnare et pervertere ac ad malum sensum trahere conarentur.

Magister: Respondetur quod talium doctorum nequitia faciliter describi non potest, quia tales ab omni amore et zelo veritatis sunt penitus alieni, ostendentes aperte quod nequaquam amore scientie et veritatis ad magisterium ascenderunt, sed propter gulam aut honores vel divitias obtinendas in studio laborarunt.

Discipulus: Quibus vitiis sunt tales censendi impliciti?

Capitulum 50,7 doctrinas…8 aliorum] Ockham here may be implying that his own philosophical and disciplinary difficulties were primarily the result of the decision he made in May 1328 to join Cesena's party in the Evangelical Poverty dispute. We know this was not quite the case, although this decision indubitably exacerbated earlier problems.

---

196 quod[2]] semper Bb quo We semper *added* Ly **197** autem] quilibet *added* We **199** constet] costet We | falso] false Ly **201** quod] per *added* An **202** falso] false Ly **203** impugnant] impugnat We | vel] et Ly **Capitulum 50,2** omnes] *omitted* An **5** sentiendum] faciendum Ly **7** quomodolibet] quolibet Bb **8** aliorum] eorum Fi An | et[1]] *omitted* Bb Ly | et excusabiles] *omitted* Ly **11** conarentur] conerentur Bb **15** et] We: aut Bb Fi An Ly | ad magisterium] magistratum Ly **16** honores] honorem Ly **18** impliciti] implicite Fi An

Magister: Respondetur quod tales sunt acceptatores personarum. Talibus enim loquitur Isaias 5º capitulo, dicens: "*Ve qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti aufertis ab eo*". Tales enim doctores qui iustificant papam hereticum 'pro muneribus', hoc est pro beneficiis, gratiis et honoribus obtinendis, et 'iustitiam iusti auferunt ab eo', veritatem sue doctrine perperam pervertendo et ad malum sensum (ut placeant pape heretico) inique trahendo, sunt 'potentes ad bibendum vinum', quia inter alios fines malos quos spectant per magisterium obtinere, impletio ventris cibis et potibus infimum locum minime tenet. Ut de eis vere dicatur illud Apostoli ad Philip. 3: "*Quorum deus venter*" est, quia propter ventrem et honorem et alia terrena commoda consequenda et incommoda devitanda laborant in studio et addiscunt.

Unde et de quolibet tali doctore dicit Salomon Proverbiis 28: "*Qui cognoscit in iudicio faciem non facit bene. Iste et pro buccella panis deserit veritatem*". Ille 'cognoscit faciem in iudicio' qui doctrinam manifeste erroneam ideo nititur excusare vel etiam defensare quia a papa est tradita et inventa, et doctrinam pauperis catholicam et excusabilem, ut pape heretico placeat, contra mentem dicentis ad malum satagit trahere intellectum, qui 'pro buccella panis', id est pro uno bono convivio ubi confusionem non metuit temporalem, catholicam paratus est deserere veritatem.

Discipulus: Ex hiis conicio quod si unquam aliquis papa futurus manifestus erit hereticus, patebit aperte qui

---

20 Isaias 5o] Isaiah 5:22-23 **31** Philip 3] Philippians 3:19 **36** Proverbiis 28] Proverbs 28:21

---

19 acceptatores] acceptores An We **22** miscendam] We: miscendum Bb Fi An Ly | muneribus] hoc est pro beneficiis, gratiis et honoribus obtinendis *added* Ly **23** Tales…26 eo] *omitted* Ly **24** pro[1]] *omitted* Bb **25** obtinendis] obtinendi Bb **26** perperam] propriam Ly **28** quia…29 magisterium] *omitted* Fi **29** spectant] sperant Ly **30** cibis] We: cibi Bb Fi An Ly | potibus] potus Ly **31** eis] his Ly | vere] sic *added* Ly | ad] Vc Ba Fr: *omitted* Ww **32** et[2]] propter *added* Ly **33** commoda] *omitted* Ly **34** addiscunt] discunt Ly **36** 28] 38 Ly | faciem] suam *added* Ly facit…37 veritatem] habet etc. Ly **37** et] We: *omitted* Bb Fi An **39** ideo] non Ly | excusare] excecare An **40** et[2]] *omitted* Ly catholicam] catholica Bb **41** mentem] veritatem Ly **42** trahere] trahare We **43** id] hoc We **45** deserere] defendere Ly **46** conicio] coniecturo Ly **47** erit] esset Ly

doctores illius temporis zelo veritatis catholice et propter hereticos convincendos (si unquam insurgerent) in studio laborarunt, et qui propter terrena scientie operam impenderunt.

Magister: Nonnullis apparet quod hic falleris. Quia, teste Christo, multi "*ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt*". Sic forte nonnulli, si papa esset hereticus, bono zelo in principio laborabunt, sed cum venerit tribulatio per papam hereticum suscitanda illi firmissime adherebunt.

Discipulus: Quamvis michi modo appareat quod tempore futuri pape heretici, si erit, non possit sciri qui propter zelum veritatis studio vacare ceperunt, tamen satis videbitur manifeste qui erunt sinceri et fortes fidei zelatores. Ideo redi ad materiam in isto capitulo disserendam, et enumera alia vitia quibus doctores de quibus hic est sermo reputantur impliciti, nec curas aliquas probationes adducere.

Magister: Isti doctores putantur fautores heretice pravitatis, ambitiosi, avari, adulatores, propter excusationem vel assertionem doctrine erronee pape heretici. Propter perversionem autem aliarum doctrinarum putantur invidi, maliciosi, innocentie persecutores, detractores, diffamatores, calumpniatores, falsorum criminum impositores. Unde et in Spiritum Sanctum multipliciter peccare censentur. Propter utrumque autem vitium falsi, mendaces, fallaces, seductores et fraudulenti creduntur.

Discipulus: Qua pena essent tales plectendi?

Magister: Respondetur quod tales omnibus penis que debentur vitiis superius numeratis essent merito percellendi. Unde dicitur quod sunt excommunicati, et ab omni officio deponendi. Imo videtur quibusdam quod essent curie seculari tradendi vel perpetuo carceri mancipandi.

Capitulum 51

---

53 teste Christo] Luke 8:13 **71** censentur] Cf. Matthew 12:31-32; Mark 3:28-29; Luke 12:10

---

49 insurgerent] insurgent Ly **53** tempus] tpc (*sic*) An **54** Sic] Sed Ly esset] erit We **55** sed] et Ly **56** suscitanda] sustinenda Ly firmissime] fuisse An **57** adherebunt] aderebunt We **58** michi] *omitted* We | modo] non Ly **59** futuri] futuro Ly | erit] fuerit An Ly **61** qui] quod An **64** impliciti] implicati An | aliquas] alias An Ly **69** innocentie] *scripted then cancelled* We | persecutores] et *added* We **70** et] *omitted* Fi Ly **73** creduntur] credentur Ly **76** vitiis] vititiis We (*sic*) | numeratis] enumeratis Ly

Discipulus: De predictis posset fieri longus tractatus. Sed quia cupio quod cito isti tractatui finis imponatur, ideo ad religiosos censeo transferendum. De quibus interrogo an religiosi qui pape heretico non resistunt sint inter fautores pravitatis heretice computandi.

Magister: De religiosis distinguitur. Quidam enim religiosi regulariter aliquos de fratribus suis ad studium theologie transmittunt, pluribus etiam officium predicationis et confessionis committunt, multique ex diversis causis per mundum discurrunt et de loco ad locum sepius moventur, magnamque communicationem habent inter se quamcunque sint per mundum dispersi. Unde accidit quod ea que publice fiunt, non solum in curia romana sed etiam in studiis generalibus et in aliis locis frequentibus, facilius, certius et distinctius cognoscuntur ab eis.

Alii sunt religiosi qui ex consuetudine in certis locis continue residentes loca sua non mutant raroque exeunt claustra sua, nec aliquos de fratribus ad studia vel alia loca transmittunt, ac in diversis locis manentes parvam vel nullam communicationem inter se habere noscuntur, et ideo sepe de hiis que in curia romana et in aliis locis frequentibus publice fiunt multa ignorant que aliis minime sunt ignota.

Si igitur papa esset hereticus publicus, hoc est publice diffiniens assertionem que est heresis explicite condempnata vel publice predicans aut docens assertionem contra veritatem apud omnes catholicos divulgatam, puta si publice predicaret Christum non fuisse natum de virgine, vel resurrectionem

---

Capitulum 51,3 isti tractatui] The term “tractatus” may refer here to 1 *Dialogus* in its entirety. Cf. also 1 Dial. 3.11 (OP V, p. 135.75 *final question*). The comment emphasizes Ockham’s “prolixity” concerns as he toiled on his planned project in the summer of 1332 (Cf. also *Littera ad fratres* (OP III) (=*Adhuc habeo scribere quadraginta et amplius*).

Capitulum 51,3 tractatui] tractatu Fi **8** studium] studia We **9** transmittunt] admittunt Ly **10** et] *omitted* Fi An | multique] multum Bb multumque Fi An **12** magnamque] magnam Bb magnam tamen Ly quamcunque] quamtumcunque Fi An Ly **15** in] *omitted* An frequentibus] Vc: frequen(ta)toribus Bb We frequentationibus Fi An frequentabilibus Ly | et[2]] *omitted* An **18** continue] coti[e] We **19** aliquos] alios We | vel] ad *added* Ly | alia] *omitted* We **20** in] *omitted* Ly **21** communicationem] communicantes An **22** et] vel An in[2]] *omitted* We | frequentibus] Vc: frequentatoribus Bb We frequentationibus Fi An frequentabilibus Ly **23** ignorant] ignorent Fi An **25** diffiniens] finiens We | explicite] explicita Ly | condempnata] condempnatam An **27** omnes] *omitted* Fi An

non esse futuram, aut non esse infernum nec aliquas animas cruciari in inferno, contra primos religiosos esset violenta presumptio quod minime ignorarent papam esse hereticum, quia tales religiosi ea que publice fiunt in curia romana non ignorant. Tot enim litteras sibi mutuo scribunt, precipue de novitatibus que contingunt, quod vix aliquid notabile fit in curia romana quin cito et in brevi tempore in omnibus locis eorum per universum orbem publice cognoscatur. Et ideo si adheserint pape heretico postquam eius perfidia fuerit publicata, presumendum est quod scienter adherent pravitate heretice. Et ideo fautores heretice pravitatis sunt censendi si dixerint vel tenuerint papam esse catholicum et fidelem.

Discipulus: Quid si non dixerint papam esse catholicum et fidelem, tamen sibi obediunt nichil de eius fidelitate vel infidelitate se aliqualiter intromittendo?

Magister: Respondetur a quibusdam quod in hoc casu, si non possunt perfidiam pape ne transfundatur ad alios prohibere, non sunt censendi fautores pravitatis heretice, sed sunt putandi fautores heretici. Quia ex quo perfidiam pape heretici prohibere non possunt, nec credentes erroribus suis corrigere, nec ne alii credant eius erroribus impedire, tacendo de eius perfidia non videntur culpam incurrere, sed obediendo sibi a culpa minime sunt immunes.

Discipulus: Dic de aliis religiosis.

Magister: De aliis dicitur quod non est presumptio tam violenta contra eos quod sciant vel teneantur scire papam esse hereticum (et ideo non sunt subito iudicandi favere heretice pravitati), vel quod peccent pape heretico obediendo. Sed examinandi sunt sollicite an sciant papam esse hereticum vel propter illa que audierunt teneantur hoc scire, et secundum hoc vel culpabiles vel a culpa liberi sunt censendi. Si enim ignorant papam esse hereticum, et non laborant ignorantia

---

29 nec…30 inferno] Possibly another oblique allusion to John 23's sermons on the *visio beatifica*

---

30 primos] predictos Ly **31** ignorarent] ignoraret Bb ignorent Fi An **33** ignorant] errant Fi An cum *added* Ly | enim] *omitted* Ly | precipue] *omitted* Ly **37** postquam] fautores sunt cum Ly | eius] sua We **38** est] *omitted* Bb | adherent] adhererent Fi An Ly **40** dixerint] dix^{tis} Bb **42** et] vel An | nichil] *omitted* Ly | vel…43 infidelitate] *omitted* Ly **47** sunt] *omitted* We **49** eius] suis We | impedire] impediere We **54** eos] *omitted* Bb | teneantur] eam *added* An **55** subito] subdito Bb Fi An **56** pravitati] pravitatis Bb | quod] quia Ly **58** audierunt] audiet' We | teneantur] tenentur An | hoc] papam esse hereticum We **60** ignorant] ignorent Fi An

crassa et supina, obediendo pape heretico ab omni culpa sunt immunes. Si vero sciunt papam esse hereticum, vel ignorant quia nolunt scire, aut laborant ignorantia crassa et supina, obediendo pape heretico peccant mortaliter nec possunt a culpa aliqualiter excusari.

Discipulus: Quid spectat ad religiosos facere si papa fuerit hereticus?

Magister: Respondetur quod ad primos religiosos, si fuerint predicatores vel confessores aut lectores, quando predicant et legunt aut confessiones audiunt, spectat, debitis circumstantiis observatis, auditoribus suis perfidiam pape heretici nuntiare ut caveant pestiferam doctrinam eius. Ad alios autem, quando vadunt per mundum spectat ut (quando est opportunitas) illis quibus loquuntur non publice predicando sed loquela simplici, perfidiam pape heretici studeant intimare.

Ad alios autem religiosos, si sciverint papam esse hereticum, hoc spectat quod sibi tanquam pape nullo modo obediant, et quod modis sibi congruentibus alios ab obedientia eiusdem revocare tenentur.

Capitulum 52

Discipulus: Consequenter de regibus et principibus ac aliis publicis potestatibus et communitatibus aliqua interrogare propono. Dic autem in primis an reges et principes qui permitterent doctrinam pape heretici in suis regnis et dominiis publicari et doceri essent inter fautores heretice pravitatis computandi.

Magister: Videtur nonnullis de regibus et principibus distinguendum. Quia aut sunt omnino illiterati, aut sunt literati, notitiam sacrarum scripturarum habentes. Si sunt in sacris literis eruditi, et doctrina pape erronea est tam patenter

---

62 vero] enim An | hereticum] quia *added* Ly | ignorant] ignorent Fi vel *added* Ly **63** aut] et Ly **64** a…65 aliqualiter] aliter Ly **69** lectores] rectores Bb An **70** et] vel Ly | spectat] spectant Bb | debitis] de vitiis An **71** suis] sive eis confitentibus *added* We **72** caveant] teneant An eius] eiusdem We **73** spectat] *omitted* Ly **74** quibus] p[9] Fi **75** predicando] predicande Bb | sed] omitted Bb **76** intimare] nuntiare Ly **77** sciverint] sciverunt Ly **79** quod] *omitted* Ly | congruentibus] convenientibus An **80** tenentur] conentur We **Capitulum 52,2** et principibus] *omitted* Ly **3** aliqua] *omitted* We **4** et…5 principes] We: *omitted* Bb Fi An Ly **5** permitterent] et principes *added* Bb Fi Ly principes *added* An **9** aut[1]] reges et principes *added* We | sunt[2]] *omitted* Ly **10** literati] et *added* Ly **11** est tam] tamen Bb

heretica quod omnes catholici in sacris literis eruditi sciunt eam esse hereticam, reges et principes scientes per sacras literas doctrinam pape esse erroneam sunt fautores heretice pravitatis si eam sustinent in suis regnis et dominiis publicari et doceri, nisi ex causis probabilibus et verisimilibus estimarent quod si opponerent se publice doctrine pape erronee nulla exaltatio fidei vel utilitas fidelium sequeretur, sed catholici per talem oppositionem regum et principum corporaliter et spiritualiter turbarentur, ac plures propter talem contradictionem averterentur a fide et ad perfidiam pape heretici se transferrent.

Discipulus: Ista opinio casum pene impossibilem et incredibilem videtur innuere. Non enim videtur credibile quod si aliquis rex doctrinam pape heretici in suo regno publicari et doceri omnimode prohiberet, quod propter hoc plures averterentur a fide et ad doctrinam pape erroneam se transferrent. Cum etiam, si rex aliquis papam hereticum captivaret et neci corporali traderet, nec sibi nec suis magnum periculum immineret. Videmus enim hiis diebus quod non solum reges et principes sed etiam civitates et castra satis parve potentie summo pontifici presumunt resistere, nec tamen multi eorum corporaliter humiliantur. Quanto magis si rex potens et dives papam hereticum captivaret qui nec esset magni generis et nobilis, nec liberos relinqueret divites et potentes, periculum corporale nullatenus formidare deberet. Unde et hoc omnino michi videtur probabile, quod rex absque periculo temporali posset secure papam hereticum captivare et eum corporaliter trucidare, sed an hoc facere ex conscientia teneretur non est michi clarum. De quo tamen aliqualiter pertractatum est supra libro sexto. Ideo revertere ad opinionem priorem, et narra quid teneat de regibus et principibus illiteratis.

Capitulum 52,40 De…41 sexto] PP* **41** supra] 1 Dial. 6.100.xxx (OP VI)

---

12 catholici] catoholici (*sic*) We **13** esse] Ly: *omitted* Bb Fi An We hereticam] catholicam We **15** sustinent] substinent We | et] *omitted* An **17** estimarent] extimarent An We **20** propter] per We **21** talem] turbationem vel *added* Ly **24** innuere…videtur[2]] *omitted* Fi **25** in] *omitted* Fi **26** quod] tum quia Ly **27** ad] a Bb **28** transferrent] transferunt transferent (*sic*) An | Cum] Et An Tum Ly **29** corporali] corporaliter Ly | nec[1]] *omitted* Fi An **32** potentie] pene An **34** nec] non Fi An **35** et[1]] aut We **36** deberet] debent Fi **37** Unde] *omitted* Bb **40** teneretur] tenetur Ly | tamen] casu Ly **42** teneat] teneant Ly

Magister: Dicitur quod reges illiterati qui notitia scripturarum minime pollent in plurimis excusantur si permittunt dictam doctrinam in suis regnis et dominiis publicari, doceri, et teneri, quia propter innotitiam scripturarum non tenentur statim prohibere doctrinam pape heretici, presertim si eis a literatis viris minime intimatur quod doctrina pape sapit hereticam pravitatem, et doctrina pape erronea est talis quod non est directe contra veritatem catholicam apud omnes catholicos divulgatam. Dicunt igitur isti quod si doctrina erronea pape heretici est contra veritatem catholicam apud omnes catholicos divulgatam, reges, quantumcunque illiterati, si scienter sustinent eam in suis regnis et dominiis publicari, doceri et teneri, nisi probabiliter timeant quod ex prohibitione talis doctrine nulla spiritualis utilitas sequeretur et periculose catholici turbarentur, sunt inter fautores heretice pravitatis computandi.

Si vero doctrina pape heretici erronea non est contra veritatem catholicam apud omnes catholicos divulgatam, sed est contra veritatem catholicam quam reges et principes credere explicite non tenentur, licet debeant eam credere implicite, distinguitur. Quia aut ad notitiam regum et principum per clamorem et rumorem publicum et manifestum pervenit quod doctrina pape a viris literatis in scripturis divinis, qui hactenus bone opinionis et fame fuerunt, fortiter et efficaciter impugnatur, qui etiam petunt instanter ut de papa heretico vel de se, si erraverint, fiat iustitie complementum, aut talis clamor ad reges et principes non pervenit. In primo casu reges et principes ex zelo fidei (quam omni homini preferre tenentur) debent diligentissime facere examinari doctrinam pape per sapientes, si habent in regnis suis, vel per alios, si in regnis suis non sunt sufficientes ad examinationem talem. Et secundum unam sententiam

---

44 Dicitur] *omitted* Bb **46** permittunt] permittant Ly | dictam] pape heretici We **47** publicari] et *added* Bb Fi An Ly | doceri] *omitted* An et teneri] *omitted* Ly | innotitiam] imperitiam We ignorantiam Ly **51** non] *omitted* Ly **54** divulgatam] divulgata Fi An **55** sustinent] sustinerent Ly | eam] doctrinam pape erroneam We **57** timeant] timeatur Ly **58** catholici] catholice Bb **60** heretici] Ly: *omitted* Bb Fi An We **61** catholicos] *omitted* Ly **63** eam] eandem Bb Fi Ly **65** per] *omitted* An | rumorem] maiorem Bb vulgi *added* Ly **66** in] et Bb **67** et…fuerunt] sunt et fame Ly **70** clamor] notitia Ly | non] *omitted* Ly | non…71 principes] *omitted* Vg **71** In…principes] *omitted* Ly **72** tenentur] tunc *added* Ly **73** examinari] examinare Ly | habent] habeant Ly **74** suis[2]] eorum We *omitted* Ly | sunt] sint Ly **75** talem] tale Ly

prohibere debent ne doctrina talis in regnis eorum et dominiis publicetur et doceatur antequam fuerit sufficienter discussa et examinata. Secundum vero aliam sententiam, antequam constiterit legitime regibus doctrinam pape esse erroneam, eam prohibere non debent. In secundo casu, reges et principes prohibere doctrinam pape erroneam non tenentur, quia neque per certitudinem neque per famam constat eis doctrinam pape esse erroneam.

Capitulum 53

Discipulus: Circa ista narrata peto ut tria tantummodo probare coneris. Quorum primum est quod si reges et principes qui potentiam temporalem pape et suorum nequaquam metuerent audierint papam de doctrina erronea a viris in sacra pagina eruditis et qui semper antea bone opinionis et fame fuerunt fortiter impugnari, et ab eisdem peritis cum instantia petatur concilium generale ut veritas fidei declaretur, teneantur diligenter querere veritatem et efficaciter laborare ut per concilium generale vel alium modum congruum veritas fidei ostendatur et distincte patefiat catholicis universis.

Secundum est quod reges et principes, si per quemcunque modum legitime constiterit eis doctrinam pape esse erroneam, teneantur ne publicetur et doceatur in suis regnis et dominiis prohibere, si propter talem prohibitionem non timent dispendium populi christiani.

Tertium est quod si rex aliquis propter potentiam temporalem pape heretici vel suorum sequacium probabiliter et ex causis urgentibus formidaret quod ex prohibitione doctrine pape heretici in regno suo nulla utilitas neque corporalis neque spiritualis fidelium sequeretur sed magis catholici turbarentur et plures averterentur a fide, a tali

---

76 talis] pape We **80** secundo] etiam *added* Ly **Capitulum 53,3** coneris] conaris Bb Fi conare An **5** metuerent] metuerunt Bb **6** et] etiam Fi An **7** et[2]] quod *added* We **8** petatur] postulatur We **9** teneantur] tenentur An tenerentur Ly **10** generale] ut veritas fidei declaretur, teneantur diligenter querere veritatem et efficaciter laborare ut per concilium generale *added dittography* Fi **11** congruum] *omitted* Fi ostendatur] et tamen quod predicatores seu doctores hoc non possunt faciliter scire *added* Vg quod tamen predicatores seu doctores non possunt faciliter scire *added* Ly | et] *omitted* We | et…12 universis] *omitted* Ly **15** teneantur] tenentur Ly | ne] ut Fi | publicetur] publice Bb **16** et] suis *added* Ly **21** nulla] nullam Fi **22** corporalis] temporalis Ly neque spiritualis] *omitted* Bb

prohibitione doctrine pape erronee cessare deberet, et quod publicetur in regno suo permittere.

Magister: Primum et secundum simul videtur una ratione posse probari, que talis est. Ille ad quem spectat omnem pravitatem hereticam extirpare et ne in terra sibi subiecta pullulet impedire, tenetur modo predicto de doctrina pape erronea taliter impugnata, qua papa hereticus omnes cupit inficere orthodoxos, diligenter inquirere an sit consona vel dissona catholice veritati. Si enim circa talem inquisitionem negligens appareret, propter negligentiam eius possent sibi subiecti periculose corrumpi heretica pravitate. Sed reges et principes christiani debent omnem hereticam pravitatem extirpare quantum in eis est, et ne in terris eis subiectis pullulet impedire. Ergo si audiunt doctrinam pape hereticam qua omnes cupit inficere orthodoxos a viris peritis in sacra pagina eruditis impugnari, debent sollicite querere veritatem, an scilicet doctrina pape erronea sit consona vel dissona catholice veritati.

Maior istius rationis videtur evidens et tamen probatur. Primo sic. Cui competit potestas aliquid faciendi, omnia ad ipsum pertinere noscuntur per que illud convenienter facere potest, quemadmodum si aliqua causa alicui committitur, super omnia que ad ipsam causam pertinere noscuntur plenariam recipit potestatem, et sicut concesso principali conceditur accessorium (Extra *De officio iudicis delegati* c. *Preterea* et c. *Significasti* et c. *Prudentiam* et c. *Suspicionis*). Si ergo regibus et principibus competit hereticam pravitatem ne in terris sibi subiectis pullulet impedire, et hoc interdum facere minime possunt nisi diligenter inquirant an doctrina pape ad quam omnes intendit cogere christianos sit consona vel dissona veritati, sequitur quod tunc saltem talem debent

---

Capitulum 53,48 Extra…49 Preterea] X. 1. 29. 5 col. 330 **49** c Significasti] X. 1. 29. 7 col. 331 | c Prudentiam] X. 1. 29. 21 col. 342 c Suspicionis] X. 1. 29. 39 col. 381

---

24 deberet] debent An | et…25 permittere] *omitted* Ly **25** publicetur] publicaretur et doceretur We **26** videtur] videntur Bb **37** impedire] imperare Fi An | audiunt] audiverint Ly **39** sacra pagina] sacris literis We | eruditis] *omitted* Fi | querere] inquire (*sic*) We **40** scilicet] *omitted* We **43** competit] convenit Ly **44** que] quod Fi An **45** causa] *omitted* Bb | committitur] committeretur We **47** recipit] recepit Ly sicut] sic Ly ideo We^2 m **48** iudicis] *omitted* Ww **49** Preterea] Propter Ly c. 1 Propter Bb Propterea Fi An c. 1 et c. Preterea We | Prudentiam] Prudentia Bb Fi An We Prudenter Ly **50** pravitatem] extirpare *added* We^2 m **52** minime] non Ly | inquirant] inquirunt Fi | an] ac Bb An

inquisitionem facere quando eis per famam publicam nuntiatur quod doctrina pape quam in terris eorum publicare proponit a viris peritis in sacris literis impugnatur, qui toto posse laborant ut veritas fidei declaretur.

Secundo probatur eadem maior sic. Sicut ad eundem spectat de personis diffamatis inquirere et de accusatis secundum iuris ordinem iudicare, ita ad eundem spectat de aliqua pravitate publice nuntiata diligenter inquirere veritatem ad quem spectat eandem pravitatem si aperte perpetrata fuerit, extirpare. Sed ad reges et principes spectat pravitatem hereticam pape heretici, si eam aperte cognoverint in suis regnis et dominiis pululasse, penitus extirpare. Ergo ad eosdem spectat, si publice fuerit nuntiatum quod doctrina pape quam in regnis et dominiis eorum plantare conatur a viris eruditis tanquam heretica impugnatur, diligenter querere veritatem.

Tertio sic. Ad quem spectat periculis que cognoverit ingruere obviare, ad eundem spectat de periculis que per famam publicam nuntiantur querere veritatem, sicut ad quem spectat hostibus invadentibus terram aliquam toto posse resistere, ad eundem spectat si est publica fama quod aliqui volunt eandem terram invadere, diligenter querere veritatem ut, si fama contineat veritatem, ad resistendum sit minime imparatus. Quia, secundum beatum Gregorium: "*Minus iacula feriunt que previdentur*". Et quidam saluberrimum dans consilium ait: "*Prospice que veniunt hos casus esse ferendos, nam levius ledit quidquid previdimus ante*". Cum ergo, si doctrina pape est erronea, non modicum periculum toti christianitati immineat, ad quos spectat pravitatem

78 secundum…Gregorium] Gregorius Magnus, *Homiliarum in evangelia libri duo*, Ii, 35, 1 (PL, t. 76, col. 1259C) **79** quidam] Cf. W.J. Chase, *The Distichs of Cato*, Madison, Wisc., 1922, p. 12, no. 24

55 quando] cum Fi **56** quam] que Bb Fi An | publicare] publicari We **58** declaretur] Et *added* Fi **59** maior] minor We **61** ordinem] ordiem Bb | ita] ista Bb **62** diligenter] viriliter An **65** pape heretici] *omitted* Ly **68** eorum] quam *added* We **69** querere] inquirere Fi An Ly **71** cognoverit…72 ingruere] noviter emergunt Ly **72** per] *omitted* An **73** nuntiantur] nuntiatur Bb | querere] *omitted* Fi **75** aliqui] aliqua Fi **76** volunt] *omitted* Fi velint An | invadere] invadare We | querere] *omitted* Fi inquirere An Ly | veritatem] igitur si fama est super heresi debet diligenter inquirere an contineat veritatem *added* Ly **77** si… veritatem] *omitted* Ly **78** imparatus] imperatus Fi **79** feriunt] ferunt Bb | que] qua An | previdentur] unde *added* Ly **80** que] qui Bb We **81** quidquid] quid Fi

hereticam extirpare ad eosdem spectat de doctrina pape que tanquam heretica a viris in sacris literis eruditis fortiter impugnatur, postquam per famam publicam hoc eis constiterit, diligenter querere veritatem.

Sic ergo probata est maior. Minor, scilicet quod ad reges et principes spectat omnem pravitatem hereticam de eorum terris et dominiis extirpare et ne pullulet impedire, probatur sic. Ille qui propter hereticos de terra sua fugere non tenetur, nec tamen debet communicare eisdem nec eos quomodolibet receptare, potest eos de terra fugare, vel etiam captivare, vel penitus extirpare. Rex autem aut principes propter papam hereticum vel sequaces eius non tenentur de terra sua recedere, nec debent communicare eisdem nec eos quomodolibet receptare. Ergo possunt eos de terra sua fugare, aut etiam captivare, vel penitus extirpare. Qui autem talem obtinet super hereticos potestatem debet de terra sua expurgare hereticos et ita terram suam de omni pravitate heretica expurgare, quia terra de hereticis expurgata de omni pravitate heretica expurgata dinoscitur. Patet ergo quod spectat ad reges et principes impedire ne doctrina pape erronea in eorum regnis et dominiis divulgetur aut quomodolibet teneatur. Qui autem potest facinus prohibere et non prohibet, cum tamen hoc ad ipsum pertineat, eidem facinori favet. Reges ergo et principes qui sciunt doctrinam pape esse hereticam, vel si ignorant laborant ignorantia crassa et supina quia nolunt scire doctrinam pape esse erroneam, aut negligunt indagare si non prohibent eam in suis regnis et dominiis, sunt inter fautores heretice pravitatis computandi.

---

84 de] *omitted* Bb **86** eis] *omitted* Fi **87** querere] inquirere An Ly **88** maior] Et *added* We **90** pullulet] pullulent An **91** Ille] *omitted* Ly **92** debet] *omitted* Bb | eos] eosdem Ly **93** potest] tenetur Ly | terra] sua *added* We **94** Rex] Reges Ly | principes] princeps We **95** tenentur] tenetur Bb debent Ly **96** nec[1]] non An | debent] Ly Vg: debet Bb Fi An We **97** receptare] recipere Ly | possunt] Ly: potest Bb Fi An We **98** aut] ac We **99** debet] debere Ly | de…sua] An: *omitted* Bb Fi We Ly **100** expurgare…ita] Kn: *omitted* Ww | terram suam] *omitted* Fi An **101** expurgare] dinoscitur *added* Ly | de[1]] que We | expurgata] expurgatus Bb expurgatur We | de[2]…102 dinoscitur] dinoscitur iuste regulata Ly **102** expurgata] Ba Fr: expurgari Bb Fi An We **103** impedire] imperare An īpe[re] Fi | ne] nec Bb **105** facinus] faciliter We **106** hoc] prohibere We | ipsum] i[m] We **108** hereticam] erroneam Fi An | vel…ignorant] *omitted* Fi An Ly | laborant…109 erroneam] *omitted* Fi An **109** esse] hereticam vel *added* We **110** indagare] an doctrina pape sit erronea *added* We | eam] doctrinam pape erroneam We

Capitulum 54

Discipulus: Hec, ut puto, ab hiis que tractata sunt supra libro sexto cap. 99 dependent. Ideo hiis omissis, tertium quod est supra cap. 53 premissum probare coneris.

Magister: Tertium ibi premissum est quod, si rex aliquis propter potentiam temporalem pape heretici et suorum sequacium vel sibi faventium probabiliter et ex causis urgentibus formidaret quod ex prohibitione doctrine pape heretici in regno suo nulla utilitas (neque spiritualis neque corporalis) fidelium sequeretur, sed magis catholici turbarentur et plures averterentur a fide, a tali prohibitione cessare deberet, et quod doctrina predicta publicaretur et doceretur in regno suo sustinere, quod videtur posse probari.

Primo sic. Oportet regem, sicut et quemlibet alium sapientem, extremam dementiam declinare. Sed talis prohibitio esset extreme dementie, quia non minoris dementie est frustra niti et nichil nisi turbationem bonorum querere quam frustra niti et nil nisi odium querere, quod extreme dementie est, Ieronimo attestante qui, approbando sententiam cuiusdam, ait in prologo Esdre: "*Frustra autem, ut ait quidam, niti neque aliud se fatigando nisi odium querere, extreme dementie est*". Ergo rex qui per prohibitionem huiusmodi nil nisi turbationem fidelium quereret a tali deberet turbatione cessare.

Secundo sic. Non minus omittenda est prohibitio doctrine erronee pape propter vitandam turbationem fidelium absque omni utilitate eorum (et etiam infidelium) quam sit

---

Capitulum 54,2 Hec…3 omissis] PP* | supra] 1 Dial. 6.99 (OP VI) **4** supra] 1 Dial. 7.53.xxxx **20** ait[1]…Esdre] Hieronimus, *Prologus to Esdras*, in *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Adolph Risch 1480, repr. Brepols-Turnhout 1992, col. II, fol. 261a

---

Capitulum 54,2 supra] *omitted* We Ly **3** tertium] *omitted* Ly **4** est] Na Di: *omitted* Ww | 53] Kn: 52 Ww | premissum] Di: premisi Bb We promisi Fi An Ly **5** premissum] promissum Ly **6** et] vel We **9** neque[2]] *omitted* Bb **10** corporalis] temporalis Ly | sequeretur] sequitur Fi An **11** averterentur] adverterentur We **12** deberet] debet We deberent Ly quod] talis *added* Ly | predicta] pape erronea We *omitted* Ly publicaretur] publicatur Bb **13** sustinere] substinere Bb We | videtur] videretur Ly **16** extreme dementie] extrema dementia Ly | dementie[1]] *omitted* Bb | quia…dementie[2]] *omitted* Ly **17** est] et Ly **18** quam] quoniam Ly | quod] quia Fi An *omitted* Ly **19** sententiam] dictum We **20** cuiusdam] *omitted* Fi **21** querere] *omitted* Fi **22** est] *omitted* An **23** turbationem] perturbationem Ly **24** turbatione] prohibitione We **27** absque] ab Fi | etiam] Ly: est Fi An

omittenda correctio propter schisma vitandum. Quia schisma ideo vitandum dinoscitur quia est christianitati nocivum. Sed turbatio fidelium absque omni eorum utilitate est christianitati nociva. Ergo sicut schisma est vitandum, ita turbatio fidelium absque eorum utilitate est penitus declinanda. Sed propter schisma vitandum omittenda est correctio, teste Augustino, qui contra epistolam Parmeniani, ut legitur 23 q. 4 c. *Cum quisque*, ait: "*Cum quisque fratrum id est christianorum intus in ecclesie societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullum est.* (*Et infra:) Quando ita cuiusque crimen notum est omnibus et omnibus execrabile apparet ut vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas discipline*". Ex quibus verbis colligitur quod propter schisma vitandum a severitate correctionis et discipline oportet cessare. Ergo consimiliter propter turbationem fidelium declinandam oportet regem a prohibitione doctrine pape erronee ad tempus cessare.

Discipulus: Dicitur forte quod secus est quando fides impugnatur et quando alia peccata committuntur. Licet enim a correptione aliorum excessuum sit cessandum propter schisma vitandum, tamen quando fides impugnatur oportet illos ad quos spectat resistere quia, ut allegatum est supra, in decretis 7 q. 1 c. *Adversitas* § *Cum vero* sic legitur: "*Cum vero non prelatorum tantum sed totius ecclesie salus queritur,*

---

34 23…35 quisque[1]] C. 23 q. 4 c. 19 col. 1727 **51** ut…supra] 1 Dial. 7.38. **52** 7…vero] *Dictum Gratiani post* C. 7 q. 1 c. 48 col. 1113

---

28 Quia…29 vitandum] *omitted* Fi **29** ideo] *omitted* Ly **30** turbatio] sic *added* Ly | eorum] fidelium et infidelium We | christianitati…32 est] *omitted* Bb **32** absque] omni *added* Fi An We | eorum] fidelium We **33** omittenda] committenda Fi | correctio] correctione Fi Augustino] Aug[9] Bb **34** Parmeniani] Permeniani Bb **35** quisque[1]] qui sʒ Bb | id est] et Fi An We Ly *omitted* Bb | intus] *omitted* Ly **37** anathemate] anathate Bb **38** ita] *omitted* Ww **39** cuiusque] cuiuscunque We cuiusquam Ly | est] in *added* We | omnibus[1]] We: *omitted* Bb Fi An Ly | et] in *added* Bb An | et omnibus] *omitted* We omnibus[2]] extra *added* An **40** apparet] appareat Ww **41** possit] posset Ww | dormiat] Ly: dormitet Bb Fi An We **42** verbis] *omitted* Ly **43** vitandum] *omitted* Fi An | a] *omitted* Fi **44** Ergo] et *added* Ly **45** declinandam] declinamdam (*sic*) We **47** Dicitur] Dicetur We | quod] *omitted* Fi **51** spectat] vitandum, tamen quando fides impugnatur oportet illos ad quos spectat *added dittography* Fi | ut] sicut An | supra] *omitted* Ly **52** Adversitas] *omitted* We | Adversitas §] *omitted* Bb Fi An

fides impugnatur, necesse est ut ex adverso ascendant, et in die belli seipsos murum opponant pro domo Domini, et animas suas ponant pro ovibus suis, ut exemplo sue passionis accendant quos sermone doctrine diutius confirmare non valent". Ex quibus verbis colligitur quod cum fides impugnatur, prelati non tacere aut dissimulare sed resistere debent usque ad sanguinem. Ergo ratione consimili reges, quando impugnatur fides, usque ad mortem tenentur resistere, quia, sicut prelatos oportet ecclesiam defensare sermone, doctrina, et vita bona, ac tandem, si opportuerit, passione, ita et reges per potentiam temporalem ecclesiam defensare tenentur. Quare si papa hereticus fidem impugnat, reges et principes dissimulare minime debent, sed debent sibi resistere viriliter et potenter etiam usque ad mortem, iuxta illud sapientis : "*Usque ad mortem certa pro iustitia*". Et eadem ratione certandum est usque ad mortem pro fide, cum multo magis certandum sit pro fide quam pro quacunque humana iustitia aut patria vel subditis seu re temporali quacunque.

Magister: Respondetur quod positionem predictam nequaquam intelligis. Non enim intendit quod nunquam spectet ad reges et principes etiam usque ad mortem pro fide certare catholica, sed vult quod cum ex certamine nulla penitus speratur utilitas, sed de notabili et periculosa aut perniciosa turbatione probabiliter dubitatur, abstinendum est ad tempus a tali certamine, exemplo Christi et Pauli ac aliorum plurimorum sanctorum, qui interdum non tantummodo certantibus minime restiterunt, sed etiam fugerunt de loco certaminis. Ubi autem reges et principes ex certamine tali et resistentia ac prohibitione doctrine erronee

67 iuxta…68 sapientis] Ecclesiasticus 4:33 **81** etiam…82 certaminis] Cf. DIPP xxx

54 ascendant] ascendat An **55** seipsos] ut *added* Ly | Domini] Ly: Dei Bb Fi An We | et] *omitted* Ww **57** accendant] attendant Bb Fi **59** non] debent *added* Ly **60** sanguinem] sangwīe Bb **63** doctrina] doctrine Bb An We | vita] veritati Fi An **64** passione] passionem An **66** sed] imo Ly **69** est] magis *added* Ly | cum…70 fide] *omitted* Ly **73** positionem] rationem An Ly **74** intelligis] intelligi An **75** spectet] pectet Bb spectat Ly **76** certamine] certatione Ly **77** aut] ac Fi a^c We et Ly | aut…78 perniciosa] *omitted* Bb **78** probabiliter] probabili Ly **79** tali] *omitted* An | Christi] beatorum Petri Ly | Pauli] Pal'i We **81** certantibus] certatibus Bb | minime] resisterent *added* An restiterunt] resisterent Bb Fi **82** Ubi] Ut Fi **83** tali] *omitted* Fi

pape heretici fructum aliquem spiritualem sperarent, etiam usque ad mortem oporteret eos, si velint veri catholici reputari, doctrine pape resistere, et eam in suis regnis et dominiis prohibere. Quemadmodum prelati, quando exemplo sue passionis possent subditos accendere, quos sermone doctrine confirmare nullatenus potuerunt, deberent ascendere ex adverso et animas suas pro ovibus ponere.

Cum ergo dicitur "*cum vero non prelatorum tantum*" etc. respondetur quod quando fides impugnatur et ex passione prelatorum speratur pro fide quod catholici confirmabuntur in fide, tunc prelati debent mortem suscipere. Si autem ex passione sua confirmationem fidelium non sperarent, sed timerent quod post mortem suam fideles infirmi in fide catholica fluctuarent, deberent mortem fugiendo vel dissimulando vitare, et alia tempora quibus valerent fructum facere expectare, cuius sententie videtur esse beatus Gregorius qui in libro Dialogorum, ut habetur 7 q. 1 c. *Ibi*, ait: "*Ubi omni modo fructus de bonis deest, sit aliquando de malis labor supervacuus, maxime si e vicino cause suppetant que fructum Deo valeant ferre meliorem (Et paulo post:) Sepe agitur in animo perfectorum quod silentio pretereundum non est, quia cum laborem suum sine fructu esse considerent in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius predicator qui dissolvi cupit et cum Christo esse, cui vivere Christus est et mori lucrum, qui passionum certamina non solum ipse appetiit, sed ad toleranda hec et alios accendit, Damasci persecutionem passus, ut possit*

---

91 dicitur] *supra* lines xxxxx **100** 7…Ibi] C. 7 q. 1 c. 49 col. 1116-1117

---

84 heretici] *omitted* Ly | fructum] *omitted* Fi | spiritualem] *omitted* An **85** oporteret] oportet Ly | eos] *omitted* Fi | velint] vellent We **86** reputari] reperiri Bb An reperari Fi **89** potuerunt] poterint Ly deberent] debent Ly | ascendere] adscendere We **91** tantum] *omitted* Fi An **93** prelatorum] *omitted* Ly **97** fluctuarent] flutuarent We deberent] debent Ly **98** alia…quibus] alio tempore quo Ly valerent…99 facere] fructum facerent We | fructum] fructus An **99** expectare] expectarent An **100** Ibi] Ubi Ly **101** omni modo] omnino Ww **102** supervacuus] superva + *gap* Fi **103** Deo] Domino An | Et…post] *omitted* Ww **104** silentio] Ly: *omitted* Bb Fi An We **105** fructu] fructum Bb | considerent] considerant Bb We Ly **106** locum] loco Ww | alium] alias Bb Fi An alio We Ly **107** predicator] predicatorum Bb | cupit] cupiat Bb Fi An cupiebat We Ly | et] etiam An **109** appetiit] appetat An | sed] etiam *added* Ly toleranda] tolerandam Bb Fi An | et] etiam Ww **110** alios] alias Fi possit] potuisset Bb An We Ly potuissent Fi

evadere, murum funem sportamque quesivit seque latenter deponi voluit. Numquid Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, ad gravem laborem se alibi cum fructu servavit, fortis etenim preliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quesivit". Ex quibus colligitur quod fidei zelatoribus licet intentione fructum faciendi maiorem campum certaminis pro tempore declinare.

Quare, quamvis reges et principes, si viderint quod prohibitio doctrine pape erronee in regnis et terris sibi subiectis est ad honorem Dei et fidelibus fructuosa, doctrinam pape erroneam ne inficere valeat orthodoxos debeant prohibere, et pro tali prohibitione tenenda, si opportuerit, etiam arma movere, exemplo sincerissimi zelatoris legis Dei Iude Machabei qui, suos confortans ad bellum pro lege divina, ut legitur 1 Mach. 3, ait: "*Accingimini et estote filii potentes et estote parati in mane ut pugnetis adversus nationes has que convenerunt disperdere nos et sancta nostra, quoniam melius est nos mori in bello quam videre mala gentis nostre et sanctorum*". Tamen quando rex aliquis aperte videret quod sine fructu et cum turbatione perniciosa fidelium doctrinam pape erroneam prohiberet, dissimulare deberet et tempus aliud expectare quo cum fructu maiori doctrinam eandem pestiferam prohibere et de suo regno penitus extirpare valeret.

---

127 1…3] 1 Machabees 3:58-59

---

111 funem sportamque] sportam funemque Ww **112** deponi] deponere Fi | Numquid] non *added* Bb Fi An nam *added* We vero *added* Ly Paulum] Paulus Bb **113** quam] quem Bb Fi An | ipse] ipsum Ly Iesu] Christi Bb Fi An | testatur] attestatur Ly **114** conspiceret] speraret Fi **115** etenim] Ly: etiam Bb An enim We est Fi **116** preliator] prelator Fi | intra] inter Bb Fi An | noluit] sed *added* Ww **117** quibus] verbis *added* An Ly | quod] qui *added* An **120** quamvis] *omitted* Ly **122** Dei] fidei Ly | fidelibus] fidelium We **123** erroneam] *omitted* We debeant] debent Ly **124** tenenda] tūed^{a} We | tenenda…opportuerit] tuenda Ly **126** bellum] bellandum An | pro lege] *omitted* Bb **127** legitur] tenetur Fi habetur Ly | 3] Ly: 4 Bb Fi An We **128** et estote] *omitted* Ly **129** has] *omitted* Ww | que] contra Fi | convenerunt] venerunt Ww | nos] nobis Bb We **130** nos] nobis Bb Fi An | mala] interitum Ly **131** quando] si Ly **132** fructu] fidelium *added* Ly turbatione] conturbatione Ly | fidelium] esset prohibere Ly **133** prohiberet] *omitted* Ly | deberet] debet We **134** aliud] *omitted* Fi An

Discipulus: Rationem predictam intelligo, licet casus predictus quem innuit michi penitus impossibilis videatur. Ideo alias rationes ad assertionem eandem adducas.

Magister: Tertia ratio principalis est hec. Non minus dissimulanda vel toleranda ad tempus est doctrina pape erronea propter stragem spiritualem et corporalem vel etiam tantummodo spiritualem populorum multorum vitandam, quam propter stragem corporalem multorum vitandam sit propter alios excessus severitati correctionis et iustitie detrahendum. Sed propter stragem multorum vitandam sunt alia flagitia minime punienda, teste Augustino qui, scribens ad Bonifacium, et habetur dis. 50 c. *Ut constitueretur*, ait: "*Ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis caritas sincera subveniat*". Ergo consimiliter ubi sine omni fructu plurimorum strages spiritualis iaceret, quia plurimi averterentur a fide, si rex prohiberet doctrinam pape erroneam, est a prohibitione huiusmodi abstinendum.

Quarto sic arguitur. Sicut rex preceptis et statutis aut etiam, si opportuerit, materialibus armis debet doctrinam pape erroneam extirpare, ita predicatores et doctores ac magistri apertis rationibus et scripturarum testimoniis debent doctrinam pape erroneam impugnare. Sed predicatores et doctores ac magistri non debent sine fructu et cum turbatione fidelium doctrinam pape erroneam expugnare, ipsa Veritate testante, que ait Matthei 7: "*Nolite dare sanctum canibus*

---

148 dis…constitueretur] D. 50 c. 25 col. 331 **160** predicatores…164 porcos] This important point was not originally raised in the section on "predicatores et doctores" in 1 Dial. 7.42-49, but does appear in the treatment of "prelati" as a PP* (1 Dial. 7.38.xxx) **163** Matthei 7] Matthew 7:6

---

138 predictus] *omitted* We | impossibilis] impossibile esse We **141** vel toleranda] *omitted* Bb | ad] a We | tempus] conveniens *added* Ly | est] et An **143** populorum] et *added* Ly | vitandam] intantam Bb *omitted* Ly **144** sit] sive Ly **145** propter] per Bb | severitati] severitatis Ly **147** Augustino] Aug[9] Bb **148** et] ut An Ly **149** dissensionum] dississionum Fi disessionum An We **150** est] *omitted* Ww | populorum] plurimorum Ww | strages] spiritualis *added* Ly | iacent] iacet Fi An We Ly latet Bb **152** caritas] catholica Ly | subveniat] permaneat fides Ly et eadem verba ponuntur 23 q. 4 c. Illa pietas *added* We | Ergo] Unde Ly **153** omni] *omitted* An | iaceret] iacet An | quia] ita ut Ly **155** erroneam] hereticam. Ergo Ly **156** aut] a[c] We **158** erroneam] hereticam We **161** et] *omitted* We

neque mittatis margaritas vestras ante porcos". Ergo nec rex sine fructu cum turbatione fidelium debet in regno suo doctrinam pape erroneam prohibere, sed tempus in quo valeat cum fructu extirpare ipsam expectare tenetur.

Quinto sic. Quod non est ad gloriam Dei est minime faciendum. Quia nichil nisi ad gloriam Dei fieri debet, teste Apostolo qui 1 Cor. 10 ait: "*Omnia in gloriam Dei facite*". Qui etiam ad Coloss. 3 ait: "*Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu*". Sed prohibitio doctrine pape erronee sine omni utilitate cum turbatione fidelium non esset ad gloriam Dei. Ergo in hoc casu rex non debet in suo regno doctrinam pape erroneam prohibere.

Capitulum 55

Discipulus: Quia reor quod si unquam aliquis papa fiet hereticus, omni regi christianitatis potenti in regno suo, si sapienter et prudenter processerit, facile erit absque omni notabili periculo spirituali vel corporali de regno suo doctrinam pape erroneam extirpare, et ideo, si rex aliquis sustinebit doctrinam eandem in regno suo et terris sibi subiectis doceri, publicari, et teneri, hoc accidet aut propter defectum zeli ad catholicam fidem, aut propter defectum sagacitatis et prudentie, aut propter cupiditatem pecuniam aut divitias extorquendi a papa heretico, aut propter corruptionem aliam que ab omni rege christiano elongari deberet. Et ita opinor quod casus quem innuit predicta opinio nunquam eveniet. Ideo circa eandem opinionem non amplius

170 1…10] 1 Corinthians 10:31 **171** Coloss 3] Colossians 3:17

164 mittatis] *omitted* Bb | vestras] *omitted* Ly **165** fructu] et *added* Ly **166** quo valeat] quod valeant An **167** fructu] fructum Bb | ipsam] doctrinam pape heretici We ipse Ly | expectare] exstirpare Bb explicite An **170** 1] 11 Bb ad *added* Ly | ait] nisi ad gloriam Dei fieri debet, teste Apostolo qui 1 Cor. 10 ait *added dittography* Fi | Omnia] que facitis *added* Ly **171** Omne] Omnia Ly | quodcunque] We: que Bb Ly quod Fi An **172** Domini] nostri *added* Ww | Iesu] Christi facite *added* Ww | Sed] *omitted* Bb **173** utilitate] et *added* Ly **174** non] *omitted* Fi **175** pape] *omitted* Ly **Capitulum 55,2** fiet] fieret Ly **3** omni] non Bb christianitatis] christianitati Fi An | potenti…suo] *omitted* Ly **6** doctrinam…7 suo] *omitted* Bb **7** sustinebit] substinebit We sustineat Ly | eandem] pape erroneam We erroneam Ly | suo] etiam *added* An et] in Ly **8** accidet] accideret Ly **9** ad] aut An **10** pecuniam] pectuniam An pecunie Ly **11** aut] *omitted* An **12** deberet] debet An **14** eveniet] evenerit Ly

immoreris, sed ad publicas potestates et communitates te converte, et dic an publice potestates regibus et principibus inferiores et communitates, si sustinuerint sequaces pape heretici doctrinam eius erroneam divulgare, docere, et tenere, debeant inter fautores hereticorum et pravitatis heretice computari.

Magister: Publice potestates regibus et principibus inferiores et communitates, quantum ad fidem catholicam defendendam et pravitatem hereticam extirpandam a regibus et principibus nequaquam differre videntur nisi quoad potestatem temporalem, quia minoris potentie sunt communiter quam reges et principes. Et ideo nonnullis apparet quod per illa que dicta sunt de regibus et principibus patere potest quid de aliis publicis potestatibus et communitatibus sit tenendum. Si enim aliqua publica potestas vel communitas est tante potentie quod cum fructu spirituali potest doctrinam pape erroneam prohibere, ad hoc tenetur de necessitate salutis. Si vero est tam parve potentie temporalis quod ex prohibitione doctrine illius sequeretur turbatio fidelium absque omni fructu spirituali, eam dogmatizari licite sustinebit, et ad tempus aliud expectabit.

Discipulus: Quomodo scietur an aliqua potestas vel communitas sit tante potentie quod cum fructu spirituali poterit doctrinam pape erroneam extirpare vel prohibere?

Magister: Respondetur quod quecunque persona vel communitas est tante potentie quod pro rebus temporalibus vel honoribus obtinendis vel tenendis vel pro quocunque dampno vel incommodo temporali vitando audet pape sive catholico sive heretico rebellare et resistere, debet tante potentie reputari quod auderet et posset pro fide defendenda doctrinam pape erroneam prohibere. Quod si non fecerit, censeri debet zelum fidei catholice non habere, imo fautrix heretice pravitatis est merito iudicanda. Ad quamlibet enim

---

15 immoreris] moreris Fi An | communitates] communione An **16** dic] hec We **17** sustinuerint] substi^{rint} Bb **19** fautores] fauotores We **25** potestatem] potentiam Bb **26** communiter] communitates Ly **27** illa] ea Fi An **28** quid] quod We | publicis] simplicibus Ly | et…29 communitatibus] *omitted* An Ly **33** illius] pape erronee We **34** eam] tam Bb doctrinam pape erroneam We eandem Ly | licite] licicite We **35** ad] *omitted* Bb We **38** extirpare vel] *omitted* We **39** quod] nequaquam *added* Ly **40** quod] quando Ly **41** vel[1]] pro *added* Ly tenendis] retinendis Ly **42** audet] auderet We Ly **43** catholico] chatholico We | et] si *added* An Ly | resistere debet] se sciret Ly debet] *omitted* Ly **45** prohibere] defendere An ad hoc teneretur *added* Ly

personam et communitatem super alios potestatem habentem spectat sibi subiectos, cum potest, a pravitate heretica preservare.

Quod sic ostenditur. Aut prelati sunt solliciti pravitatem hereticam pape heretici extirpare, aut sunt dampnabiliter negligentes. Si sunt solliciti, et non possunt per se eam extirpare, brachium invocant seculare. Seculares autem a prelatis ecclesie requisiti tenentur fideliter adiuvare ut pravitas heretica confundatur. Ergo in hoc casu tenentur doctrinam pape erroneam prohibere. Si autem prelati in extirpando hereses pape et sequacium eius sunt dampnabiliter negligentes, in hoc casu debent seculares minime requisiti, si possunt cum fructu spirituali, pravitatem hereticam et hereticos extirpare. Ergo ubi veritas catholica ad hoc ut defendatur, et pravitas heretica ut confundatur, requirit opem et operam secularium super alios potestatem habentium, ipsi, si possunt cum fructu spirituali, de necessitate salutis sunt astricti doctrinam pape erroneam prohibere et totis viribus impedire ne, dogmatizata et publicata, inficiat orthodoxos.

Capitulum 56

Discipulus: Licet circa istam rationem possent dubia et obiectiones multe moveri, quia tamen ad ea potest per precedentia faciliter responderi, pertranseo, et de simplicibus nullam super alios potestatem habentibus interrogo an sint fautores hereticorum et heretice pravitatis si doctrine pape erronee non resistunt.

Magister: Ista interrogatio dupliciter potest intelligi, quia aut intelligitur de aliqua tota multitudine simplicium nullam super alios potestatem habentium, aut intelligitur de quolibet tali simplici.

Si intelligitur primo modo, dicitur quod si est tanta multitudo quod cum fructu spirituali posset doctrinam pape erroneam prohibere, censenda est favere hereticis et heretice

---

48 habentem] Ly: habentes Bb Fi An We **53** sunt] sint Ly | eam] Ce Vc Di Es Fr : eas Bb Fi An Ly hereses pape heretici We **54** invocant] invocent Ly | Seculares] Seculare Bb | a] *omitted* Ly **55** prelatis] prelati Bb **57** erroneam] hereticam We **59** requisiti si] requisit qui Bb **60** et…61 hereticos] *omitted* An **63** alios] aliqua Bb **65** totis] iuris *added* An **66** dogmatizata] dogmatizetur Ly | et] ne Ly **Capitulum 56,1** …] *omitted* Fr (*simple continuation of its* ch. 55) **2** possent] possunt multa Ly **3** multe] multa We | per] *omitted* An **4** responderi] respondere Bb **13** posset] potest Ly

pravitati nisi resistat. Hoc probatur primo sic. Non minus tenetur multitudo talis defendere fidem et resistere destruentibus eam quam tenetur resistere invadentibus inique et iniuste socium vel patriam. Sed talis multitudo tenetur resistere invadentibus inique et iniuste socium vel patriam (23 q. 3 c. *Fortitudo*). Ergo multo magis tenetur resistere, si potest, destruentibus fidem. Quare, si papa vult fidem destruere et hereticam inducere pravitatem, multitudo que potest sibi resistere debet ei viriliter obviare, et ne inficiat catholicos impedire.

Secundo sic. Ad eosdem spectat defendere Christum et fidem eius. Sed ad multitudinem que nequaquam super alios potestatem habebat pertinebat defendere Christum, teste Augustino qui, ut allegatum est supra, et legitur 23 q. 3 c. ultimo, ait: "*Ostendit propheta nec illos immunes a scelere esse qui permiserunt Christum principibus interficere, cum pre multitudine timerentur, et possent illos a facto et se a consensu liberare*". Ergo ad multitudinem similiter spectat fidem Christi defendere, nec sunt immunes a scelere si permittunt pape, prelatis, regibus, principibus, et publicis potestatibus quibuscunque, fidem subvertere orthodoxam, si pro multitudine timeantur et possint illos a facto et se a consensu liberare. Quia sicut dixit Augustinus ibidem: "*Qui desinit obviare cum potest, consentit*". Et ideo si multitudo christianorum super alios potestatem nequaquam habentium posset resistere doctrine pape erronee et non faceret, consentiret eidem.

Consimiliter si multitudo simplicium in uno regno vel in uno ducatu vel in una civitate posset prohibere tam sequaces

---

Capitulum 56,19 23…20 Fortitudo] C. 23 q. 3 c. 5 col. 1713 **28** allegatum…et] PP* | supra] 1 Dial. 6.37.84-103* | 23…29 ultimo] C. 23 q. 3 c. 11 (*Ostendit propheta*) col. 1715 **37** ibidem] *Ibid*. col. 1715

---

15 nisi resistat] si non resistit Ly | probatur] pro Bb **16** et] *omitted* Bb **17** eam] fidem We | inique…18 iniuste] *omitted* We **19** et] vel Fi An Ly **21** Quare] Si Fi **25** Ad…26 eius] Ad quos spectat Christum defendere ad eosdem spectat fidem eius defendere Ly **26** eius] eiusdem Fi | que] *omitted* Ly **27** habebat pertinebat] habentem pertinet Ly **28** Augustino] Aug[9] Bb | qui] *omitted* Ly | ut] sicut We | et legitur] *omitted* Ly | 3] *omitted* An **29** ultimo] ubi *added* Ly | Ostendit] Oportet An | propheta] prophetam An **31** pre] Ly Vg: pro Bb Fi An We **32** similiter] *omitted* Ly **34** regibus] et *added* An Ly **35** subvertere] pervertere An **36** pro] pre Ly *omitted* Bb | timeantur] timentur Ly possint] possunt Ly | se a] *omitted* An **37** dixit] dicit Ly **38** cum potest] perversis et non facit Ww | consentit] consentire videtur Ww **42** Consimiliter si] Similiter Ly

pape heretici quam dominum temporalem ne publicarent vel facerent aut permitterent publicari doctrinam pape erroneam quam scirent esse erroneam, et non facerent, inter consentientes doctrine erronee pape computari deberent. Et causa secundum istos sepe tacta est prius, quia videlicet nullius rei temporalis vel hominis cuiuscunque mortalis defensio magis spectat ad quemcumque hominem vel multitudinem christianorum quam defensio fidei orthodoxe. Et ideo si multitudo in quocunque casu contra regem proprium vel dominum temporalem vel papam vel alium quemcunque quamcunque rem temporalem vel hominem debet defendere, multo magis contra eundem debet defendere fidem, si potest. Constat autem quod si papa vel rex vel dominus temporalis vellet omnes viros et mulieres, parvulos et innocentes corporaliter trucidare, totam terram vastare et ad solitudinem et desertum reducere, multitudo simplicium super alios nequaquam potestatem habentium deberet pape, regi, et cuicunque domino temporali resistere. Ergo si papa, reges et principes, ac alii domini temporales vellent fidem destruere et ad sectam falsam sibi subditos inducere, multitudo eis teneretur resistere, cum posset, quia aliter consentiret eisdem. Verumptamen si multitudo propter imperitiam nesciret doctrinam pape esse erroneam, et ignorantia crassa et supina minime laboraret, excusaretur, quamvis doctrine pape erronee nullatenus obviaret, quemadmodum turba iudeorum fuisset excusata de morte Christi si, ipsis nescientibus et ignorantia crassa et supina nequaquam laborantibus, Christum principes occidissent.

Si autem interrogatio tua intelligitur divisim de simplicibus super alios potestatem nequaquam habentibus, sic dicitur quod si unus solus posset cum fructu dicte doctrine resistere et alios ad resistendum provocare, si non resisteret esset fautor hereticorum et heretice pravitatis. Verumptamen

---

48 videlicet] videt Bb **50** spectat] spectare potest We | quemcumque hominem] quamcunque personam We **53** vel[2]…54 temporalem] *omitted* An | papam] popam Fi | alium] dominum *added* Ly **54** quamcunque] *omitted* Ly | rem] *omitted* Ly | temporalem] *omitted* Bb **55** debet[1]] deberet Ly **57** et] *omitted* We **59** et] ad *added* Ly reducere] decere Fi **61** cuicunque] cuilibet An **62** ac] aut Ly **63** sectam] septam We **64** teneretur] tenetur Ly **67** ignorantia] ignorantiam Bb **70** nescientibus…supina] *In* We *these words introduce the copywork of* scriptor 19[us] (fo. 197 line 1) | et[1]] nec Ly **71** nequaquam] *omitted* Ly **73** sic] sicut An **74** fructu] freicum Bb dicte] pape heretici We **76** hereticorum et] *omitted* Ly

sicut simplices non semper tenentur scire doctrinam pape heretici esse erroneam quando prelati et alii maiores scire tenentur, quia non ita faciliter possunt scire (reges et principes ac quedam alie publice potestates possunt sepe vocare peritos et per eos cognoscere veritatem de doctrina pape heretici quos simplices vocare non valent), ita in multis casibus simplices non tenentur dicte doctrine resistere quando prelati, reges, principes, ac alie publice potestates tenentur obviare.

Discipulus: Hic essent multa querenda que abbreviationis causa dimitto, et unum tantum interrogo, an scilicet reges et principes ac alie publice potestates teneantur vocare peritos, et quomodo debent per eos querere de doctrina predicta.

Magister: An teneantur vocare peritos et quando, ex predictis dependere videtur. Sed quomodo per eos debent querere veritatem superius minime est discussum. Circa quod dicitur, quod publice potestates cum peritos vocaverunt debent eis indicere iuramentum ut dicant plenam et meram veritatem de doctrina pape que reputatur heretica, eis fortiter comminando quod si a veritate et scientia deviaverint in perpetuum confundentur, et firmiter promittendo quod si plenam et meram veritatem dixerint eos honoribus premiabunt, et ab omni confusione et impugnatione in perpetuum defensabunt.

Discipulus: Dubito quod si unquam aliquis papa erit hereticus multitudo peritorum ei firmiter adherebit. Et ideo necesse erit, si rex aliquis vel alius potens velit ab eis querere veritatem de doctrina pape heretici, eos per iuramenta et per

---

102 Discipulus] PP*

---

79 scire] cum *added* Ly | et] enim et *added* Bb Fi We **81** de] et Bb **82** valent] debent Fi **83** dicte] pape heretici We | resistere] et *added* We **84** prelati] doctores *added* We | prelati reges] *omitted* Ly **87** abbreviationis] brevitatis Ly **88** alie] *omitted* Ly **89** debent] debet An **90** predicta] pape heretici veritatem We **91** Magister] Respondetur quod *added* Fi | An teneantur] Respondetur quod alii tenentur An Ly et quando] quod Ly **92** debent] debet An **93** querere] *omitted* Fi inquirere Ly **94** cum] qui An Ly | vocaverunt] vocaverint We **95** debent] debeat We | indicere] indicare We | meram] veram An **96** doctrina] doctrine Bb **97** scientia] consciencia Fi We Ly **99** meram] veram Ly **100** in…101 perpetuum] *omitted* Ly **102** erit] est Ly **105** heretici] oportet *added* Ly | per[2]] *omitted* We

horribilissimas comminationes constringere. Sed dic quid faciendum est de peritis si respondere recusent.

Magister: Ad hoc respondetur quod in hoc casu sunt habendi suspecti de heretica pravitate, nec unquam eis in aliquo negotio est credendum, quia, sicut habetur 2 q. 7 c. *Non potest*: "*Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extiterit infidelis*".

Capitulum 57

Discipulus: Quamvis quamplurima adhuc circa fautores heretice pravitatis essent discutienda, illis tamen pro nunc omissis, que ad tractatum De gestis circa fidem altercantium orthodoxam reservo, ad fautores tantummodo hereticorum me transfero. De quibus discutias primo qui sunt fautores hereticorum.

Magister: Dicitur quod illi sunt fautores hereticorum qui, quamvis de erroribus eorumdem se nullatenus intromittant, personis tamen eorum favent, prebendo eis consilium vel auxilium aut qualemcunque favorem, non ut errores suos divulgent, doceant, vel defendant, sed ut personas suas conservent, custodiant, vel defendant, aut ut ditiores, maiores, vel contra alios potentiores fiant.

Discipulus: De talibus fautoribus hereticorum dictum est supra cap. 27. Quantum pro nunc, requiro quoad hoc ut sciatur qui sunt fautores hereticorum. Ideo nunc breviter dic qua pena isti fautores hereticorum sint plectendi.

Magister: Pena taxatur explicite Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 1º* § *Credentes*. Ibi enim loquitur de pena illorum qui sunt fautores hereticorum et non sunt fautores heretice pravitatis.

---

110 2…111 potest[1]] C. 2 q. 7 c. 24 col. 913 **Capitulum 57,19** De…20 Credentes] X. 5. 7. 13 col. 1683

---

106 horribilissimas comminationes] comoribilissimas minationes An **107** recusent] recusant We Ly **109** in…110 aliquo] magno Ly **110** sicut] sic Ly | 2] 20 Ly | c…111 potest[1]] *omitted* Ly **Capitulum 57,1** …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 55) Sequitur aliud capitulum Es **2** Discipulus] *omitted* Ly **5** orthodoxam] orthodoxorum Bb Fi An reservo] reserve Fi **8** Magister…hereticorum] *omitted* Ly **10** intromittant] intromittunt Ly **12** vel] et Ly | sed…13 aut] *omitted* Ly **14** ditiores] ditiore Bb et *added* Ly **15** Discipulus] Magister Ly **16** requiro…hoc] Discipulus: Requiro hoc quantum ad hoc Ly **17** sciatur] sciantur Ly | Ideo] *omitted* An | Ideo…dic] dicas We et Ly | dic] dicit (?) Fi **19** Pena] eorum *added* We **20** loquitur] legitur Bb **21** et] *omitted* Bb

Capitulum 58

Discipulus: Licet ex his que sunt in isto 7º pertractata via videatur aperta ad sciendum et cognoscendum qui sunt censendi fautores tam hereticorum quam heretice pravitatis, tamen circa utrosque fautores unam tantummodo difficultatem discutias, an scilicet communicantes et obedientes pape heretico vel cuicunque alii prelato heretico sint censendi fautores tam hereticorum quam heretice pravitatis.

Magister: Unam interrogationem proponis que tamen duas includit, quarum una est de communicantibus pape heretico vel alii heretico, et alia est de obedientibus ei.

Discipulus: Ex quo dicis quod interrogatio mea duas includit, dic quomodo distinguuntur.

Magister: Respondetur quod distinguuntur sicut communicare et obedire. Multi enim communicant alicui qui nequaquam obediunt, et multi obediunt alicui, servando eius mandata antiqua vel nova sibi per litteras intimata, qui tamen sibi nequaquam communicant.

Discipulus: Dic ergo primo de communicantibus pape heretico.

Magister: Contingit secundum quosdam communicare pape heretico multis modis. Uno modo corporaliter tantum, scilicet comedendo, bibendo, conversando, loquendo. Alio modo in crimine ei quomodolibet consentiendo, ipsum videlicet quocunque modo, verbo, vel scripto aut facto esse verum papam et catholicum asserendo.

Qui primo modo tantum communicaret pape heretico non esset propter hoc fautor tam hereticorum quam heretice

---

Capitulum 58,1 …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 55) **2** 7o] capitulo Ly **3** videatur] videtur Ly | qui…4 tam] tam qui sunt fautores Ly Vg **4** tam hereticorum] *omitted* Bb An | quam] *omitted* An **5** utrosque] tam hereticorum quam heretice pravitatis We | fautores] *omitted* Ly | unam] viam Bb **6** discutias] discutia An **7** cuicunque] quicunque Bb (We *wrote* "quicunque" *then cancelled this for* "cuicunque") | alii] ali An **8** sint] sunt Ly **9** pravitatis] tamen circa utrosque fautores unam tantummodo difficultatem discutias, an scilicet communicantes et obedientes pape heretico vel cuicunque alii prelato heretico sint censendi fautores tam hereticorum quam heretice pravitatis *added dittography* Bb **12** alii] alio Fi Ly | ei] tali heretico We **16** qui] sibi *added* We **17** multi] se Bb Fi so An sepe *added* We **18** intimata] intimatas Bb **23** modo] *omitted* An **26** vel] *omitted* We **27** papam] etiam *added* Ly et] *omitted* An | catholicum] catholicis Bb An **28** tantum] tantummodo We | communicaret] excommunicaret An

pravitatis. Quod enim non esset fautor heretice pravitatis probatur ex hoc quod secundum Apostolum (1 Cor. 6) cum infidelibus absque favore infidelitatis licet taliter communicare. Ergo per talem communicationem cum hereticis non potest ostendi quod communicans sit fautor heretice pravitatis. Quod etiam non sit propter hoc fautor hereticorum patet ex hoc quod inimicus inimico suo non favet, et tamen contingit inimicum et insidiatorem taliter communicare alteri, teste Sapienti Ecclesiastici 13, qui, loquens de divite pauperi non favente sed pauperem consumente, ait: "*Si habes convivet tecum et evacuebit te et ipse non dolebit super te*". Ex quibus verbis colligitur quod convivere et communicare alicui potest esse absque omni favore.

Discipulus: Satis apparet michi quod contingit alicui communicare absque omni favore, imo ad detrimentum eius. Sed nunquid contingit absque peccato communicare corporaliter tantum pape heretico?

Magister: Circa hoc possunt esse diverse sententie. Una, quod nullo modo licet cuicunque catholico communicare pape heretico, et hec sententia videtur posse probari. Regule scripture divine omnes christianos astringunt. Sed in scriptura divina precipitur ne quis etiam corporaliter hereticis communicare presumat. Ergo nulli christiano licet communicare etiam corporaliter pape heretico. Maior videtur nota. Minor probatur auctoritate beati Iohannis qui in canonica sua secunda ait: "*Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec 'ave' ei dixeritis. Qui enim dicit illi 'ave' communicat operibus illius malignis*".

Capitulum 58,31 1…6] 1 Corinthians 6:16 **38** Ecclesiastici 13] Ecclesiasticus 13:6 **55** auctoritate…Iohannis] 2 John 1:10-11

---

30 Quod] Qui Bb Magister Fi (*sic*) | fautor] propter hoc fautorum (*sic*) We **31** probatur] *omitted* Fi **32** licet] dare *added* An **34** fautor] favere Fi **37** insidiatorem] insidiatore Bb **38** alteri] *omitted* Ly **39** pauperi] iniuriam *added* Ly | favente] faciente Ly **40** consumente] conservante Bb An | habes] qui *added* An **42** convivere] cõe Ly **44** apparet] *omitted* Bb **45** omni] *omitted* We **46** nunquid] nunquam Bb Ly **50** sententia] sic *added* We **51** Regule] Ratione An Ly | divine] que *added* Ly | astringunt] astringit Ly **53** presumat…54 communicare] *omitted* Bb **54** etiam] ita Fi | corporaliter] *omitted* An **55** in] *omitted* Bb Fi An **56** secunda] *omitted* An et Bb qui et We | vos] nos Bb **57** adfert] affert Ww **58** communicat] in *added* An **59** illius] eius Ly

Discipulus: Hec auctoritas ad hanc conclusionem prolixe tractata est supra libro sexto cap. 68. Ideo si habes aliam auctoritatem, adducas.

Magister: Hoc idem Apostolus Paulus sentire videtur qui, ad Titum scribens, ait: "*Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita*". Ex quibus verbis colligitur quod postquam constiterit papam esse hereticum est ab omnibus catholicis evitandus. Ergo non est sibi corporaliter communicandum.

Discipulus: Hec etiam auctoritas adducta est ibidem. Ideo narra sententiam contrariam.

Magister: Alia est sententia quod in casu licet communicare corporaliter tantummodo pape heretico. Ad cuius evidentiam dicitur esse sciendum quod corporalis communio cum hereticis a iure divino minime prohibetur, sed tantummodo a iure humano, quod exemplo et auctoritate probatur.

Exemplo quidem Iuliani apostate, qui fuit hereticus cui christiani licite communicaverunt corporaliter, ut habetur 11 q. 3 c. *Iulianus*, quod non fecissent si talis communio a iure divino fuisset prohibita.

Et hoc etiam similiter exemplo et auctoritate Bonifacii martyris videtur aperte probari. Idem enim martyr, ut legitur 11 q. 3 c. *Antecessor*, scribens Zacharie pape ait: "*Antecessor predecessoris vestri, venerande memorie Gregorius, dum me indignum ordinavit et ad predicandum verbum Dei Germanicis gentibus misit, sacramento me constrinxit, ut canonicis et iustis episcopis et presbyteris in verbo, facto, consensu adstipulator fierem et adiuvator. Quod cum divina gratia adimplere studui. Falsos autem sacerdotes, hypocritas,*

---

60 Hec…61 Ideo] PP* **69** Hec…70 Ideo] PP* | ibidem] 1 Dial. 6.68 (OP VI) **78** 11…79 Iulianus] C. 11 q. 3 c. 94 col. 1263 **83** 11… Antecessor[1]] C. 11 q. 3 c. 104 col. 1269

---

61 prolixe] prolixa We **66** colligitur] patet Ly **67** catholicis evitandus] devitandus We | sibi] etiam *added* We **68** communicandum] communicandus Fi An **69** ibidem] et *added* Ly **74** minime] *omitted* Ly **77** quidem] quidam Ly **81** Et] *omitted* Ly | similiter] simili Bb simul We consimili modo Ly **82** probari] probare Fi probatur An | enim] *omitted* Fi **84** predecessoris] predecessorum An **86** sacramento] foris Fi | constrinxit] astrinxit Ww **87** verbo] et *added* We Ly | facto] et *added* We Ly **88** adstipulator] stipulator Bb astipulator Fi An Ly astipulator prelatorum We | adiuvator] adiiutor Ly | Quod] Hoc autem Bb Fi An Ly Hoc We **89** adimplere] implere Ww | autem] Ly: etiam Bb Fi An We | sacerdotes] sacerdote Bb et *added* Ly

et seductores populorum vel corrigerem ad viam salutis, vel declinarem et abstinerem a communione ipsorum, quod ex parte servavi, et ex parte custodire et implere non potui, sed spiritaliter implevi sacramentum, quia in consensum et in consilium eorum non venit anima mea, corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui". Ex quibus verbis colligitur manifeste quod iste martyr licite corporaliter communicavit hereticis, quod tamen non fecisset si talis communio cum hereticis fuisset prohibita a iure divino.

Discipulus: Ex hiis verbis non habetur quod illi falsi sacerdotes quibus communicavit Bonifacius erant heretici, quia hic nec de hereticis fit mentio.

Magister: Quod fuerint heretici testatur Zacharias papa qui, scribens eidem martyri, ut capitulum sequens ostendit, ait: "*Quod predecessor noster beate memorie Gregorius, huius sancte sedis apostolice presul, dum ad predicandum verbum evangelii tuam misisset fraternitatem in Germanie partibus et gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit ante esse munitam, ita ut orthodoxos episcopos, presbyteros, vel quoscumque reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, et eis communicares, quod et factum est. Si quos vero seductores episcopos aut pseudopresbyteros vel quosque a recto fidei tramite deviantes reperisses, nulla tibi cum eis esset communio, quod te solatiante Deo, usque ad presens spiritualiter servasse confessus es, vel, si omnino propter principalem et humanum favorem gentis Francorum, dum ad*

103 capitulum sequens] C. 11 q. 3 c. 105 (*Quod predecessor*) col. 1270

90 et] *omitted* An | corrigerem] corrigere Fi An **91** abstinerem] abstulem An **92** et[2]] *omitted* Fi An **93** spiritaliter] spiritualiter Ww quia] et *added* Bb Fi An We | consensum] consensu An | in[2]] *omitted* Ly **98** a] *omitted* Ly **99** falsi] falsos Bb Fi An **100** erant] essent Ly **101** quia] qui An | mentio] *omitted* Fi **102** Zacharias] Zaharias Bb papa] *omitted* Ly **103** scribens] rescribens We **104** Quod] *omitted* Ly beate] bone Ww | Gregorius] atque *added* Ww **106** verbum] Dei *added* Bb Fi An Ly | misisset] omisisset Bb commisit Ly fraternitatem] firmitatem Fi An Ly **107** et] *omitted* Ly in *added* Ww paganis] et *added* Ww **108** voluit] novit Ly | munitam] We: communitam Bb Fi An communitatem Ly | episcopos] et *added* Ly **109** reperire] Romane Bb **111** et] *omitted* Ly | quos] quis Fi An **112** pseudopresbyteros] We: presbiteros Bb Fi An Ly | vel quosque] *omitted* Ww | a] aut Ly **113** tramite] tramitis An | reperisses] reperisse Bb **114** solatiante] solatianto We adiuvante Ly **115** servasse] observasse Ww | confessus] confexus We **116** gentis] gentes Ly

eos accessisses, corporaliter abstinere non valuisti cogente ecclesiarum Dei necessitate, et tamen in eorum consilio et consensu communionis anima tua non est coinquinata. Itaque propter hoc, quod cum eis conversatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo". Ex quibus verbis aperte colligitur quod sacerdotes et episcopi quibus communicavit Bonifacius martyr fuerunt heretici et pseudopresbiteri a recto fidei tramite deviantes, quibus tamen communicando nullum detrimentum apud Deum incurrit. Ergo talis corporalis communio non est a iure divino prohibita.

Discipulus: Dic quomodo ex hiis concluditur quod contingit communicare pape heretico absque peccato.

Magister: Hoc probatur sic. Quod nec a iure naturali nec a iure divino est prohibitum, a iure humano in dispendium populi christiani vel alicuius communitatis fidelium prohiberi non potest. Quia ex quo lex humana pro communi utilitate fieri debet, ut ex verbis Isidori que ponuntur dis. 4 c. *Erit autem* colligitur manifeste, nulla lex humana ligare potest in eo casu in quo si servaretur in communitatis dispendium redundaret. Sed communicare pape heretico non est prohibitum a iure naturali nec a iure divino, ut probatum est. Ergo nulla lex humana prohibere potest communicare pape heretico quando talis prohibitio in alicuius communitatis populi christiani dispendium redundaret. Sed posset contingere casus, propter potentiam temporalem pape heretici, si catholici sibi nollent communicare, quod ex hoc sequeretur dispendium alicuius regni vel regionis, quia forte totam regionem subverteret. Ergo in tali casu vel consimili nulla lex humana potest prohibere communicare pape heretico dicto modo.

Capitulum 59

---

135 dis…autem] D. 4 c. 2 col. 15

---

117 corporaliter] *omitted* Bb vero *added* Ly **118** necessitate] necessitatem Bb necessitatum Fi **119** consensu] assensu We **122** aperte] *omitted* Ly **129** contingit] convenit Fi An **131** prohibitum] et *added* Ly **132** communitatis] *omitted* Fi **140** alicuius] aliquo Fi **141** Sed] Si An Ly **143** sibi] si An **144** sequeretur] sequitur An **145** vel] in *added* An **146** lex] ex Bb **147** dicto modo] *omitted* We **Capitulum 59,1** …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 55) Sequitur aliud capitulum Es

Discipulus: Videtur probabile quod in casu liceret communicare corporaliter pape heretico, quemadmodum Bonifacius martyr, non obstante iuramento de non communicando hereticis, corporaliter communicavit eisdem. Et multi sancti viri corporaliter communicaverunt Iuliano apostate qui fuit hereticus manifestus. Ideo dic an aliquo alio modo quam corporaliter tantum, scilicet communicando sibi in divinis, audiendo missam eius vel divinum officium ab eo, aut ipsum facto, scripto, vel verbo esse verum papam et catholicum asserendo, liceat cuicunque communicare pape heretico.

Magister: Circa hoc possunt esse opiniones varie et diverse. Quarum prima est quod pape heretico licet communicare in divino officio et eum habendo pro papa quousque per sententiam generalis concilii fuerit condempnatus. Hec assertio videtur multis modis posse probari.

Primo sic. Non deterioris conditionis est summus pontifex novi testamenti quam fuerunt sacerdotes veteris testamenti. Sed sacerdotes veteris testamenti in hiis que ad sacerdotale officium spectabant non fuerunt vitandi propter pravitatem hereticam ante publicam dampnationem eorum. Ergo eadem ratione papa, qui est summus sacerdos nove legis, non est propter pravitatem hereticam devitandus in hiis que ad papale spectant officium antequam fuerit per generale concilium condempnatus. Ergo licet communicare pape heretico in hiis que pertinent ad papatus officium. Maior videtur aperta. Minor ostenditur. Nam sacerdotes veteris legis qui predicationi et doctrine Christi nequiter resistebant fuerunt heretici, eo quod contra fidem errabant et suo errori pertinaciter adheserunt. Et tamen Christus docuit quod eis erat communicandum et in hiis que ad sacerdotale spectabant officium, cum dixit leproso Matthei 8: "*Vade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit Moyses in testimonium*

Capitulum 59,34 Matthei 8] Matthew 8:4

2 Discipulus] Cum *added* Fi | in] hoc *added* Ly **3** corporaliter] *omitted* Ly | pape] *omitted* Bb **5** eisdem…6 communicaverunt] *omitted* Fi **6** sancti] *omitted* Ly **7** manifestus] *omitted* Bb **10** ipsum] ppm Bb Fi An **19** Primo] quidem *added* We **20** fuerunt] fuerint Bb **22** spectabant] spectant We | vitandi] *omitted* Bb **23** hereticam] *omitted* Ly **28** que] spectant aut *added* An **31** contra] Ly Vg: circa Bb Fi An We **33** communicandum] communicandus An | et] est Fi etiam Bb Ly | hiis] eis Ly | spectabant] spectabatur An **34** dixit] dicit Fi An | Vade] et *added* Ly **35** sacerdoti] sacerdotibus Ww

illis". Et Luce 17 dixit Christus leprosis: "*Ite ostendite vos sacerdotibus*". Ex quibus verbis colligitur quod non obstante quod illi sacerdotes fuerint heretici, tamen Christus voluit quod leprosi communicarent eis in hiis etiam que spectabant ad eorum officium.

Hoc etiam Augustinus sentire videtur qui, loquens de prophetis qui populum suum propter idolatriam et per consequens propter heresim increpabant, ut habetur 23 q. 4 c. 1, ait: "*Non enim prophete qui hec dicebant populum suum dimiserunt, sed inter eos habitabant, quos increpabant, unum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant*". Et idem, ut habetur causa et questione predictis c. *Si quis*, ait: "*Communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum*". Et, ut legitur c. *Recedite*, ait: "*Recedite exite inde, et immundum ne tetigeritis. Sed cum tactu cordis non corporis*". Et infra: "*Clamavit Moyses ista, clamavit Esaias, clamavit Hieremias, clamavit Ezechiel. Videamus si dimiserunt populum Dei, et se ad gentes alias transtulerunt. Quam multa, et quam vehementer Hieremias increpavit in peccatores et sceleratos populi sui? Inter eos tamen erat, unum cum eis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in eadem sceleratorum hominum congregatione vivebat*". Ex quibus verbis datur intelligi quod prophete cum hereticis et idolatris, quorum tunc erat numerus non modicus in populo, idem templum intrabant, et eadem sacramenta tractabant. Ergo communicare hereticis in divinis et in aliis que ad sacerdotale spectant officium non erat illicitum. Ergo nec modo est illicitum communicare pape heretico in hiis que ad papale

---

36 Luce 17] Luke 17:14 **43** 23…44 1] C. 23 q. 4 c. 1 (*Tollerandi sunt*) col. 1717 **47** c…quis] C. 23 q. 4 c. 7 col. 1719 **49** c…50 Recedite[1]] C. 23 q. 4 c. 9 col. 1719

---

36 dixit] d[t] Fi dicit An Ly | Christus] Bb: Deus Fi An Iesus We Ly **39** spectabant] spectabat Bb We **41** Hoc] et *added* Fi | de] *omitted* Ly **46** celebrabant] Ly: tractabant Bb Fi An We **47** et] infra We **48** maculat] maculant We **49** legitur] causa et questione predictis *added* Ly **50** Recedite[2]] et *added* An Ly | exite inde] exinde exite pollutum Ly **51** cum tactu] contactu Bb We Ly **52** Esaias] Ysaias Bb We Hieremias] Ieremias Bb Semeras We **53** Ezechiel] Ezechias Ly | se] sic An **54** multa] multis modis Ly **55** Hieremias] Ly*: omitted* Bb Fi An We | in] *omitted* Ly | sceleratos] sceleratores Bb Fi An We et *added* We seductores *added* Ww **56** sui] Dei Ww | erat] erant Bb et *added* Ly **57** eadem[1]…celebrabat] *omitted* Ww | in] Ly: *omitted* Bb Fi An We **59** verbis] *omitted* We Ly **61** intrabant] We: *omitted* Bb Fi An Ly **62** in[2]] *omitted* An **63** spectant] spectat Bb

spectant officium, saltem antequam fuerit per sententiam generalis concilii condempnatus.

Secundo eadem assertio videtur sic posse probari. Non est maius peccatum communicare hereticis in divinis quam procurare et laborare quod ecclesie catholicorum reddantur hereticis ad ritus suos celebrandos in eis. Sed hoc est licitum. Quod probatur exemplo beati Iohannis pape, in cuius Legenda sic legitur: "*Hic vocatus est a Theodorico rege Ravennam, quem ipse rex rogans misit in legationem Constantinopolim ad Iustinum imperatorem orthodoxum, quia eodem tempore Iustinus imperator, vir religiosus summo ardoris amore religionis christiane voluit hereticos extricare. Nam summo fervore christianitatis hoc consilio usus est ut ecclesias arrianorum catholicas consecraret. Pro hac causa hereticus rex Theodoricus hoc audiens exarsit, et voluit totam Italiam gladio extinguere. Eodem tempore Iohannes papa egrotus infirmitate cum fletu ambulavit et senatores et consules cum eo, id est Theodorus, Importunus, Agapitus exconsul et alius Agapitus patricius, qui hoc accipientes in mandatis legationum ut redderentur ecclesie hereticis in partibus orientis, quod si non, omnem Italiam gladio perderet*". Ex quibus colligitur quod licet ecclesias reddere hereticis et procurare quod reddantur eisdem. Ergo consimiliter licet communicare hereticis in divinis et per consequens licet communicare pape heretico in hiis que spectant ad papale officium.

72 Legenda] Anastasius Bibliotecarius, *Historie de vitis Romanorum pontificum* (PL, t. 128, cols. 513-514)

65 spectant] spectat Bb | saltem] *omitted* Fi **67** Secundo] Secunda Bb sic] *omitted* Ly **69** catholicorum] hereticorum Ly **70** celebrandos] celebrando Fi An colendos Ly | est] *omitted* Bb **71** Quod] *omitted* Fi exemplo] per exemplum An **73** quem] quam Bb | in legationem] cum legatione Ww **74** Iustinum] papam *added* Ly **75** quia] qui Ww | vir] ut Ww | religiosus] Ly: religiosissimus Bb Fi An reliosissimus We **76** extricare] exiliari Ww **77** christianitatis] religionis christiane Ww **78** catholicas] catholicis Ly | consecraret] secaret An conservaret Ly **79** hereticus] *omitted* Ly | Theodoricus] Theo^{g9} Fi | exarsit] in iram *added* Ww **82** id est] scilicet Ly | Theodorus] Theodoricus Bb We Ly Theodorico Fi An | Importunus] Impertunus Ly et *added* Ww **83** exconsul] *omitted* Ww | et…Agapitus] *omitted* Ly | qui] *omitted* Ww | accipientes] accipiente Bb **84** redderentur] reddentur Bb **85** non] facerent *added* Bb Fi An Ly faceret *added* We **86** perderet] perderent Ly | quibus] verbis added An Ly | licet] *omitted* An **88** consimiliter] similiter An

Tertio sic. Quem debent fideles in aliquo officio tolerare, eidem possunt licite communicare quantum ad ea que ad idem spectant officium. Quia si non deberent sibi communicare, deberent efficaciter laborare ut eodem officio privaretur. Sed in aliquo casu saltem debent fideles papam hereticum in papatus officio tolerare. Ergo in aliquo casu saltem licet eis communicare pape heretico quantum ad ea que ad papatus spectant officium. Maior videtur manifesta. Minor probatur. Quia non minus tolerandus est papa hereticus quam doctrina heretica ipsius, cum papa hereticus nonnisi propter doctrinam hereticam debeat impugnari. Sed, sicut ostensum est, in aliquo casu est doctrina pape heretici toleranda. Ergo etiam interdum est papa hereticus tolerandus. Hoc etiam Augustinus sentire videtur qui, ut legitur 23 q. 4 c. 1, ait: "*Tolerandi sunt quidem mali pro pace*". Ex quibus verbis colligitur quod causa pacis conservande tolerandi sunt mali. Eadem autem causa eundem habet effectum, et ubi est eadem ratio debet esse idem ius. Si ergo quidem mali causa pacis conservande sunt tolerandi, sequitur quod papa hereticus causa pacis conservande tolerari debet.

Quarto sic. Vitam Christi debent catholici imitari. Sed Christus in hiis que ad religionem christianam spectant communicavit Iude (qui non solum proditor sed etiam hereticus existebat), quia ei sacram communionem dedit, ut ait Augustinus in epistola ad Vincentium, et ponitur 23 q. 4 c. *Quam magnum*. Ergo licet catholicis communicare hereticis in hiis que ad religionem christianam spectant, et per consequens licet eis communicare pape heretico in hiis que ad papatus spectant officium antequam fuerit per sententiam generalis concilii condempnatus.

---

102 ostensum est] 1 Dial. 7.52-54 *passim* **104** 23…105 1] C. 23 q. 4 c. 1 (*Tolerandi*) col. 1715 **115** 23…116 magnum] C. 23 q. 4 c. 10 col. 1721

---

92 eidem] eodem Bb **93** sibi] ei Ly **97** communicare] *omitted* Bb **98** spectant] spectat Bb | manifesta] et *added* We **99** Quia] *garbled* Bb **100** ipsius] illius An eius We **101** sicut] *omitted* Bb **102** heretici] heretica Ly **104** sentire videtur] sentiebat Fi **105** Tolerandi] Toleranda Bb | quidem] quida Bb **106** conservande] conservante Bb servande An **107** habet] habeat We **108** ratio] ibi *added* Ly | quidem] *omitted* Bb quidam We **109** conservande] servande An observande Ly **110** conservande] conservante Bb | debet] debeat Bb deberet Fi An **111** sic] *omitted* Ly **114** quia] qui Fi Ly | ei] *omitted* An **116** hereticis] etiam *added* We **118** eis] eisdem We

Capitulum 60

Discipulus: Aliam sententiam circa interrogationem propositam audire desidero.

Magister: Alia sententia est que de communicantibus pape heretico reputat distinguendum. Quia aut communicantes pape heretico sciunt ipsum esse hereticum, aut ignorant. Et si ignorant, aut laborant ignorantia affectata vel crassa et supina, aut laborant ignorantia invincibili vel probabili et non crassa et supina. Communicantes scienter pape heretico alio modo quam corporaliter tantum, puta communicando sibi in hiis que spectant ad papatus officium vel ad officium cuiuscunque ecclesiastici ministerii, excepta susceptione baptismi in necessitatis articulo, aut quocunque modo, verbo, facto aut scripto habendo eum pro vero papa, protestando aut asserendo eum facto vel scripto aut verbo esse catholicum, sunt fautores et heretici et heretice pravitatis et penam fautorum hereticorum et heretice pravitatis incurrunt, nisi metu mortis vel forsitan gravium tormentorum sibi predicto modo communicent. Tunc enim non essent censendi fautores neque hereticorum neque heretice pravitatis, quamvis peccarent mortaliter.

Discipulus: Circa istam sententiam quattuor probanda michi videntur. Quorum primum est quod non licet predicto modo communicare pape heretico.

Secundum est quod communicantes predicto modo pape heretico absque metu mortis et gravium tormentorum sunt fautores hereticorum et heretice pravitatis.

Tertium est quod communicantes predicto modo pape heretico metu mortis vel gravium tormentorum non sunt fautores hereticorum vel heretice pravitatis.

Capitulum 60,1 …] *no chapter number* Fi *omitted* Fr (*continues its ch.* 55) **6** communicantes] communicantibus Bb iuxta *added* Fi | esse] *omitted* Fi An **7** ignorant[1]] ignorent Fi An | ignorant[2]] *omitted* Ly **8** et] vel Ly | vel[2]…9 probabili] *omitted* Ly **10** alio…11 sibi] Bb Fi An We Vgm: *omitted* Ly (*but cf. addition infra at* "modo") **12** ad officium] *omitted* Ly | ministerii] minist Bb minist' An ministri We **13** baptismi] baptismatis Ly | quocunque] alio *added* Ly **14** modo] quam corporaliter tantum puta communicando sibi *added* Ly | habendo…papa] vel *added* We | habendo…15 scripto] *omitted* Bb **15** facto] *omitted* Fi **16** catholicum] catholicus Fi An | et[1]] *omitted* Fi An Ly **17** penam] peccatum An Ly | fautorum] et *added* We **18** forsitan] forsan An **19** communicent] communicant We Ly **20** hereticorum neque] *omitted* Fi **24** communicare…25 modo] *omitted* An **28** predicto] primo Ly **29** vel] We: et Bb Fi An Ly | gravium] We: *omitted* Bb Fi An Ly

Quartum est quod taliter communicantes pape heretico peccant mortaliter.

Pro istis itaque quattuor allegare conare. Primo tamen ut assertionem predictam magis intelligam et sic pateat michi via ad noscendum an aliquid contineat veritatis, enumera alios modos distincte quibus isti dicunt nulli licere communicare scienter pape heretico.

Magister: Dicunt quod nulli catholico licet scienter a papa heretico audire missam vel aliquod divinum officium, nec aliquod suscipere sacramentum, excepto baptismo in necessitatis articulo, nec aliquam ecclesiasticam dignitatem, nec aliquod ecclesiasticum officium, puta inquisitionem heretice pravitatis, vel penitentiariam, aut aliquid aliud, nec licet catholico dicere vel scribere aliquod verbum quo papa vel catholicus asseratur, nec sibi quamcunque reverentiam exhibere qua quis aperte quod sit papa vel catholicus protestetur.

Discipulus: Puto quod assertionem predictam quantum ad quattuor que dixi probanda intelligam. Ideo primum illorum quattuor probare conare.

Magister: Quod non liceat communicare scienter pape heretico modo predicto probatur sic. Nulli heretico licet communicare scienter modo predicto, ergo nec pape heretico licet communicare modo predicto. Consequentia non solum patet per regulam scientie rationalis qua dicitur quod a superiori cum distributione ad inferius consequentia tenet, sed etiam patet ex hoc quod papa hereticus nullo gaudet privilegio speciali ultra alios episcopos hereticos. Et ita si aliis episcopis hereticis non licet communicare scienter modo predicto (ex quo nulli heretico licet communicare scienter

---

Capitulum 60,43 nec…47 protestetur] This is precisely what d'Ascoli did at his 1341 Narbonne trial (Cf. Baluze-Mansi, *Miscellanea*, t. 2, pp. 281-284 :"*Examen judiciale fratris Francisci de Esculo Ordinis Minorum*") **57** ex hoc] 1 Dial. 6. 71 (OP VI)

---

34 pateat] patebit An **35** noscendum] cognoscendum Ly **36** alios] illos Ly | distincte] distincde We | nulli] non Ly **39** vel] nec Fi An **40** aliquod] aliud Ly | suscipere] recipere Ly | excepto] *omitted* Fi in] *omitted* Ly **42** officium] beneficium Ly **43** aliquid] aliquod We **44** licet] liceat Ly | catholico] *omitted* Ly | dicere] discere Ly **45** vel] *omitted* Bb **49** dixi] dixisti Ly **50** quattuor] *omitted* Ly | conare] coneris Ly **52** probatur…53 predicto] *omitted* Bb **55** regulam] illam Bb | rationalis] topicalis Ly | quod] *omitted* Bb Fi We **57** papa] patet Bb | nullo] modo An modo *added* Ly **58** alios] *omitted* Ly **60** ex…61 predicto] *omitted* Ly Vg

modo predicto) etiam pape heretico non licet communicare scienter modo predicto.

Antecedens autem auctoritatibus et exemplis ostenditur. In concilio enim Martini pape, ut legitur 1 q. 1 c. *Non liceat*, sic scribitur: "*Neque liceat aut cum hereticis aut cum scismaticis orare*".

Item, in concilio Cartaginensi quarto, ut habetur 24 q. 3 c. *Clericus*, legitur: "*Cum eis*" (scilicet cum hereticis et schismaticis) "*neque orandum est neque psallendum*".

Item, Innocentius papa, ut habetur 1 q. 1 c. *Constat*, ait: "*Constat multos vim passos, atque invitos, attractos, repugnatesque ab hereticis ordinatos; sed huiusmodi aliquis, si post ordinationem talem non interfuit, cum illi conficerent sacramenta, si communioni eorum participatus non est, si statim discedentibus illis pessimo conciliabulo eorum abrenunciavit et ad ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Ceterum qui post mensem aut amplius redierunt, cum se considerarent ab hereticis ordinatos, quamvis nichil ab eis acceperunt, rei sunt usurpate dignitatis*". Ex quibus verbis colligitur quod non licet ab hereticis ordinari, nec communicare eis cum conficiunt sacramenta, nec ab eis aliquam suscipere dignitatem.

Item, hoc Leo papa, ut legitur capitulo sequenti, testari videtur dicens: "*Omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens unitatem, heretice vel schismatice coniunctionis contagione se maculaverit, si ad ecclesiam redierit cum legitima satisfactione et erroris sui dampnatione,*

---

64 1[1]…liceat] C. 1 q. 1 c. 67 col. 697 **67** 24…68 Clericus] C. 24 q. 3 c. 35 col. 1887 **70** 1[1]…Constat] C. 1 q. 1 c. 111 col. 733 **83** capitulo sequenti] C. 1 q. 1 c. 113 col. 735

---

62 predicto] non licet communicare scienter modo predicto *added dittography* Bb **63** Antecedens] A[as] Fi **64** ut] u Bb | liceat] Ly: licet Bb Fi An We **65** Neque] Non Ww | liceat] licet We | aut[1]] *omitted* Ww | cum[2]] *omitted* Ww **67** Item] We: Et Bb Fi An Ly | ut] We: *omitted* Bb Fi An Ly **68** Clericus] sic *added* We Ly | scilicet cum] id est We | et] neque Fi An **69** est] *omitted* Ly **70** ut] cum Bb **71** passos] esse *added* Ww **72** repugnatesque] repugnantesque Ww **74** si[2]] sed Bb Fi An **76** abrenunciavit] abrenunciaverit Ww | rediit] redierit An | habere] excusationem aliquam *added* Fi **78** redierunt] Ly: redierint Bb Fi An We | considerarent] Ly: considerant Bb Fi An We **79** ordinatos] certe *added* Ww | quamvis] *omitted* Ly | acceperunt] receperunt Ly | rei] tamen *added* Ww **82** sacramenta] sacram. Ly nec] licet *added* We | aliquam] *omitted* Ly **83** hoc] *omitted* Ly **84** qui] *omitted* Bb **86** coniunctionis] communioni Ly **87** cum] tunc An erroris] herroris We

hoc in magno beneficio habeat si, adempta sibi omni spe promotionis, in quo invenitur ordine permaneat". Ex quibus colligitur quod nullus valet communicare hereticis nisi peccati maculam contrahendo.

Quod enim non liceat modo predicto communicare hereticis probatur exemplis. Primo quidem exemplo Herminigildi regis, qui etiam pro morte vitanda ab Ariano episcopo comunionem accipere recusavit. De quo beatus Gregorius, ut habetur 24 q. 1 capitulo ultimo, narrat in hec verba: "*Superveniente autem paschalis festivitatis die, intempeste noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum episcopum misit, ut de eius manu sacrilege consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano episcopo venienti exprobavit ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit, quia etsi exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso episcopo Ariano pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic ubi iacebat occiderent. Quod et factum est*".

Aliud exemplum ponitur de Bonifacio martyre, de quo dictum est supra, qui, licet corporaliter communicaret hereticis, eis tamen quantum ad divina vel illa que spectabant ad religionem christianam communicare nolebat. Unde, sicut habetur 11 q. 3 c. *Antecessor*, de seipso ait: "*Corporaliter autem omnino ab eis*", scilicet hereticis, "*abstinere non potui. Dum enim venissem ad principem Francorum cogente ecclesiarum necessitate, non tales ibi repperi quales volui,*

---

96 24…ultimo] C. 24 q. 1 c. 42 (*Cepit*) col. 1861 **109** supra] 1 Dial. 7.58 **112** 11…Antecessor] C. 11 q. 3 c. 104 col. 1269

---

88 habeat] habeant Bb An | si] sed Bb | adempta] adepta We Ly cum *added* An Ly | sibi] *omitted* Ww | omni] *omitted* An Ly | spe] omnis *added* Ly **89** ordine] ordinem Bb **90** colligitur] patet Ly **92** enim] etiam An We | liceat] licet Ly **94** Herminigildi] Hermigildi We Ermigildi Ly | vitanda] noluit *added* We **95** recusavit] *omitted* Fi An We **96** q] *omitted* Bb An **97** festivitatis] festivitate Bb Fi An **98** intempeste] tempestate Fi **99** ut] nec Bb (*probably the frequent abbreviational misread of* "u^{t}" *as* "n^{c}") **100** ad] *omitted* Fi a An | patris] *omitted* Fi **101** mereretur] meretur Bb An **102** eiusque…103 repulit] *omitted* Fi **103** repulit] expulit Bb repellit We | etsi] We: si Bb Fi An Ly **104** magno] periculo *added* Bb Fi An Ly **105** Ariano] *omitted* Ww **106** confessorem] professorem Fi An | Dei] *omitted* Fi **107** occiderent] occideret An | Quod…est] *omitted* Ww **109** qui licet] licet qui Bb **110** vel] etiam *added* Ly | spectabant] spectant Ly **111** sicut] sic Ly

sed tamen in sancta communione corporis Christi illis non communicavi".

Ex quibus auctoritatibus et exemplis aliisque innumeris videtur aperte probatum quod nulli licet heretico communicare quantum ad illa que spectant ad religionem christianam, excepta susceptione baptismi in casu. Quamvis in necessitate liceat cum hereticis corporaliter conversari, a quibus tamen, ut docet Augustinus, est spiritualiter recedendum. Spiritualiter autem ab eis recedere est iniquitati eorum in nullo favere, neque facto neque verbo neque scripto pretendere quod pro catholicis sint habendi.

Discipulus: Ostendisti uno modo quod nulli licet catholico communicare scienter pape heretico quantum ad ea que ad religionem christianam spectare noscuntur. Nunc proba idem aliis modis, si quos alios cogitasti.

Magister: Hoc secundo modo probatur sic. Nulli excommunicato communicare licet quantum ad ecclesiastica sacramenta et ea que ad officium ecclesiasticum et iurisdictionem ecclesiasticam pertinere noscuntur, quia omnis excommunicatus omnibus huiusmodi actibus legitimis est privatus. Papa autem hereticus est excommunicatus excommunicatione maiori et papatu privatus, sicut in precedentibus, ut nonnullis apparet, est demonstrative probatum. Ergo nulli catholico licet predicto modo scienter communicare pape heretico.

Discipulus: Licet supra libro sexto capitulis 72, 75, et 81, rationibus et exemplis ostenderis quomodo probatur quod papa eo ipso quod sit hereticus est papatu privatus et excommunicatus absque congregatione novi concilii generalis, tamen peto ut dicas nunc an hec tenentes in iure canonico se fundare nitantur.

Magister: Isti fundant se in decretis summorum pontificum. Ut tamen mentem eorum, quam aliqualiter explicavi supra libro sexto capitulo 75, perfecte intelligas, ac per hoc etiam, quamvis esset falsa, tradetur via ad

---

141 Licet…145 tamen] PP* **148** quam…149 75] PP*

---

116 in…communione] communionem Ly | illis] eis Ly **119** nulli] non Ly **121** susceptione] subsceptione We **125** eorum] non *added* An neque[1] *omitted* Bb **127** nulli] non Ly **131** Hoc] idem *added* Ly modo] Fi: *omitted* Bb An We Ly **132** ecclesiastica…133 et[1] *omitted* An **134** ecclesiasticam] occi[cam] Bb **135** legitimis] ligitimis An **137** excommunicatione] excommunicationi Bb Fi **141** 72] 7+*garble* + 2 Bb 7 et Fi An et *added* We | et] *omitted* An We **142** 81] 8º Fi An **145** hec] hoc Bb **149** supra] *omitted* Ly **150** tradetur] tradatur We Ly

intelligendum decreta summorum pontificum que sum allegaturus, debes scire quod de heresi pape sicut sepe tactum est, distinguunt, quia aut tenet heresim dampnatam explicite aut dampnatam implicite. Si tenet pertinaciter heresim dampnatam explicite et est notorium, non est necessarium generale concilium congregari, sed quilibet hoc sciens eum pro dampnato et excommunicato debet habere. Quod etiam quilibet sciens, ne fides catholica subvertatur, tunc quando fuerit opportunum nescientibus revelare tenetur. Aliter enim se minime curare de fide probabit aperte. Si autem heresis pape fuerit solummodo dampnata implicite, quamvis papa pertinax in heresi tali in rei veritate sit dampnatus et excommunicatus et papatu privatus, non est tamen a catholicis ante dampnationem explicitam heresis sue pro dampnato et excommunicato habendus, sed tolerandus est quamdiu vixerit quousque per generale concilium condempnetur.

Discipulus: Occasione istorum verborum due michi interrogationes occurrunt. Quarum prima est an papa propter diffinitionem sollempnem vel alio modo manifeste ostendens se pertinaciter adherere heresi dampnate duntaxat implicite, si postea, generali concilio congregato, eadem heresis fuerit explicite condempnata, sit papa pro excessu preterito deponendus, vel fuisse depositus declarandus, etiam si voluerit concilio generali assentire, vel, eo generali concilio nullatenus resistente sed suam heresim revocante, sit papa verus et catholicus reputandus.

Secunda autem est an papa pertinaciter tenens heresim dampnatam duntaxat implicite, et postea ante omnem accusationem vel impugnationem, seu etiam post impugnationem, ad catholicam rediens veritatem, debeat seipsum depositum reputare, licet omnes catholici habeant

---

152 sicut…153 est] PP*

---

151 decreta] decretum An **152** pape] heretici *added* We | sepe] *omitted* An **154** dampnatam] duntaxat *added* We **155** est[2]] *omitted* Bb **156** hoc…158 quilibet] *omitted* Fi **157** excommunicato] excommuni[te] Bb | Quod] Quia Bb **158** tunc] *omitted* We **160** probabit] probatur *or* probaretur We **163** excommunicatus] communicatus Bb **168** istorum] duorum *added* Fi An **169** propter] per We Ly **170** manifeste] manifesto Ly **173** preterito] predicto We **175** assentire] consentire We **176** resistente] resistere Fi An | revocante] revocare An **178** autem] *omitted* We | est] *omitted* Bb Fi An **179** duntaxat] *gap* Fi | ante] dictam *added* Fi **180** accusationem] actionem Ly | seu…181 impugnationem] *omitted* Bb Ly

eum pro vero papa. Ad istas duas interrogationes sine magna discussione respondeas.

Magister: Ad primam respondetur quod papa, si in concilio generali legitime convincatur pertinaciter adhesisse cuicunque heresi latenti qualitercunque scripture divine vel doctrine universalis ecclesie obvianti, etiam si de ea nunquam antea mentio expressa fuisset, quantumcunque in generali concilio paratus sit corrigi, pro deposito est habendus, nec posset licite papali fungi officio nisi in summum pontificem noviter eligatur. Cuius ratio assignatur. Quia omnis hereticus, sive occultus sive manifestus, sive pro heresi dampnata explicite sive pro heresi dampnata implicite, est dampnatus, privatus, et excommunicatus. Cum ergo papa talis fuerit ante concilium hereticus, licet hoc non constiterit ecclesie, tunc fuit papatu privatus licet non haberetur pro privato. Ergo postquam constat ecclesie quod fuit hereticus, ecclesia debet eum fuisse depositum reputare.

Discipulus: Ista responsio videtur omnino falsa, quia secundum iura que sepe prius tacta sunt, errans contra fidem qui paratus est corrigi non est hereticus reputandus. Si ergo papa in concilio generali paratus est corrigi non est hereticus reputandus, et per consequens pro dampnato est minime habendus.

Magister: Ista instantia frivola videtur omnino. Nam licet secundum iura et testimonia sanctorum, errans qui paratus est corrigi tunc non sit inter hereticos computandus, multi tamen errantes contra fidem possunt esse parati corrigi qui prius parati corrigi non fuerunt, sed extiterunt penitus pertinaces. Et ideo potest contingere quod aliquis primo est hereticus quia tunc non est paratus corrigi, et tamen cum ceperit esse corrigibilis non est hereticus reputandus. Sic esset de papa. Quia si primo quemcunque errorem quantumcunque latenter scripture divine vel doctrine universalis ecclesie adversantem (et ideo non explicite sed

---

188 de] *omitted* Fi **190** sit] *omitted* Bb **193** pro] *omitted* Bb dampnata] implicite vel *added* Ly **194** sive…implicite] *omitted* An Ly Vg **195** talis] *omitted* We **196** hoc] *omitted* Ly **201** sepe] *omitted* An | tacta] tractata We | contra] circa Bb Fi An **204** reputandus] Si ergo papa in concilio generali paratus est corrigi non est hereticus reputandus *added dittography* Fi | dampnato] deposito We **206** frivola] falsa Ly **208** paratus] operatus Bb **209** contra] circa Bb Fi An **210** extiterunt] petiterunt Fi **212** et] *omitted* Bb **213** ceperit] cepit An corrigibilis] paratus corrigi We | reputandus] et *added* We **214** Quia] Qui An | quemcunque] quamcunque Fi quantumcunque Ly

implicite tantummodo condempnatum), solempniter diffiniret esse tenendum, tunc esset pertinax et hereticus iudicandus. Si tamen postea in concilio generali vel alias paratus esset corrigi, tunc non esset hereticus, sed prius fuisset hereticus. Non ergo per hoc quod errans contra fidem paratus est corrigi potest ostendi quod prius non fuit hereticus. Sed per hoc declaratur quod non est tunc hereticus quando paratus est corrigi.

Discipulus: Dic ad secundam interrogationem.

Magister: Ad secundam consimiliter respondetur quod papa pertinaciter tenens errorem contra fidem dampnatum duntaxat implicite, si postea (sive accusatur sive diffametur sive in nullo penitus diffametur) cognoscat errorem suum et sciat se errori contra fidem pertinaciter adhesisse, debet seipsum depositum reputare et renuntiare papatui. Quia debet scire se fuisse a iure divino depositum, licet ecclesia universalis, errans quantum ad id quod est facti et in facto consistit, reputaverit eum verum papam, quemadmodum ecclesia universalis erravit quantum ad id quod consistebat in facto quando habuit mulierem pro vero papa.

Discipulus: Nunc allega illa decreta in quibus fundant se dicentes quod ad deponendum papam pertinaciter asserentem ac tenentem heresim dampnatam explicite non est necesse generale concilium congregari.

Magister: Ad hoc principaliter tria decreta, que ponuntur 24 q. 1, allegantur. Ait enim Gelasius papa, ut habetur ibidem capitulo 1º: "*Achatius non est factus inventor novi erroris, sed veteris imitator, atque ideo non erat necessarium ut adversus eum nova sententia prodiret, sed antiqua tantummodo renovaretur*". Et infra: "*Quicunque enim in heresim semel dampnatam labitur eius dampnatione*

---

231 Quia…236 papa] PP* elements. **236** mulierem] Cf. 1 Dial. 6xx ; 1 Dial. 7xx **243** ibidem…1o] C. 24 q. 1 c. 1 (*Achatius*) col. 1827 **246** infra] *Ibid.*

---

221 contra] circa Bb Fi An **225** Dic] *omitted* Fi An **227** contra] circa Bb Fi An **228** diffametur] diffamatur Bb Fi Ly **229** sive…nullo] fidei vero Fi An | diffametur] diffa^{es} An diffamatus Ly | et] ut An **230** errori] errari An **232** fuisse] *omitted* Ly **233** facti] factum Ly **234** consistit] consistitur Bb **239** ac] aut We **241** decreta] adduci possunt *added* Ly **242** allegantur] *omitted* Ly | enim] autem Ly **243** 1o] *omitted* Ly **245** sententia] scita Bb Fi An Ly secta We (*Ockham probably used a canon law text which had* "scita" *i.o.* "sententia") prodiret] prodirent Ww **246** renovaretur] renovarentur Bb Fi An We revocarentur Ly

seipsum involvit". Ex quibus clare colligitur, ut videtur, quod si papa erroris veteris imitator in heresim, scilicet semel dampnatam, labitur, eadem dampnatione involvitur, nec est necesse quod contra eum prodeant nova scita, id est nova statuta. Et per consequens non est necesse contra eum generale concilium noviter congregari, quia ut dicit glosa ibidem: "*hic est casus in quo papa papam potest ligare, in quo papa in canonem late sententie incidit*". Pro illo autem casu in quo quis incidit in canonem late sententie, et pro quo ecclesia scit distincte, et etiam specialem sententiam esse promulgatam, non est necesse generale concilium noviter congregari.

Discipulus: Secundum istam auctoritatem non videtur quod sit necesse pro papa qui incidit in heresim dampnatam duntaxat implicite noviter concilium convocari, quia pro dampnato non est necesse concilium convocari. Papa autem, si incidit in heresim dampnatam implicite, est dampnatus, quia ut dicit Gelasius "*quicunque enim in heresim semel dampnatam labitur eius dampnatione seipsum involvit*". Non autem distinguit inter heresim dampnatam explicite et heresim dampnatam implicite. Ergo nec nos debemus distinguere. Et per consequens, si papa incidit in heresim dampnatam implicite, dampnatus est. Ergo pro eius dampnatione facienda non est necesse generale concilium congregari.

Magister: Ad hoc respondetur, sicut tactum est, quod pro dampnato quem constat ecclesie esse dampnatum non est necesse concilium convocari. Sed pro dampnato quem non constat ecclesie esse dampnatum necesse est in casu concilium convocari ad inquirendum et declarandum eum esse dampnatum. Sic est de papa si labitur pertinaciter manifeste in heresim dampnatam tantummodo implicite,

---

253 glosa…254 ibidem] *Ibid.*, col. 1828 s.v. in heresim

---

248 quibus] verbis *added* Ly **249** scilicet] *omitted* We **254** in[1]…ligare] *omitted* Ww **255** in] *omitted* Bb Fi An **256** et] *omitted* Ly **257** scit] sit We | et etiam] *omitted* Ly | etiam] in We **259** congregari] ergo pro papa qui incidit in heresim dampnatam explicite non est necesse generale concilium noviter congregari *added* We **261** pro] quod Fi | pro papa] contra papam Ly **262** duntaxat] *omitted* Ly **263** autem] enim Ly **265** ut] *omitted* We | enim] *omitted* Ly **267** autem] enim Fi An | et] in Bb **268** heresim dampnatam] *omitted* Ly **271** facienda] *omitted* Ly **272** congregari] convocari We **274** quem] papa An **275** necesse] generale *added* Ly | convocari] provocari Ly **276** ecclesie] *omitted* An **277** convocari] congregari We

quem viri periti in divinis scripturis cum instantia magna asserunt hereticum et heresim pertinaciter affirmare. Quia oportet convenire concilium generale non ad deponendum papam sed ad declarandum et pronuntiandum papam esse dampnatum. Quando autem constat ecclesie papam esse dampnatum, quod accidit si papa incidit in heresim dampnatam explicite, non est necesse congregari concilium nec ad deponendum papam hereticum nec ad declarandum eum esse dampnatum.

Discipulus: Aliud decretum allega.

Magister: Aliud decretum est eiusdem qui, ut legitur ibidem capitulo *Maiores*, ait: "*Maiores nostri divina inspiratione cernentes necessario precaverunt ut quod contra unamquamque heresim coacta semel synodus pro fidei communione et veritate catholica atque apostolica promulgasset non sinerent novis post hec retractationibus mutilari*". Et infra: "*Sed, auctore cuiuslibet insanie ac pariter errore dampnato sufficere iudicaverunt, ut quisquis aliquando huius erroris communicator existeret principali sententia dampnationis eius esset obstrictus. (Et infra:) Sic Sabellium dampnavit synodus, nec fuit necesse ut eius sectatores postea dampnarentur singulas viritim synodos celebrari, sed pro tenore constitutionis antique, cunctos qui vel pravitatis illius vel communionis extitere participes, universalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic Arium, Eunomium, Macedonium, Nestorium, synodus semel gesta condempnans, ulterius ad nova concilia venire non sinit*". Ex

---

291 ibidem…Maiores[1]] C. 24 q. 1 c. 2 col. 1827 **296** infra] *Ibid.*, col. 1829

---

281 Quia] tunc *added* Ly **282** deponendum] dampnandum We **283** declarandum et] *omitted* An | esse] hereticum *added* Ly **284** Quando…285 dampnatum] *omitted* Ly **286** necesse] *omitted* Fi An **287** deponendum] dampnandum We **288** eum] *omitted* Ly **290** est] *omitted* Ly **291** Maiores[1]] sic *added* Ly **292** necessario] necessarie Ww | quod contra] quodcunque Bb Fi An **295** sinerent] sineret Fi An We | hec] hoc Fi An Ly **296** cuiuslibet] cuilibet An | insanie] infamie Fi Ly infame An **298** huius] huiusmodi Ly **299** eius] cuius An obstrictus] obscitus Bb Fi An obstinatus We obstructus Ly | Et infra] *omitted* Ww **301** dampnarentur] dempnarentur Fi | singulas…302 celebrari] *omitted* Ww **302** cunctos] *omitted* Ww **303** vel[1]] quicunque *added* An | extitere] extiterint Bb Fi An Ly extiterit We **304** Arium] Arii Ly sic *added* Bb Fi An Ly sic et *added* We **305** Eunomium] Eumonium Bb Fi We Eunomii et Ly | Macedonium] Macedonum We Macedonii Ly | Nestorium] Nestorii Ly

quibus colligitur quod si papa vel quicunque alius pertinaciter adherere presumpserit errori dampnato, eadem dampnatione involvitur, nec est necesse concilium noviter convocari.

Quod Felix papa, ut ibidem dicitur, aperte testari videtur dicens: "*Achatius non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita prodirent, sed alieno facinori sua communione se miscuit. Itaque necesse est ut in illam recideret iusta lance sententiam, quam cum suis successoribus per convenientiam synodalem susceperat auctor erroris*".

Si igitur papa labitur in dampnatum errorem non est necesse contra eum noviter generale concilium congregari. Quod intelligendum est de omni errore dampnato explicite, qualis est omnis error scripture divine vel doctrine universalis ecclesie patenter omnibus intelligentibus contradicens pariter et adversans. Unde si papa sollempniter diffiniret Abraham non habuisse plures uxores, aut Pharaonem non fuisse regem Egypti, vel Ioab non fuisse filium Sarme, aut aliquid huiusmodi quod ad salutem videtur impertinens, esset hereticus manifestus, nec esset necesse contra eum generale concilium congregare, sed statim quilibet sciens eum diffinisse sollempniter vel alio modo pertinaciter tenuisse aliquod predictorum vel aliquid consimile, deberet eum pro deposito et pro dampnato habere.

Discipulus: Adducas alia motiva ad probandum quod non licet communicare pape heretico modo preexposito in principio huius capituli.

Magister: Hoc probatur tertio sic. Illi qui nichil habet potestatis aut iuris non licet communicare modo illo. Papa hereticus nichil habet potestatis aut iuris, teste Cypriano qui,

---

310 ibidem dicitur] C. 24 q. 1 c. 3 col. 1829 **334** Magister] Seems an early statement (with no back reference to 1 Dial. 6.68 added during PP*)

---

307 quibus] verbis *added* We Ly | si] *omitted* Bb | quicunque] quiscunque We **309** involvitur] includitur Fi **310** dicitur] habetur We **311** dicens] *omitted* Bb **312** sua] suam Ww **313** communione] Bb: communionem Fi An We Ly | se] *omitted* Ww **314** recideret] incideret An reciderat Ly | iusta] Ly: iustam Bb Fi An iuxta We | lance] Ly: lancee Bb Fi An lante We | suis] erroribus *added* Fi An **322** Abraham] Habraham Fi Abraam We **327** congregare] congregari Bb | eum] ipsum Ly **329** aliquid] aliquod Ly **331** alia motiva] alias rationes motivas Ly **332** preexposito] exposito Ly **334** Illi] Ille Fi An **335** iuris…336 aut] *omitted* Fi | Papa] autem *added* Ly

ut legitur 24 q. 1 c. *Didicimus*, ait: "*Didicimus omnes omnino hereticos et schismaticos nil habere potestatis ac iuris*". Ergo pape heretico predicto modo communicare non licet.

Quarto probatur specialiter quod non licet eum verbo, scripto, vel facto asserere esse verum papam, quia nulli licet mentiri, neque verbo, neque scripto, neque facto. Sed qui credit eum hereticum et tamen asserit eum esse verum papam, mentitur, cum non sit verus papa sed depositus tam a iure divino quam a iure humano scilicet a conciliis generalibus, sicut probatum est prius, quibus subest papa in causa heresis, prout superius est ostensum. Ergo nulli scienti papam esse hereticum licet papam vocare nisi ratione alicuius adiectionis vel usitati modi loquendi, ut per talem appellationem sane intelligentibus non intelligitur esse verus papa. Licet enim eum vocare papam hereticum, papam hereticorum, papam talium vel talium, qui sibi favent et habent eum pro papa. Si etiam quis conformando se modo loquendi aliorum vocaret eum papam sine adiectione, non esset forte peccatum mortale.

Capitulum 61

Discipulus: In precedenti capitulo dixi michi visum fuisse quattuor esse probanda circa assertionem in principio eiusdem capituli recitatam. Disseruisti de primo. Nunc autem breviter de tribus sequentibus investiga.

Magister: Primum illorum trium est quod communicantes predicto modo pape heretico sunt fautores heretici et heretice pravitatis. Quod videtur sic posse probari. Non minus sunt communicantes predicto modo pape heretico fautores eius et sue heretice pravitatis quam illi qui sibi non

---

337 24…Didicimus[1]] C. 24 q. 1 c. 31 col. 1849 **346** sicut…prius] LTR **347** prout…ostensum] PP*

---

337 1] *omitted* Bb | ait] *omitted* Ly | omnino] *omitted* An **338** ac] aut We | iuris] omnino *added* An **339** predicto modo] *omitted* Ly **340** eum] We: *omitted* Bb Fi An Ly **341** esse] *omitted* Bb **343** eum[1]] esse *added* Ly | esse] We: *omitted* Bb Fi An Ly | verum] ver We **345** a[1]] *omitted* Bb Fi An | a[2]] *omitted* An Ly **348** adiectionis] adulationis We **349** vel] *omitted* Fi | usitati] *omitted* Ly | ut] Ly: *omitted* Bb Fi An We **350** intelligentibus] non intelligentibus *added* Fi intelligitur] intelligit Bb intelligatur We Ly **351** eum] *omitted* Ly papam hereticorum] *omitted* Ly **352** vel talium] *omitted* Ly | favent] fovent We faverent Ly **353** quis] aliquis Ly | conformando] confirmando Ly | se] *omitted* Ly | vocaret] vocarent An We Ly **354** adiectione] adiacentia We **Capitulum 61,1**] 56 Fr **2** precedenti] preterito We Ly **7** heretico] *omitted* Ly **9** Non] Nam We **10** sue] *omitted* Fi | non] nunquam Ly

resistunt cum possint. Sed qui pape heretico non resistunt cum possint sunt fautores heretici et heretice pravitatis, quemadmodum errare monstratur qui alios, cum potest, non revocat ab errore (Extra *De hereticis* c. *Qui alios*). Ergo communicantes pape heretico sunt fautores heretici et heretice pravitatis.

Discipulus: Istud argumentum procedit de illis ad quos spectat pape heretico resistere et pro viribus obviare. Non autem spectat ad omnes pape heretico resistere. Et ideo multi possunt absque fautoria hereticorum et heretice pravitatis non resistere sed communicare eidem.

Magister: Istam responsionem nonnulli sicut insanissimam detestantur, affirmantes aperte quod dicere quod possit esse aliquis catholicus ad quem non pertineat pro loco et tempore, si convenienter potest, pape heretico obviare satagenti fidem corrumpere orthodoxam, sapit heresim manifestam. Quia ex hoc sequitur evidenter quod aliquis catholicus zelum fidei non tenetur habere, et quod ad aliquem catholicum defensio fidei modo sibi congruenti, quando potest, minime spectat, quod infidelitatem sapere arbitrantur.

Si enim quilibet modo sibi congruenti, quando potest, socium, patriam, prelatum, dominum temporalem, parentes, consanguineos, benefactores et amicos, pauperes, pupillos, viduas, et alias miserabiles personas, ac res temporales communes et proximorum suorum, quando viderit periculum iniquum et evidens imminere, tenetur, quantum sibi licet pro gradu suo et officio defensare, sapitque heresim manifestam dicere quod talis defensio ad quemcunque non pertinet christianum, quia hoc non est aliud quam dicere quod possit esse aliquis christianus qui proximos suos non teneatur diligere, qui, indigentibus et in periculo constitutis (cum non apparet alius qui velit et possit subvenire) non debet subvenire cum potest, qui proximis prodesse cum potest

---

Capitulum 61,14 Extra…alios] X. 5. 7. 2 col. 1669

---

11 possint] post' Bb possunt An We **12** possint] possunt We **20** absque] fautore vel *added* Bb favore vel *added* Ly | fautoria] fautorie We **24** pertineat] aperte quod dicere quod possit esse aliquis catholicus ad quem non pertineat *added dittography* Fi **25** obviare] resistere We **30** infidelitatem] infidelē An **32** parentes] paren Fi **35** quando] serabiles (*sic*) personas, ac res temporales communes et proximorum suorum, quando *added dittography* Fi **37** suo] *omitted* Ly **41** periculo] periculis Ly **42** non…43 subvenire] *omitted* Bb | debet] deberet Fi **43** proximis] proximo Ly

minime teneatur, qui ad opera misericordie quando potest nullatenus teneatur. Que omnia et consimilia scripturis divinis et bonis moribus aperte repugnant. Multo magis debet quilibet, modo sibi congruenti cum potest, fidem catholicam defensare, eo quod fides catholica, sine qua non est salus, est universis mortalibus quantum ad vitam temporalem et cunctis rebus temporalibus preferenda, estque magis quam vita corporalis aliena vel propria defendenda. Non autem fides defenditur nisi pape heretico cupienti ipsam destruere resistatur.

Ergo quilibet catholicus cum potest tenetur pape heretico pro posse resistere, debitis tamen circumstantiis observatis, quia ad hunc actum obligamur precepto affirmativo, quod non obligat pro semper. Quamvis autem ad omnes spectet resistere pape heretico, non tamen ad omnes spectat eodem modo resistere. Sed ad prelatos, doctores, et officium predicationis habentes spectat resistere eius errores publice reprobando, et auditores in veritate catholica instruendo et efficaciter confirmando. Ad prelatos autem specialiter spectat sequaces pape heretici, ne doctrinam eius erroneam teneant, doceant, vel divulgent aut asserant, prohibere, et penis debitis cohercere. Ad reges autem et principes et potestates publicas, si a catholicis fuerint requisiti, vel prelati in pugnando pravitatem hereticam fuerint dampnabiliter negligentes, spectat per temporalem potentiam papam hereticum et sequaces eius, ne corrumpant catholicos, impedire, ipsos si expediens fuerit captivando et quousque rite fuerit ordinatum quid sit de eis agendum in firma custodia (ne inficere valeant orthodoxox et simplices)

---

54 Ergo] This paragraph briefly (pre?) states the positions defended at length in 1 Dial. 7.35-56. It does not include the important "pragmatic temporary stay" provisos included (as PP*?) in the developed discussions. Cf. 1 Dial. 7 xxxx. Nor does it include the "permissible radical aggression" noted in 1 Dial. 6.100 et sim.

---

44 minime…qui] nullatenus tenetur et quod Ly **45** omnia] e[a] Bb **48** est[2]] *omitted* Ly **49** universis] omnibus An **51** corporalis] temporalis Ly | defendenda] est *added* Ly **52** ipsam] eam An fidem We **54** cum] tam Bb **56** actum] articulum Ly **58** spectet] spectent Fi heretico] here[ti] Bb **59** spectat] omni *added* Bb | spectat…modo] spectat omni eodem modo eidem We | resistere] pape heretico *added* Ly **60** resistere] pape heretico *added* We **62** efficaciter confirmando] ff[tr] 9fu[do] Fi **63** specialiter] sp An | eius] pape We **64** doceant vel] et Ly asserant] asserent An **66** et] *omitted* Bb Fi **67** vel] si *added* We pugnando] purgando Bb impugnando Ly **72** inficere valeant] inficiant An

detinendo. Ad omnes autem simplices et alios quoscunque spectat impugnantes papam hereticum et sequaces eiusdem tueri et defendere, ac omnibus prelatis, regibus et principibus, et aliis publicis potestatibus in hiis que rite agunt ad cohertionem pape heretici obedire et assistere toto corde. Ad cunctos autem scientes papam esse hereticum spectat ei in hiis que ad religionem pertinent christianam nullatenus communicare. Ad hoc enim nos obligat preceptum negativum, quod non solum semper sed etiam pro semper obligat.

Discipulus: Breviter proba tertium et quartum que posita sunt in capitulo precedenti.

Magister: Tertium sic probatur. Qui negat Christum aut fidem christianam metu mortis aut gravium tormentorum non est hereticus reputandus. Ergo a simili, qui communicat pape heretico in hiis que ad religionem christianam vel papale spectant officium metu mortis aut gravium tormentorum non est fautor heretici aut pravitatis heretice reputandus.

Quartum, scilicet quod communicantes predicto modo pape heretico etiam metu mortis vel graviorum tormentorum peccant mortaliter, probatur sic. Quod est in detrimentum fidei christiane est peccatum mortale. Communicare autem pape heretico modo predicto est in detrimentum fidei christiane. Ergo est peccatum mortale.

Capitulum 62

Discipulus: Tractavimus de communicantibus scienter pape heretico. Nunc videamus de communicantibus eidem ignoranter, et primo de laborantibus ignorantia crassa et supina et tamen communicantibus pape heretico et sequacibus eius, an scilicet sint censendi fautores heretici et heretice pravitatis.

Magister: De ignorantibus ignorantia crassa et supina et tamen communicantibus pape heretico et sequacibus eius dicitur sicut de communicantibus eidem scienter, quod

---

74 spectat] alios *added* Ly **77** assistere] resistere Ly **78** autem] *omitted* Bb Fi An | ei] cum We **79** pertinent] spectant Ly **82** obligat] obligant We **84** posita] proposita We **86** aut] ac Bb **95** in] *omitted* Ly **Capitulum 62,1** …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 56) **2** Tractavimus] Tractamus Bb Fi **4** et[1]] *omitted* Ly **5** et[1]…6 eius] Kn: *Verbal sequence transposed from* line 7 *infra in* Bb Fi An Ly (*where it appears after* "pravitatis") *and altogether omitted in* We. | tamen] de Ly **9** eius] eiusdem Fi **10** communicantibus] communicatibus Bb | quod] quia We

ignorantia talis non excusat, cum ipsa ignorantia sit dampnabilis.

Discipulus: Supra multa dicta sunt de ignorantia ista. Ideo nunc succincte dic qui communicantes pape heretico ignoranter sunt censendi laborare ignorantia crassa et supina.

Magister: Ex precedentibus poteris hoc aperte colligere, quod illi qui nolunt de heresibus pape heretici informari sed informare eos volentes persequuntur et molestant, et qui contempnunt scire papam esse hereticum, et qui facile possent scire, sunt ignorantes ignorantia crassa et supina.

Discipulus: Dic de communicantibus pape heretico qui ignorant ignorantia invincibili et probabili.

Magister: De illis dicitur quod non peccant mortaliter nec sunt fautores hereticorum, quia ignorantia talis eos excusat.

Discipulus: Qui sunt censendi laborare ignorantia probabili?

Magister: Illi qui nescirent papam hereticum de heresi diffamari, et qui non essent capaces informationis qua ostenditur papa esse hereticus, vel non possent faciliter neque per se neque per alios scire papam esse hereticum, laborarent ignorantia probabili et, si communicarent eidem, excusarentur a peccato mortali.

Capitulum 63

Discipulus: De istis haberem querere multa, sed ea ad tractatum De gestis circa fidem altercantium orthodoxam reservo. Nunc autem dic breviter de obedientibus pape heretico, an scilicet sint fautores heretici et heretice pravitatis.

Magister: Respondetur quod obedire pape heretico contingit dupliciter. Uno modo in puris temporalibus et corporalibus, alio modo in spiritualibus vel in hiis que ad papatus spectant officium. Item, contingit obedire pape heretico scienter et ignoranter.

Capitulum 62,13 Supra] esp. the key text at 1 Dial. 7.18xxx | Supra… 14 Ideo] PP* **16** Ex…17 quod] PP*

---

11 excusat] peccatum *added* Ly **17** sed…18 informare] *omitted* Bb **18** eos] *omitted* Ly **21** communicantibus] ignoranter *added* We **22** ignorant] *omitted* Fi | et] vel We | et probabili] *omitted* Bb **23** non] nec Ly **24** ignorantia] crassa *added* An | eos] *omitted* Fi An **26** sunt censendi] censcendi Bb **29** informationis qua] informationi de qua Bb **33** peccato] pectato An **Capitulum 63,1** …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 56) **7** et] vel We **9** Item] Iterum Bb Fi We

Qui enim obediret pape heretico in temporalibus vel in puris corporalibus, et talis obedientia non esset in nocumentum ecclesie vel alterius persone, nec esset in scandalum, sed esset in salvationem corporalem obedientis vel ad redimentum vexationem eius, non peccaret mortaliter. Si autem talis obedientia esset in nocumentum ecclesie, vel alterius persone, vel in scandalum, obediens peccaret mortaliter, quia nullus propter mandatum vel preceptum heretici, presertim qui non est dominus in temporalibus eius cui precipit, debet aliquid facere in nocumentum vel scandalum alterius cuiuscunque.

Qui autem scienter obediret pape heretico in spiritualibus, puta recipiendo ab eo ecclesiasticum beneficium, vel ordines, aut aliquid consimile, peccaret mortaliter et esset fautor heretici et heretice pravitatis.

De obedientibus pape heretico ignoranter, qui laborarent ignorantia crassa et supina dicitur sicut de obedientibus scienter, quia talis ignorantia non excusat. De ignorantibus ignorantia probabili dicitur quod non peccant mortaliter, quia ignorantia eos excusat.

Capitulum 64

Discipulus: Circa interrogationem propositam supra capitulo 59º huius septimi audivi diversas sententias, pro quibus fortiter allegasti. De allegationibus vero pro secunda sententia tecum post completionem huius operis conferam diligenter. Nunc autem peto ut quomodo respondetur ad allegationes pro prima sententia, supra eodem capitulo 59º adductas, non differas indagare.

Magister: Ad primam illarum dupliciter respondetur.

Uno modo, quod sacerdotes veteris legis ad quos Christus misit leprosos ut communicarent eis in hiis que spectabant ad sacerdotale officium non erant heretici, quod duobus modis dicitur.

---

11 enim] ei Bb igitur We **12** corporalibus] *omitted* Bb | non esset] *omitted* Bb **14** corporalem] corporale We **15** vel] et Ly | redimentum] redimendam Bb Fi An Ly **16** vel…17 alterius] et Ly **28** scienter] *omitted* Bb **29** probabili] invincibili Ly | quia] de Bb talis *added* We **Capitulum 64,1** …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 56) **4** vero] autem Ly | secunda] *omitted* Ly **5** conferam] conferrem Fi An **8** indagare] indigare Bb indicare We **9** illarum] illorum B | dupliciter] tripliciter Ly **11** communicarent] communicaret Bb **12** quod…14 heretici] *omitted* Ly

Uno modo, quod ideo non erant heretici quia incarnatio Christi nondum fuerat divulgata, et ideo licet explicite in Christum non crederent non erant heretici iudicandi.

Aliter dicitur, quod licet quidam sacerdotes illius temporis fuerint heretici, non quia non credebant explicite in Christum sed quia predicationi Christi pertinaciter resistebant, tamen preter illos sacerdotes hereticos fuerunt quidam alii qui Christo pertinaciter minime resistebant: quorum quidam in Christum explicite non credebant nec etiam ei pertinaciter resistebant; quidam etiam forte explicite credebant in Christum et erant forte occulti discipuli propter metum iudeorum. Unde et de sacerdotibus legitur Act. 6 quod "*multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei*", quod contingit ante mortem beati Stephani. Et ita non est improbabile dicere quod aliqui sacerdotes qui manifeste obedierunt fidei cito post mortem Christi crediderunt in Christum ante mortem eius, licet occulte. Erant ergo aliqui sacerdotes qui non fuerunt heretici, vel quia Christo nullatenus pertinaciter resistebant, vel quia explicite credebant in eum, ad quos potuit Christus leprosos transmittere ut communicarent eis in hiis que ad sacerdotale spectabant officium, licet non miserit eos ad sacerdotes qui fuerunt pravitate heretica irretiti.

Aliter respondetur quod sicut pape heretico licet communicare ignoranter dummodo ignorantia non sit crassa et supina, ita tempore Christi fidelibus licuit communicare ignoranter sacerdotibus hereticis. Illi ergo leprosi quos Christus misit ad sacerdotes hereticos, quia ignorabant eos esse hereticos et non laborabant ignorantia crassa et supina, licite potuerunt communicare eisdem.

Discipulus: Contra istam responsionem michi occurrit duplex obiectio. Prima est quod Christus scivit sacerdotes esse hereticos, ergo non debuit mittere leprosos ad ipsos.

Capitulum 64,25 Act 6] Acts 6:7

---

16 crederent] credent Bb | non[2]] tamen *added* Ly | erant] herant We **17** quidam] quedam Fi **18** fuerint] fuerant Bb fuerunt Fi **21** quorum…23 resistebant] *omitted* An | quidam] aliqui Ly **23** etiam] *omitted* Fi autem We **24** erant] *omitted* Bb | discipuli] *omitted* Ly **26** etiam] *omitted* Ww | obediebat] obediebant Bb We | contingit] contigit We **27** ita] ideo Ly | improbabile] ita probabile Fi An Ly **28** obedierunt] obediebant We **29** Christi] quin Ly **34** hiis] illis An Ly **37** non] nec Bb **38** fidelibus] *omitted* An **41** esse] *omitted* Bb | et supina] *omitted* We **44** obiectio] abiectio Bb **45** esse] *omitted* An ipsos] eos Ly

Secunda est quod ex quo Christus scivit sacerdotes esse hereticos, hoc debuit declarare leprosis.

Magister: Ad primam istarum respondetur quod quamvis Christus sciverit sacerdotes esse hereticos, tamen potuit mittere leprosos ignorantes ad ipsos quia illis licuit, stante ignorantia qua laborabant, communicare eisdem.

Ad secundam respondetur quod Christus non omnia omni tempore omnibus revelavit, nec revelare nisi quando voluit tenebatur. Et ideo quemadmodum non revelavit apostolis nequitiam Iude, ita non revelavit leprosis perfidiam sacerdotum. Et ideo licuit eis communicare eisdem.

Discipulus: Quamvis licuisset leprosis communicare sacerdotibus hereticis ignoranter, non tamen licuit Christo precipere vel consulere leprosis communicare eisdem. Quia cui non licet communicare alteri, non licet eidem dare consilium alii ut eidem communicet, sicut cui non licet communicare excommunicato, ei non licet dare consilium alii ut excommunicato communicet. Si ergo Christo non licuit communicare sacerdotibus hereticis, non licuit Christo dare consilium leprosis ut eisdem sacerdotibus communicarent.

Magister: Respondetur quod ista instantia fundatur in medio falso. Hoc scilicet: ‘Cui non licet communicare alteri ei non licet dare consilium alii ut eidem communicet’. Exemplum habetur expressum in iure 11 q. 3 c. *Quoniam multos.* Ex quo capitulo expresse colligitur quod multis non licet communicare quibusdam excommunicatis quibus tamen licet consulere et dicere uxoribus excommunicatorum, filiis suis, et aliis quibusdam personis enumeratis ibidem, quod excommunicatis communicent. Sic, si tu scis papam esse hereticum manifestum et quod probari potest esse hereticus, tibi non licet communicare pape heretico. Tibi tamen licet consulere credenti papam non esse hereticum et qui non laborat ignorantia crassa et supina ut eidem communicet.

---

69 11…70 multos] C. 11 q. 3 c. 103 col. 1268

---

47 hoc] non Bb | declarare] intimare We **48** istarum] *omitted* Ly quod] *omitted* Bb Fi An **49** tamen] non Bb **50** licuit] sicut An **57** licuisset] licusset Fi **60** communicare…licet[2]] *omitted* Bb | eidem] ei An **61** eidem…63 ut] *omitted* Fi An **62** alii] *omitted* Bb **63** ut] eidem *added* We **65** leprosis] *omitted* Ly | sacerdotibus] hereticis *added* We **68** ei] *omitted* Ly **69** 11] 13 Ly **70** multos] multis Ww **74** communicent] et *added* We | Sic] Sicut Fi **75** esse] *omitted* Ly **76** tibi] cui Ly | tamen] non Ly **77** consulere] alteri *added* We **78** laborat] laborant Bb

Discipulus: Dic quomodo respondetur ad auctoritates Augustini quibus videtur ostendi quod licet communicare hereticis in hiis que ad divinum spectant officium.

Magister: Ad istas auctoritates dupliciter respondetur. Primo quod Augustinus in omnibus illis auctoritatibus non loquitur de malis qui erant heretici, sed de aliis malis aliis criminibus irretitis, quibus licuit quantum ad sacramenta veteris legis communicare, et a quibus recedendum erat non corporaliter sed spiritualiter.

Aliter dicitur quod quamvis non licuerit in veteri lege communicare hereticis et idolatris in perfidia sua manentibus, licuit tamen communicare eisdem correctis et ostendentibus se correctos. Illi autem heretici et idolatre, eo ipso quod templum Dei ad orandum Deum et sacrificandum Deo et cetera faciendum que per legem Dei precipiebantur, intrabant, ostendebant se facto correctos. Et ideo illo tempore licuit communicare eis, quia pro tempore illo non debuerunt heretici reputari.

Discipulus: Secundum istam responsionem liceret in divinis hereticis communicare, quia ostenderent se correctos.

Magister: Respondetur quod alius modus recipiendi hereticos revertentes ad fidem ordinatus est inter christianos quam fuerit inter iudeos. Nam inter iudeos forte, ad hoc quod reciperentur, non aliud requirebatur quando de eis non poterat fieri iustitia nisi quod verbo vel facto protestarentur se esse veros Dei cultores. Ad hoc autem quod heretici christiani revertentes ad fidem recipiantur ad communionem quo ad ecclesiastica sacramenta hoc non sufficit, sed requiritur quod in speciali abnegent errorem quam tenuerunt, et quod a vinculo excommunicationis quo tenebantur per ecclesiam absolvantur. Si autem fuit prelatus, puta papa vel episcopus, aut alia preditus prelatura, ad officium prelationis eius absque nova electione nequaquam recipi debet, quia omnis hereticus

---

79 Dic] *omitted* Bb **80** Augustini] Augustinus Bb | videtur] v^{os} An **81** spectant] spectat Bb **82** istas] *omitted* Ly **83** quod] quia Ly **84** aliis^{2}] *omitted* Bb aliisque Ly **86** quibus] quibusdam Ly | erat] We: est Bb Fi An Ly **89** manentibus] manen Bb motis (*garbled* mortis) *added* Bb **90** et] vel We **91** et] quod Bb **92** orandum] adorandum Bb | et^{1}] in Bb **93** intrabant] Vc: *omitted* Bb eisdem Fi An We eidem Ly **94** illo] per Bb omni Ly **95** quia] quod Fi **97** responsionem] non *added* We **98** quia] qui se Ly | se] esse Ly **101** quam] quamvis An | Nam… iudeos^{2}] *omitted* Vg | Nam…quod] Forte enim ut iudei Ly **102** requirebatur] requira^{r} Fi **103** nisi] *omitted* An | protestarentur] protestabantur Ly **104** quod] ut Ly **106** requiritur] re^{r} Fi retinetur An **109** fuit] fu^{t} An fuerit Ly **110** prelatura] *omitted* Ly

tam iure divino quam humano privatus est omni ecclesiatica dignitate.

Aliter dicitur quod in veteri lege non erat licitum interesse officio hereticorum. Licitum tamen erat permittere heretico officio et sacrificio fidelium interesse. Et ideo quamvis in nova lege esset licitum sustinere hereticos audire divinum officium a catholicis (nisi in contrarium esset per ecclesiam ordinatum), nullo tamen modo licet catholicis officio hereticorum interesse. Et ita missa pape heretici a nullo catholico debet audiri, et eadem ratione in alio officio divino sibi communicare non licet.

Discipulus: Dic quomodo ad secundam rationem principalem respondetur.

Magister: Respondetur quod sicut minora mala sepe permittenda sunt propter maiora vitanda, sic propter maiora mala vitanda fas est permissionem minorum malorum procurare et etiam impetrare, quia licet ipsa que permittuntur sint mala et illicita, ipsa tamen permissio esset licita. Et ideo permissionem malorum licet petere et etiam impetrare, licet commissio mali sit nullatenus impetranda. Et ideo beatus Iohannes papa potuit licite impetrare quod heretici permitterentur in ecclesiis catholicorum ritus suos celebrare propter vitandam extinctionem Italie, que erat maius malum quam quod heretici in ecclesiis permitterentur. Cum ergo dicitur quod beatus Iohannes impetravit vel procuravit ut ecclesie hereticis redderentur, dicitur quod ibi verbum ‘reddendi’ accipitur pro verbo ‘permittendi’, quia eo ipso quod ecclesie permittebantur hereticis, ipsi erant parati eas accipere. Et ideo pro vitanda extinctione Italie gladio materiali, non fuit necesse plus impetrare quam quod ecclesie permitterentur hereticis. Et ideo beatus Iohannes solam permissionem huius impetravit. Hoc autem fuit multo minus quam in divinis communicare hereticis, sicut minus est permittere malum quam committere malum.

---

112 tam] in *added* Ly | quam] in iure *added* Ly **114** quod] *omitted* An **116** interesse] interfuisse Ly **117** in] *omitted* An **118** catholicis] catatholicis Bb An | in] *omitted* We **120** ita] in *added* An **128** etiam] ê Fi **129** permissio] non est mala sed *added* We Ba | esset] es sed Bb *omitted* We est Ly **130** malorum] maiorum Bb | et] *omitted* Bb **134** erat] erant Bb **135** ergo] *omitted* Bb **136** impetravit] impetraverit Fi An | procuravit] procuraverit Fi An | ut] quod Ly **140** Italie] et *added* Ly **141** materiali] mali Fi An Ly **142** permitterentur] permittantur Ly **143** huius] huiusmodi Ly

Ad tertiam rationem respondetur quod non semper licet fidelibus alicui in aliquo officio communicare quem debent in eodem officio tolerare, quia sepe ideo tolerant quia prohibere non possunt, et ideo tolerantia talis est minime arguenda. Communicatio tamen cum eis esset omnino reprehensibilis iudicanda. Concedendum est ergo cum Augustino quod tolerandi sunt mali pro pace quando pax absque omni fructu spirituali penitus turbaretur. Non tamen pro pace communicandum est malis in hiis que sunt contra Deum, quemadmodum ritus iudeorum licite tolerantur, celebrare tamen cum eis ritus eorum catholicis minime licet. Sic etiam sancti viri toleraverunt idolatriam paganorum, quibus tamen in idolatria nullatenus communicare debebant.

Ad quartam rationem respondetur quod Iudas non legitur fuisse hereticus sed proditor. Unde etiam post proditionem dixit: "*Peccavi tradens sanguinem iustum*". Ex quibus verbis colligitur quod Iudas post proditionem de Christo, quem iustum putavit, non erronee sensit, et ita non erat hereticus, vel si fuit hereticus non fuit hereticus manifestus et publicus sed occultus. Hereticus autem occultus sive fuerit papa sive alius non est in publico devitandus.

Capitulum 65

Discipulus: Quamvis adhuc de fautoribus hereticorum et heretice pravitatis essent investiganda quamplura, de quibus applicando ad determinatas personas in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam sollicite indagabo, tamen illis obmissis transeo ad defensores hereticorum et heretice pravitatis, de quibus in primis peto ut narres qui defensores hereticorum et heretice pravitatis sunt censendi.

Magister: Respondetur quod cum defendere rem aliquam sit ab impugnatione tueri vel rei impugnate contra

---

161 dixit] Matthew 24:7

---

146 tertiam] secundam An **148** ideo] *omitted* Ly **150** eis] eo We esset] licet Fi An **151** iudicanda] iudicata Fi An | Augustino] Arg[9] Bb (*sic*) **152** tolerandi] toleranda Bb | quando] aliter *added* Ly **153** penitus] ponitus Bb **156** etiam] et Bb **163** quem…165 manifestus] *omitted* Bb | sensit] senserit Ly **164** fuit[1]] fuerit Bb Fi An **166** sive[2]] fuerit *added* Ly | in] *omitted* Fi **Capitulum 65,1** …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 56) **2** adhuc] adhoc Bb **3** essent] essen Bb esset Fi An **6** defensores] We: defensionem Bb Fi Ly deffe[re3] An **8** narres] michi *added* An Ly | defensores] et *added* An **10** cum] *omitted* An

impugnantem opem ferre, impugnatio autem tripliciter fieri potest, scilicet verbo, scripto, et facto, multipliciter contingit defendere hereticos et hereticam pravitatem, secundum quod heretici et heretica pravitas possunt multipliciter impugnari.

Hereticus enim impugnari potest facto alicuius qui conatur hereticum captivare, aut detinere, aut iudici presentare, vel trahere ad iudicium ut de eo fiat iustitie complementum.

Potest etiam impugnari verbo, et hoc multipliciter. Vel in iudicio cum rite et debite accusatur, vel extra iudicium cum eius perfidia per predicatores et doctores, prelatos aut alios non ignaros, nescientibus ut caveant nuntiatur.

Scripto etiam impugnari potest, in iudicio cum contra eum scribitur, vel extra iudicium cum eius perfidia rationibus et auctoritatibus demonstratur, et absentibus per epistolas intimatur.

Heretica autem pravitas verbo et scripto poterit impugnari. Verbo quidem, cum in sermonibus aut lectionibus vel secretis colloquiis reprobatur. Scripto vero cum ad reprobandam hereticam pravitatem scripta catholica componuntur.

Ex hiis colligitur quod contingit hereticos et pravitatem hereticam multipliciter defendere, et quot modis contingit hereticos et pravitatem hereticam impugnare tot modis et forte pluribus defendi possent.

Contingit igitur defendere hereticos facto, impediendo videlicet ne capiantur vel detineantur vel de eis fiat iustitie complementum.

Contingit etiam eos defendere verbo in iudicio et extra iudicium, allegando quod quod non sunt heretici reputandi.

---

12 impugnantem] impugnante Bb impugnationem We **13** multipliciter] *omitted* Ly **15** possunt] possent Ly **16** enim] autem Ly | alicuius qui] quando quis facto We **17** detinere] detineri Bb Fi An **18** iudicium] iudicem We **22** doctores] ac *added* We | aut] *omitted* Bb et We **23** nuntiatur] nuntiantur Bb Fi An **25** scribitur] inscribitur We | vel] et etiam We etiam *added* Ly **26** auctoritatibus] auditoribus Bb **29** lectionibus] locutionibus Ly **31** reprobandam] reprobandum Ly catholica] theologica An a catholicis Ly **33** hiis] verbis *added* Ly contingit] et *added* Ly **34** multipliciter…35 hereticam] *omitted* Bb Fi et] quia We **35** impugnare] pugnare Bb impugnari Ly **36** possent] possunt Bb **38** ne] *omitted* Bb | vel[2]] Bb We Ly Va Vd: aut Fi An Ce Na Ax Ba Di ut Fr ne Vc | eis] his Ly **41** heretici] reprobandi vel *added* Ly

Scripto etiam contingit eos defendere, libros et epistolas componendo ad ostendendum et nuntiandum quod non sunt inter hereticos computandi.

Pravitatem etiam hereticam contingit tripliciter defendere, scilicet facto, verbo, et scripto.

Facto quidem dupliciter ad presens. Uno modo, ipsos impugnatores ab impugnatione prohibendo. Alio modo, impugnatores et allegationes eorum scriptas destruendo, sive comburendo sive alio modo, vel malitiose detinendo et impediendo ne ad notitiam perveniant aliorum.

Verbo etiam contingit pravitatem hereticam defendere, allegando quod non sit inter hereses computanda, et eodem modo contingit scripto heresim defendere.

Discipulus: Secundum predicta de defensoribus hereticorum et heretice pravitatis essent quamplurima indaganda, sed abbreviationis causa multa dimittam. Aliqua tamen queram. Porro quia dubito quod si unquam aliquis papa erit hereticus, perniciosior et periculosior erit omnibus aliis hereticis qui fuerunt vel erunt preter Antichristum magnum, si tamen idem Antichristus non erit papa, interrogationes quas faciam de defensoribus hereticorum et heretice pravitatis ad defensores pape heretici et sequacium eius suarumque heresum applicabo.

In primis itaque dic qua pena sint plectendi qui de facto impediunt ne de persona pape heretici fiat iustitie complementum, se de eius erroribus defendendis nullatenus intromittendo.

Magister: Respondetur quod tales impedientes et pape heretico impedienti opem ferentes ne de ipso fiat iustitie complementum aut sciunt papam esse hereticum aut ignorant, et si ignorant aut laborant ignorantia crassa et supina quia nolunt aut contempnunt aut negligunt scire papam esse hereticum, vel laborant ignorantia probabili.

Si sciunt papam esse hereticum vel ignorant et laborant ignorantia crassa et supina, et tamen eidem opem ferunt ne fiat de eo iustitie complementum et se de eius erroribus

---

Capitulum 65,61 si…papa] PP* Cf. 1 Dial. 6.19 (OP VI)

---

43 sunt] sint We **48** impugnatione] ne *added* Bb **49** impugnatores] impugnationes Ly | scriptas] scripturas Fi An | destruendo] extinguendo Ly **59** erit[1]] *omitted* Ly | et periculosior] *omitted* Ly **63** ad] de Fi **65** de] *omitted* Bb We **67** complementum] tamen *added* Ly | defendendis] defendendi Bb **72** et[1]…ignorant] *omitted* Bb **74** probabili] probabiliter Bb

nullatenus intromittunt, imo asserunt forte manifeste eius errores esse contrarios catholice veritati, sunt defensores heretici, licet non sunt directe defensores nec approbatores heretice pravitatis. Et ideo penam hereticorum nequaquam incurrunt, sed in sententiam incidunt excommunicationis et carere debent ecclesiastica sepultura (Extra *De hereticis* c. *Sicut* et Extra *De sententia excommunicationis* c. *Noverit*). Alie etiam pene eorum, si in excommunicatione per annum persistunt, taxantur Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 1º*. Quedam etiam pene eorum speciales taxantur Extra *De hereticis* c. *Si adversus*.

Si autem ignorant papam esse hereticum, et laborant ignorantia probabili, nullam penam incurrunt.

Discipulus: Nunquid scientes papam esse hereticum vel etiam ignorantes, sed laborantes ignorantia crassa et supina, ad quos spectat et qui possunt facere de papa heretico iustitie complementum, si negligunt, debent inter defensores pape heretici computari?

Magister: Una est opinio quod sunt defensores pape heretici et penam defensorum incurrunt. Quemadmodum illi ad quos spectat ex officio defendere clericum verberatum sunt fautores eiusdem violentie et eandem penam incurrunt si possunt defendere et non faciunt (Extra *De sententia excommunicationis* c. *Quante*). Alia est opinio quod tales non sunt defensores pape heretici, quia defensio aliquem actum exteriorem importat. Tales autem nullum actum exteriorem ad dictam defensionem pertinentem exercent.

Discipulus: Quid sentitur de illis qui defendunt papam hereticum verbo vel scripto, asserendo et dicendo quod non est hereticus reputandus?

---

83 Extra…84 Sicut] X. 5. 7. 8 col. 1671 **84** Extra…Noverit] X. 5. 39. 49 col. 1923 **86** Extra…1o] X. 5. 7. 13 col. 1683 **87** Extra…88 adversus] X. 5. 7. 11 col. 1676 **100** Extra…101 Quante] Actually in the gloss of X. 5. 39. 47 col. 1919 s.v. interpretans

---

80 licet] sed Bb We Ly **84** et] etiam Ly | Noverit] Noverunt Ly **86** persistunt] perstiterint Bb We **87** Extra] *omitted* Bb **88** c… adversus] *omitted* Bb **89** ignorant] ignorent Fi An Ly | hereticum] *omitted* Bb | laborant] laborent Ly **92** etiam] *omitted* We | ignorantes] ignorantiam ferentes Bb | sed] et An *omitted* Ly | ignorantia] ignorantes Bb **94** si] se Bb | inter] *omitted* Bb **101** Quante] Quare Fi Quam te Ly **103** actum] *omitted* An **104** dictam] *omitted* We defensionem] pape heretici *added* We **106** vel] facto *added* An dicendo] dd'o Fi An

Magister: Hoc potest multis modis contingere. Uno modo, verbo vel scripto asserendo et affirmando quod errores ei impositos (quos in rei veritate pertinaciter tenet) non tenet nec dicit, neque asserendo neque opinando neque recitando. Alio modo, quod errores impositos dicit et tenet tantummodo recitando. Alio modo quod errores dicit et tenet tantummodo opinando et eos nullatenus pertinaciter asserendo. Alio modo, quod errores impositi pape non sunt inter hereses computandi.

Si primo modo, distinguitur, quia aut sciunt se dicere falsum aut nesciunt se dicere falsum, et tunc vel laborant ignorantia crassa et supina, vel probabili. Si sciunt se dicere falsum, non tantum crimen incurrunt mendacii sed etiam scienter defensores pape heretici sunt censendi et penam defensorum incurrunt. Si autem nesciunt se dicere falsum, et laborant ignorantia crassa et supina (quia nolunt scire vel contempnunt aut negligunt scire), quamvis secundum aliquos a crimine mendacii valeant excusari, tamen a crimine defensionis pape heretici minime excusantur, et ideo in penam incidunt defensorum. Si vero nesciunt se dicere falsum et laborant ignorantia probabili, nec crimen mendacii nec crimen defensionis hereticorum committunt, quia ab utroque crimine per ignorantiam probabilem excusantur.

Consimiliter distinguitur de asserentibus papam dicere errores impositos tantummodo opinando vel tantummodo recitando. Quia si sciunt vel credunt se dicere falsum, crimen mendacii et etiam crimen defensionis heretici manifeste committunt. Si vero nesciunt et laborant ignorantia crassa et supina, sunt defensionis heretici crimine involuti. Si autem laborant ignorantia probabili, de utroque crimine excusantur.

Si autem dicunt quod errores impositi pape non sunt inter hereses computandi, non solum sunt censendi defensores heretici, sed etiam sunt defensores heretice

---

109 affirmando] firmando Ly **110** ei] *omitted* We **111** recitando…112 modo] recipiendo neque alio modo Vg recipiendo neque aliquo modo et Ly **112** et tenet] Ly: *omitted* Bb Fi An We | tantummodo] tantum Fi **114** eos] eis Bb | Alio] Nullo An **115** sunt] sint Ly | inter] *omitted* Fi | hereses] hereticos Ly **116** distinguitur] *omitted* Ly **117** aut… falsum[2]] *omitted* Ly **121** nesciunt] non sciunt Ly **123** aliquos] alios We **127** crimen] crimine An **128** crimen] crimine An | committunt] committent Bb **130** distinguitur] distinguo An | dicere] aliquos *added* Ly **132** sciunt] sciant Bb An We | credunt] **Ly** Vg: credant **Bb Fi An We** **133** defensionis] pape *added* Ly **134** committunt] committere Fi **135** heretici] heretice Ly | autem] vero Ly **136** laborant] laborent Ly **138** inter] *omitted* Bb | hereses] hereticos Ly | solum] *omitted* We

pravitatis. Quod verum est si errores pape heretici sunt explicite condempnati, et taliter defendentes papam hereticum pertinaciter tenent quod errores impositi non debent inter hereses reputari.

Capitulum 66

Discipulus: Si pro singulis assertionibus supra scriptis satageres allegare, timeo quod prolixitatem fastidiosam legentibus generares. Ideo ad defensores heretice pravitatis accedo. De quibus peto ut dicas qua pena sunt plectendi qui sunt pravitatis heretice defensores, sive defendant pravitatem hereticam prohibendo impugnatores pravitatis eiusdem ne eam impugnent, eis scilicet pro impugnatione pravitatis heretice qua papa macularetur hereticus persecutionem et molestiam inferendo, sive allegationes eorum catholicas contra errores pape heretici comburendo aut quovis modo impediendo malitiose ne ad notitiam perveniant aliorum.

Magister: Istis modis videtur quibusdam quod facto heretica pravitas defendatur. De qua defensione hoc nonnulli tenent quod huiusmodi pape heretici defensores non minus peccant quam papa hereticus, nec minori pena sunt plectendi. Imo dicunt quod sunt heretici reputandi. Quia, sicut contingit facto mentiri secundum Ambrosium, ut habetur 22 q. ultima c. *Cavete*, ita contingit facto heresi assentire et eam asserere, et per consequens ex factis absque verbis potest quis ostendi esse hereticus manifestus. Predicti ergo defensores heretice pravitatis heretici sunt censendi et pena hereticorum sunt plectendi, quod multis modis videtur posse probari.

Hoc enim Urbanus papa, ut legitur 24 q. 3 c. *Qui aliorum*, sentire videtur, dicens: "*Qui aliorum defendit*

---

140 Quod…143 reputari] PP*. **Capitulum 66,2** Si…4 Ideo] PP* **18** 22…19 Cavete] C. 22 q. 5 c. 20 col. 1707 **24** 24…25 aliorum[1]] C. 24 q. 3 c. 32 col. 1887

---

143 inter] *omitted* We **Capitulum 66,1** …] *omitted* Fr (*continues its* ch. 56) **3** satageres] satageris An | timeo] *gap* Fi timens An | fastidiosam] fastidiosque Fi **4** defensores] *or* defensiones Bb **5** accedo] accede Ly ut dicas] *omitted* An | qui] *omitted* Bb **7** ne] ut Ly **9** macularetur] maculatur Ly **10** catholicas] catholicam Bb **11** comburendo] compu^{do} An **13** facto] We: infecto Bb in facto Fi ī fcō An infectus Ly **14** pravitas] pravitate Ly | defendatur] defenditur Ly | hoc] *omitted* Ly **16** hereticus] quia *added* Ly **18** 22] 23 Bb Fi Ly | ultima] 1 Ly **19** Cavete] Cavere Fi | ita] itaque Ly **21** heretice] pape *added* Bb **24** Hoc] Hec Fi An Ly | ut] vel Bb | legitur] *omitted* Ly

errorem multo amplius damnabilior est illis qui errant, quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris preparat et confirmat. Unde quia magister erroris est, non tantum hereticus sed etiam heresiarcha dicendus est". Ex quibus verbis colligitur quod defensores errorum sunt heretici reputandi et dampnabiliores errantibus. Ergo et pari pena sunt plectendi.

Discipulus: Ista auctoritas non videtur ad propositum, quia loquitur de defendentibus errores allegando pro eis sive verbo sive scripto. Quod patet per hoc quod dicit quod "*aliis offendicula erroris preparat et confirmat*", et per hoc quod dicit "*magister erroris est*". Ista enim ad allegandum pro erroribus pertinere videntur, et nequaquam spectant ad illos qui impugnatores errorum impediunt, persequuntur, et molestant, et qui impugnationes destruunt vel impediunt ne inter catholicos publicentur.

Magister: Dicitur quod instantia tua nulla est. Quia licet auctoritas Urbani predicta de allegantibus ex pertinacia pro erroribus aliorum verbo vel scripto debeat intelligi, debet nichilominus etiam intelligi de defensoribus facto aliorum errores, eo quod defensores facto errorum modis prescriptis gravius peccare videntur quam solummodo pro erroribus allegantes. Defendentes enim facto modis prescriptis errores pape heretici tam in Deum quam in proximum directe peccare noscuntur. Quia et veritatem catholicam manifestari impediunt, et ipsis impugnatoribus pravitatis heretice graviter iniuriantur dum eorum personis molestiam inferunt, et in eorum infamiam aliquid ludibrium circa catholicas allegationes exercent. Qui autem pro erroribus aliorum solum verbo vel scripto pertinaciter allegare presumunt, in Deum tantummodo peccare videntur. Et ideo si defensores

---

26 amplius] Ly: *omitted* Bb Fi An We | illis] illi Fi **27** solum] ille *added* Ww | erroris] errores An **29** hereticus] dicendus est *added* Ly heresiarcha] h'ei sarcha An **34** eis] pena sunt plectendi. **Discipulus**. Ista auctoritas non videtur (=*omitted*) ad propositum quia loquitur de defendentibus errores allegando pro eis *added dittography* Bb **36** offendicula] offendiculis Bb | erroris] We: *omitted* Bb Fi An Ly **37** erroris] errorum Ly | est] *omitted* Bb | ad allegandum] allegantes We **39** persequuntur…40 impediunt] *omitted* An **40** impugnationes] impugnatores Bb Ly | vel impediunt] *omitted* Bb **42** est] *omitted* Bb **43** de] ab Fi An **44** debeat] debet Ly **45** etiam intelligi] intelligi et Ly defensoribus] de *added* Ly **46** errores] errorum Ly **47** videntur] quam Bb **49** directe] recte Fi **50** noscuntur] dinoscitur Fi dinoscuntur An **53** aliquid] aliquod We Ly | ludibrium] ludibricum Bb Fi An **54** solum] solummodo We **56** tantummodo] directe *added* We

allegando solummodo pro erroribus sunt dampnabiliores illis qui errant, multo magis illi qui in favorem et defensionem errorum impugnatores errorum crudeliter persequuntur, et infamia eorum allegationes catholicas irreverenter et probrose tractant, sunt dampnabiliores hiis qui errant si solummodo stant in errore et nichil plus faciunt.

Cum vero dicitur quod Urbanus loquitur de illo qui aliis offendicula erroris preparat et confirmat, et de illo qui est magister erroris, que duo non conveniunt nisi allegantibus pro errore, respondetur quod utrumque istorum potest aliquo modo persequentibus impugnatores errorum et destruentibus impugnationes errorum competere. Nam talis potest dici aliis offendicula erroris quodammodo preparare et confirmare in quantum removet prohibentia erroris. Nam et removens prohibentia aliquando causa vocatur. Potest etiam dici quodammodo magister erroris in quantum facto docet et monstrat quod errores sunt tenendi.

Discipulus: Alias allegationes ad eandem assertionem adducas.

Magister: Hoc Isidorus, ut habetur 11 q. 3 c. *Qui consentit peccantibus* testari videtur, dicens: *"Qui consentit peccantibus et defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum et homines, et corripietur increpatione severissima. Hinc etiam quidam sanctissimus pater ait: 'si quis peccantem defendit, acrius quam ille qui peccavit coherceatur'"* . Ex quibus verbis colligitur quod qui papam hereticum pro crimine heresis persequendo impugnatores et

---

76 11…77 peccantibus] C. 11 q. 3 c. 100 col. 1265 **80** quidam] *Ibid.* col. 1266 s.v. Qui consentit (Basil, *Regule breviores*, regula 7)

---

57 pro…59 errorum[1]] *omitted* Bb **59** errorum[2]] errores An error We eorum Ly | persequuntur] insequuntur An **60** infamia] infamiam Bb An in infamiam We | probrose] prob^{o}se Fi probose An **61** dampnabiliores] damnatiores Ly | hiis] illis We **62** errore] errorem We **63** aliis] alii Bb Fi An **64** erroris] errorum Ly **65** erroris] errorum Ly **67** impugnatores errorum] *omitted* Ly **68** impugnationes] Vc Fr: impugnatores Bb Fi An Ly impugnato'es We impugnatores aut impugnationes Ba impugn^{es} Na (=*perhaps retained script of original?*) | Nam…70 erroris] *omitted* Ly **70** erroris] Bb Fi An Ly Vc: errores, scilicet impugnantes aut impugnationes confundentes (et *added* Ba) errores We Ba errores Di **71** prohibentia] Kn: prohibens Ww **72** erroris] errorum Fi Ly **73** tenendi] censendi Ly **74** ad] de An **76** Isidorus] *omitted* An habetur] communiter An **77** consentit[1]] *omitted* Ww | consentit[2]] consenserit Ly **78** defendit] defenderit Ly **80** Hinc] Hoc Ly **82** qui] *omitted* Fi An **83** et…84 impugnationes] *omitted* Bb

impugnationes, defendit, acrius quam papa hereticus coherceri debet.

Discipulus: Ista auctoritas non loquitur nisi de defensore delinquentis, non de defensore pravitatis heretice, et ita ad propositum non esse videtur.

Magister: Respondetur quod cum loquitur de defendente delinquentem in genere, debet etiam intelligi de defendente papam hereticum et per consequens debet intelligi de defendente heresim quam tenet papa, quia maius vel non minus peccatum est defendere iniquitatem alicuius quam defendere facientem iniquitatem, cum ille qui facit, si non esset iniquitas, defendi deberet.

Discipulus: Potestne probari aliter quod huiusmodi defensores heresum quibus papa hereticus irretitur sunt pena hereticorum plectendi?

Magister: Hoc videtur sic posse probari. Consentientes eadem pena qua agentes sunt plectendi, quod videtur de consentientibus consensu defensionis vel etiam auctoritatis potissime debere intelligi. Quod glosa Extra *De officio et potestate iudicis delegati* c. 1 testari videtur, dicens: "*In quarto casu auctoritatis, sive defensionis, magis peccat consentiens defendendo, et auctoritatem prestando, quam faciens, et magis puniendus est, 24 q. 3 c. Qui aliorum, et 11 q. 3 Qui consentit*". Ergo defendentes modis prescriptis hereticam pravitatem pena hereticorum sunt plectendi.

Discipulus: Audivi quorundam sententiam de his qui factis defendunt hereticam pravitatem. Nunc dic de illis qui verbo vel scripto defendunt doctrinam erroneam pape heretici.

Magister: De his breviter dicitur quod, si doctrina pape erronea est talis quod veritatem contrariam illi qui doctrinam pape erroneam solis allegationibus verbo vel scripto nituntur

---

102 glosa] X. 1. 29. 1 (*Quia quesitum*) col.327 s.v. pari pena **106** 24…aliorum] *Supra* 1 Dial. 7.66. xxx | 11…107 consentit] *Supra* 1 Dial. 7.66.xxx

---

84 acrius] alicuius Bb Fi An **86** nisi] *omitted* Bb **87** defensore[1]] defensione Fi Ly | de] *omitted* Fi **90** delinquentem…genere] ita ergo An **92** quia] non *added* Fi **97** heresum quibus] heresis cui Ly **101** consentientibus] pape *added* Ly | vel etiam] et We | auctoritatis] auctoritas Fi **102** debere] deberet Fi An **104** peccat…105 consentiens] peccant consentientes Ww **106** faciens] facientes Ww | puniendus est] puniendi sunt Bb Fi An We sunt puniendi, supra Ly | et[2]] *omitted* Ww 11] 1 Fi An **107** prescriptis…108 pravitatem] predictis heretice pravitatis Ly **111** defendunt] defenderunt Ly **115** solis] solum Ly

defendere credere tenentur explicite, tales defensores sunt inter hereticos computandi, quia omnis qui negat veritatem quam credere tenetur explicite est inter hereticos numerandus et pena hereticorum plectendus. Si vero doctrina pape erronea sit talis quod allegantes pro ea non tenentur credere explicite contrariam veritatem, qui eam defendunt solummodo allegando verbis vel scriptis non sunt heretici iudicandi, nec pena hereticorum plectendi, nisi quomodocunque appareat quod suis allegationibus pertinaciter innituntur. Qualiter autem valeant convinci de pertinacia, ex hiis que tractata sunt supra libro quarto debet posse patere.

Discipulus: Ex hac sententia michi sequi videtur quod aliqui allegantes verbo vel scripto pro doctrina pape erronea sunt censendi heretici, et aliqui a pravitate heretica sunt immunes.

Magister: Conceditur quod hoc potest contingere secundum quod potest accidere quod aliqui tenentur credere explicite veritatem contrariam doctrine pape erronee et aliqui eam credere explicite non tenentur, et secundum quod aliqui possunt suis allegationibus pertinaciter adherere et aliqui possunt eis nequaquam pertinaciter adherere. Unde ad cognoscendum qui allegantes verbo vel scripto pro doctrina pape heretici sint heretici reputandi et qui non sint inter hereticos numerandi, oportet diligentissime considerare qui tenentur credere explicite veritatem contrariam, et qui ad hoc minime sunt astricti, et qui sunt pertinaces, et qui de pertinacia convinci non possunt.

Discipulus: Nunquid illi qui allegarent pro doctrina hereticali pape heretici et non tenerentur explicite credere veritatem contrariam nec de pertinacia convinci valerent, deberent defensores pravitatis heretice nuncupari?

---

124 Qualiter…126 patere] PP* **131** Magister] Very early formulation

---

121 solummodo…123 hereticorum] solum Fi **122** iudicandi] computandi Ly **124** innituntur] nituntur Bb **125** valeant] debeant Ly tractata] Ly Vgb (*cancelling the original* "tractanda" *in* Vg) Pa Pc Ce Vc Vf Ox Vd Fr Ba Es To Di: tradita We tractanda Bb Fi An Na Vg Va Sa **126** debet] Ly: debent Bb Fi An dicunt We **127** Ex] Extra Fi An **128** verbo] *omitted* Bb **134** tenentur] tenetur Bb **135** et…136 adherere] *omitted* An Ly Vg **138** sint[1]] st' We sunt Ly | sint[2]] sunt Ly **139** hereticos] computandi et *added* Ly | qui] nisi Fi **141** et[1]] *omitted* Ly | sunt[2]] sint Bb Fi An **143** pro] de An **144** hereticali] *omitted* Ly **145** de pertinacia] pertinaciter Ly

Magister: Respondetur quod secundum quod nomen ‘defensoris’ heretice pravitatis in iure accipitur, non deberent defensores pravitatis heretice appellari, quia nomen ‘defensoris’ sic acceptum semper pertinaciam coincludit.

Discipulus: Si predicta de defensoribus continent veritatem, aperta est distinctio inter defensores hereticorum et defensores heretice pravitatis. Sed an ista distinctio ex canonicis sanctionibus accipi possit ignoro. Unde quid de hoc posset dici expone.

Magister: Quod ista distinctio ex canonicis statutis possit accipi videtur tali modo posse probari. In quibusdam statutis canonicis defensores ab hereticis distinguuntur. In quibusdam vero defensores ‘heretici’ appellantur. Ergo videtur quod vocabulum ‘defensorum’ vel ‘defendendi’ accipiatur predicto modo equivoce.

Antecedens quoad utramque partem probatur, et primo quidem ad primam partem sic probatur. Innocentius 3us in concilio generali, ut legitur Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus* 1° , sic ait: “*Credentes preterea, receptatores, defensores et fautores hereticorum excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes ut, postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis*” etc. Ex quibus verbis colligitur quod plures penas quas constat hereticos incurrere ipso facto et statim, defensores hereticorum non incurrunt nisi satisfacere contempserint infra annum. Nam bona defensorum hereticorum, si satisfecerint infra annum postquam fuerint excommunicatione notati, sunt minime confiscanda infra annum, ut ex verbis Innocentii allegatis et

164 Extra…165 1o] X. 5. 7. 13 col. 1683

147 quod[1]] *omitted* Ly **148** defensoris] defensionis Ly **149** nomen] nullum Bb **150** defensoris] defensionis Ly | coincludit] exincludit Fi includit Ly **151** continent] contineant Ly **153** defensores] *omitted* Ly ex] a Ly **154** quid] quidem Bb Fi An **155** posset] posset We **157** possit] posset Ly **158** ab…159 heretici] *omitted* Bb **159** vero] dico Fi **163** ad] quoad We Ly **164** legitur] loquitur Ly **166** defensores] *omitted* An **167** decernimus] We: decrevimus Bb Fi An Ly **168** quis] quilibet Ww | notatus] nodatus Bb Fi An **169** contempserit] contempsit Ly | annum] et *added* Ly **170** nec[1]] Ly: non Bb Fi An We **171** eligendos] eligentes Bb | aliquos] alios We **178** infra annum] *omitted* We

ex sequentibus colligi videtur aperte. Bona vero hereticorum confiscanda sunt vel confiscari possunt etiam si infra annum ad fidei redierint veritatem, teste eodem Innocentio 3º qui, ut legitur Extra *De hereticis* c. *Vergentis*, ait: "*In terris vero temporali nostre iurisdictioni subiectis, bona hereticorum statuimus publicari, et in aliis idem precipimus fieri per potestates et principes seculares, quos ad id exequendum, si forte negligentes extiterint, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus et mandamus. Nec ad eos bona eorum ulterius revertantur nisis eis, ad cor revertentibus et abnegantibus hereticorum consortium, misereri aliquis voluerit*". Ex quibus verbis colligitur quod, ut dicit glosa super verbo "misereri", hereticis ad cor revertentibus et satisfacientibus sive infra annum sive post annum "*de sola ergo misericordia restituuntur bona*". Defensoribus autem non sunt infra annum bona auferenda. Ergo defensores de quibus fit mentio in constitutione predicta *Excommunicamus* non sunt heretici nec fautores heretice pravitatis reputandi, sed defensores hereticorum tantummodo sunt censendi. Qui, sicut habetur Extra *De hereticis* c. *Sicut ait*, et c. *Si adversus*, et Extra *De sententia excommunicationis* c. *Noverit*, ab hereticis distinguuntur.

Secunda vero pars antecedentis rationis predicte, scilicet quod quandoque defensores 'heretici' appellantur, probatur. Nam sicut allegatum est supra (24 q. 3 c. *Qui aliorum*), defensores errorum alienorum probantur esse non solum heretici sed heresiarche, quia in hoc quod defendunt aliorum errores sunt magistri errorum. Item, quod aliqui defensores sint heretici reputandi testatur Innocentius (Extra *De verborum significatione* c. *Super quibusdam*) dicens: "*Tua*

---

182 Extra…Vergentis] X. 5. 7. 10 col. 1675 **191** glosa] *Ibid.*, col. 1675 s.v. misereri **198** De…199 ait] X. 5. 7. 8 col. 1671 **199** c…adversus] X. 5. 7. 11 col. 1676 | Extra…200 Noverit] X. 5. 39. 49 col. 1923 **203** supra] 1 Dial. 7.66 xxxx **207** Extra…208 quibusdam] X. 5. 40. 26 col. 1952

---

179 ex] *omitted* We | sequentibus] sequacibus Bb An Ly **181** fidei] fidem Ly | veritatem] veracem Ly **183** temporali] episcopali Ww nostre] vestre Bb Fi We **185** id] illud Ly **186** per censuram] partem secundam An **187** compelli] We: *omitted* Bb Fi An Ly **188** eis] eisdem Ly **192** sive[2]…193 annum] *omitted* Ly **193** ergo] *omitted* Ww restituuntur] restituantur Ly **194** Defensoribus…195 Ergo] *omitted* Fi autem] aliter An | infra] ante We **196** fautores] hereticorum et *added* Ly **200** distinguuntur] diffinitur Ly **201** antecedentis] antecedentes Bb **205** sed] etiam *added* We | heresiarche] etiam de hereticis Ly

devotio postulavit a nobis qui sint dicendi heretici manifesti. Super quo tibi duximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hereticos qui contra fidem catholicam publice predicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem". Ex quibus verbis datur intelligi quod defensores errorum sunt inter hereticos computandi. Quod secundum quosdam intelligendum est sive facto sive verbo sive scripto defendant errores, quod secundum eos iuxta modum preexpositum continet veritatem.

Capitulum 67

Discipulus: De defensoribus hereticorum et heretice pravitatis usque ad tractatum De dogmatibus Iohannis 22[i] et tractatum De gestis circa fidem altercantium orthodoxam nolo plura inquirere. Ideo ad receptatores pertranseo, de quibus dic in primis quomodo a credentibus, fautoribus et defensoribus distinguuntur.

Magister: Respondetur quod receptator et credens hereticis duo disparata videntur, quia licet receptator possit esse credens, tamen potest etiam contingere quod non sit credens. Quia qui scienter est receptator hereticorum non est credens, quia non credit eos esse catholicos quos reputat hereticos, nec credit erroribus eorumdem. Receptator vero hereticorum videtur esse fautor eorumdem, quia qui recipit hereticos eis quodammodo favet, cum etiam non impugnare hereticos quando quis debet eos impugnare sit eis favere. Omnis igitur receptator hereticorum est fautor eorum sed non econverso. Multi enim sunt fautores hereticorum qui tamen non sunt receptatores eorum.

---

209 sint] sunt Ly **210** quo] *omitted* Fi An | duximus] diximus Bb Ly **211** hereticos] *omitted* Bb **212** predicant] dicunt Ly | eorum] *omitted* Ww **213** verbis] colligitur et *added* Ly | errorum] eorum Ly **214** computandi] reputandi Bb Fi **215** est] *omitted* Bb Fi An **216** iuxta] secundum We **Capitulum 67,1**] 57 Fr **4** circa] *omitted* Fi **5** ad] *omitted* Fi | receptatores pertranseo] receptores transeo Ly **6** quibus] verbis *added* Ly | quomodo] receptatores *added* We **8** receptator] hereticorum *added* We **9** hereticis] *omitted* We disparata] disperata We **11** est[2]] *omitted* Fi **12** non] nec We | esse] hereticos *added* Bb **13** Receptator…14 eorumdem] *omitted* Bb **14** recipit] receptat We **15** non] *omitted* Bb **16** hereticos] *omitted* An impugnare] hereticos quando quis debet eos impugnare *added dittography* Bb **18** qui] *omitted* Bb **19** receptatores] receptores We

Receptator etiam et defensor hereticorum sicut duo disparata videntur. Nam potest quis esse defensor hereticorum quamvis non sit receptator eorum, quia in eius dominio non morantur. Potest etiam quis esse receptator hereticorum quamvis non sit defensor, quia scilicet eos a nulla impugnatione intendit defendere.

Discipulus: Qui sunt receptatores hereticorum?

Magister: Respondetur quod nomen 'receptatorum' hereticorum, secundum quod in iure accipitur, sonat in malum. Et ideo isti sunt receptatores hereticorum qui, cum possent hereticos de terra sua aut dominio expellere, eos scienter vel ignoranter (ita tamen quod laborant ignorantia crassa et supina) permittunt in terra sua aut dominio absque custodia libere commorari. De istis loquitur glosa Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 1º*, super verbo 'receptatores', dicens: "*Sine quibus heretici manere diu non possunt*".

Discipulus: Secundum predicta, si papa hereticus manens in dominio alicuius regis vel principis aut alicuius alterius, tanta fulciretur potentia quod dominus temporalis non posset eum expellere, nec quomodolibet detinere, talis dominus non esset censendus receptator hereticorum?

Magister: Hic respondetur quod talem dominum temporalem impotentia excusaret.

Discipulus: Potestne aliquid aliud excusare dominum temporalem si non expellit papam hereticum vel eius sequaces de suo dominio in terra sibi subiecta?

Capitulum 67,33 glosa] X. 5. 7. 13 col. 1683 s.v. receptatores, defensores **36** Discipulus] The next two questions would (in 1331-1343->) initially have applied to the King of Naples, who was the secular ruler of Avignon. But the general applicability remained, both here and below with respect to the duties of the "populus": cf. also 1 Dial. 6.90 (OP VI)

---

20 etiam] *omitted* Fi An autem Ly | sicut duo] *omitted* Ly **21** disparata] disperata Bb We (=*corrects* desperata *to* disperata) esse *added* We Ly **22** hereticorum] eorum Ly | receptator] receptor Bb We **23** receptator] receptor Bb We **24** scilicet] silicet We **26** receptatores] receptores An We **27** receptatorum…28 hereticorum] receptoris Ly **28** hereticorum] *omitted* An **30** aut] et Ly **33** istis] igitur *added* An **34** receptatores] receptare Bb **37** aut] *omitted* An | alicuius[2]] cuiuscunque We **38** fulciretur] fi' *gap* Fi fi'curatur An **39** quomodolibet] quolibet Bb **40** hereticorum] *omitted* Ly **41** Hic respondetur] Hoc conceditur We quod] quia Fi An We **42** excusaret] excommunicaret An **43** Potestne] Potest We **44** eius…45 sequaces] sequaces pape heretici We **45** in] et We | terra] terram non Ly | subiecta] subiectam Ly

Magister: Respondetur quod timor probabilis turbationis fidelium absque fructu spirituali potest excusare dominum temporalem.

Discipulus: Nunquid tenetur dominus temporalis expellere papam hereticum de suo dominio, si tantam habet potentiam temporalem, et non timet probabiliter turbationem fidelium absque fructu spirituali, quamvis dominus temporalis non fuerit per prelatos ecclesie requisitus?

Magister: De hoc tractatum est supra, libro sexto cap. 99º et ultimo, ubi ostensum est quod deficiente ecclesiastica potestate sive per impotentiam sive per malitiam sive per dampnabilem negligentiam, laici debent hereticos cohercere.

Discipulus: Quid faciet dominus temporalis si scit papam hereticum manere in suo dominio et non potest eum artare?

Magister: Requiret auxilium aliorum catholicorum. Si autem alii nolunt auxiliari ei excusatus est.

Discipulus: Quid faciet populus ubi moratur papa hereticus, si dominus temporalis, quamvis possit, nolit papam hereticum cohercere?

Magister: Respondetur quod populus, non obstante quod dominus temporalis sit receptator pape heretici, si potest absque dispendio spirituali, debet papam hereticum cohercere, ubi sciret papam esse hereticum, puta si papa aliquid assereret contra veritatem apud omnes catholicos divulgatam, utpote si diceret Christum fuisse falsum prophetam, vel fidem christianam esse falsam vel fictam, aut quod anime reproborum in inferno minime cruciantur, vel aliquid huiusmodi, quod apud omnes catholicos tanquam catholicum divulgatum existit. Nec esset necesse quod populus in hoc casu consuleret sapientes, nisi forte ad sciendum quomodo deberet procedere contra papam hereticum. Non enim populus propter persuasiones,

---

54 Magister] The answer seems a PP*. Note however the omission of the "ignorantia" factor. | supra] 1 Dial. 6.99.xxxx and 1 Dial. 6.100 xxxx **73** anime…cruciantur] Another reference to the *visio beata* controversy. PP*.

---

46 probabilis…48 dominum] *omitted* Fi **53** temporalis] *omitted* Ly **54** supra] *omitted* Ly **57** dampnabilem] dapnabilem We **59** hereticum] *omitted* Bb **60** artare] art'e Fi atere We **61** aliorum] *omitted* Ly **62** nolunt] volunt Fi **64** possit] *omitted* Bb **68** hereticum] *omitted* Fi An Ly **69** esse] *omitted* Ly | si] quod An ubi sciret si Ly **71** utpote] ut puta We Ly | fuisse] We: *omitted* Bb Fi An Ly **72** vel[2]] et We **78** populus] papa An *omitted* Ly

allegationes, vel verba quorumcunque sapientium vel insipientum deberet quoquomodo in dubium revocare an papa esset in tali casu hereticus reputandus, et tanquam hereticus evitandus ac etiam puniendus. Imo quicunque sapientes, clerici vel laici, qui dicerent papam in tali casu non debere a populo reputari hereticus, essent a populo heretici iudicandi.

Discipulus: Quomodo potest populus absque auctoritate domini temporalis aliquid contra papam hereticum attemptare, cum populus nullam habeat iurisdictionem omnino, sed in dominum suum omnem iurisdictionem transtulerit?

Magister: Respondetur quod quamvis populus in imperatorem vel regem iurisdictionem transtulerit, iurisdictionem tamen quam habet in favorem fidei quando papa est hereticus et manet cum eis, et prelati ac dominus temporalis nolunt vel non possunt papam cohercere, a se transferre non potest, nec tali iurisdictioni renuntiare potest, quia illa iurisdictio concessa est populo in favorem fidei christiane.

Discipulus: Quo iure habet populus iurisdictionem huiusmodi super papam hereticum? Non iure divino, quia de hoc in iure divino nulla fit mentio. Nec etiam iure humano, quia etiam in iure humano de hoc nulla fit mentio. Nec iure naturali, quia a iure naturali nulla est iurisdictio penitus, eo quod ex iure naturali nullus habet super alium potestatem. Natura enim omnes fecit equales.

Magister: Respondetur quod quamvis in iure divino nulla fiat mentio vocalis de iurisdictione huiusmodi, sententialiter tamen hoc ex iure divino et naturali ac humano simul colligitur. Nam ex iure divino concluditur quod papa factus hereticus est papatu privatus.

---

109 ex…divino] 1 Dial. 6.68 (OP VI)

---

79 vel verba] *omitted* Fi **81** hereticus] *omitted* An **82** quicunque] Ly Vg: quoscunque Bb Fi An We **83** clerici…laici] Ly Vg: clericos vel laicos Bb Fi An We | dicerent] deberent An **84** debere] deberi Bb Fi An | hereticus] hereticum Ly **86** potest] posset We **88** attemptare] aptentare We **89** omnem] *omitted* Ly **91** Respondetur] *omitted* Bb Fi An | populus] *omitted* Ly **94** manet] remanet Ly | dominus…95 temporalis] domini temporales Ly **95** papam] hereticum *added* We **101** etiam] *omitted* We **102** quia…in] quando Fi | quia…humano] *omitted* An **103** quia…104 naturali] nulla est iurisdictio penitus quia a iure naturali Vg | nulla…104 naturali] *omitted* Ly **104** quod] ex *added* Bb Fi An | ex] *omitted* Ly **110** factus] *omitted* An est *added* Fi

Ex iure autem humano habetur quod pape heretico non est communicandum. Quod etiam corporaliter servari debet quando absque perniciosa turbatione fidelium servari potest, eo quod nulli heretico est communicandum modo predicto. Item, ex iure humano habetur quod si papa vel dominus temporalis alicuius populi fiat hereticus, totus populus a iurisdictione tam pape quam domini temporalis absolvitur, teste Gregorio 9º qui, ut habetur Extra *De hereticis* c. ultimo, ait: "*Absolutos se noverint a debito fidelitatis hominii et totius obsequii, quicunque lapsis manifeste in heresim aliquo pacto, quacunque firmitate vallato, tenebantur astricti*".

Ex iure autem naturali, non quidem quod fuisset tempore nature institute, sed quod est pro tempore nature lapse, habetur quod populus propter perfidiam alicuius qui non est superior eo, locum aut patriam relinquere non tenetur.

Ex quibus concluditur quod si papa fiat hereticus, et dominus temporalis faverit eidem, populus iurisdictionem saltem aliqualem obtinet super papam hereticum. Quia ex quo papa hereticus est iure divino papatu privatus, non est superior populo ubi moratur. Iure autem humano populus pape heretico communicare non debet. Ergo debet papam hereticum devitare. Iure autem naturali non tenetur propter papam hereticum patriam aut locum deserere vel relinquere. Ergo potest papam hereticum, ne eidem communicet, de loco suo expellere vel eum in custodia detinere.

Discipulus: Ista ratio non procedit nisi papa hereticus se ingereret communioni populi. Ergo si non ingerit se communioni populi, populus nullam iurisdictionem habet super eum.

Magister: Dicitur quod sufficit quod per rationem predictam probaretur populum in aliquo casu iurisdictionem

---

111 Ex…114 predicto] Perhaps composed prior to the disquisitions of 1 Dial. 7.58 and ultimately left unedited **118** Extra…ultimo] X. 5. 7. 16 (*Absolutos*) col. 1686 **122** Ex…naturali] Cpre 1 Dial. 6.47, 48 (OP VI)

---

112 communicandum] modo predicto *added* Ly | Quod…114 communicandum] *omitted* Fi An **113** perniciosa] *omitted* Bb | fidelium] fidei Ly **114** communicandum] communicando Bb **118** teste] *omitted* Bb | 9o] 3º Ly **119** se] esse *added* Ly | hominii] homagii Ly ("homagii" *also added in* Bbm *as alternative*) **120** quicunque] quibuscunque Bb We **121** vallato] vullato An **124** lapse] in aspere Bb **125** locum] suum *added* We **127** eidem] *omitted* Bb **130** populus] *omitted* Bb Fi An **131** Ergo debet] *omitted* Fi **133** deserere] *omitted* We | vel] Ly: aut Vgm *omitted* Bb Fi An We **135** suo] *omitted* Bb **140** Dicitur] Dic Fi **141** probaretur] probetur We

aliquam (extendendo nomen 'iurisdictionis' ad quamcumque potestatem expellendi vel etiam aliquem detinendi) super papam hereticum obtinere, quia dicitur quod ex tali iurisdictione populi super papam hereticum multiplicem contingit inferre.

Discipulus: Causa brevitatis nolo quod ex iurisdictione predicta aliqua alia inferantur. Sed dic secundum predictam opinionem, si papa hereticus voluerit recedere, an populus debeat eum dimittere liberum abire, an eum tenetur in firma custodia detinere.

Magister: Respondetur quod populus tenetur eum in firma custodia detinere, cuius ratio assignatur talis. Non minus debet unaqueque persona et multitudo fidelium esse sollicita de salute spirituali proximorum quam corporali, secundum quod ex verbis beati Augustini, que ponuntur 23 q. 4 c. *Ipsa pietas*, que allegata sunt supra, colligitur evidenter. Sed si esset aliquis in populo qui, vallatus complicibus, eundem populum et omnem alium catholicum corporaliter conaretur extinguere, populus non deberet liberum abire dimittere, sed ne alios populos christianos occideret detinere. Ergo si papa hereticus omnes catholicos spiritualiter per pravitatem hereticam conatur necare, populus cum quo moratur non solum proprio periculo sed etiam periculo aliorum fidelium precavendo ipsum detinere tenetur.

Discipulus: Nunquid si populus permittit papam hereticum libere secum commorari et suos dogmatizare errores debet receptator hereticorum censeri, si potest papam hereticum detinere?

Magister: Respondetur quod sic. Quia ex quo spectat ad populum detinere papam hereticum quando dominus temporalis et prelati circa cohertionem pape heretici sunt dampnabiliter negligentes, si populus eum non detinet debet receptator pape heretici reputari.

---

142 extendendo nomen] Cpre 1 Dial. 6.3; 1 Dial. 6.67 (OP VI) **156** 23…157 pietas] C. 23 q. 4 c. 24 col. 1733 **157** que…supra] LTR | supra] 1 Dial. 6.44, 50 (OP VI)

---

142 quamcumque] We: quemcunque Bb Fi An Ly **143** potestatem] potentem An | expellendi] expellendum Ly | detinendi] detinendum Ly **144** dicitur] dicit Ly **145** multiplicem] aliam *added* We multipliciter iurisdictionem Ly **148** inferantur] Ly: inferatur Bb Fi An We **150** tenetur] teneatur Bb We **151** detinere] detineri Bb **154** fidelium] fidelis We **156** secundum] si An **158** vallatus] nullatenus Bb **160** deberet] eum *added* We **164** etiam] in We **166** permittit] permittat Ly **167** libere] licite Ly

Discipulus: Nunquid quilibet de populo tali debet dici receptator pape heretici?

Magister: Respondetur quod omnes qui dampnabiliter negligunt papam hereticum detinere, vel qui tali negligentie consentiunt, sunt receptatores pape heretici. Si vero sunt aliqui in populo qui ad detentionem pape heretici alios exhortantur quantum licet eis pro gradu suo, paratique essent una cum aliis papam hereticum detinere, aut talem exhortationem metu mortis vel gravium tormentorum omittunt, dolentes quod papa hereticus minime detinetur, non sunt inter receptatores pape heretici computandi.

Discipulus: Nunquid tales qui parati essent papam hereticum detinere tenentur recedere, ne communicent pape heretico?

Magister: Respondetur quod si tales remanere in populo minime possunt nisi communicent pape heretico propter potentiam pape heretici et suorum, communicare possunt corporaliter pape heretico, scilicet loquendo, comedendo, bibendo, et corporaliter insimul conversando, nec ad vitandam talem communionem cum notabili dampno suo tenentur recedere. Sed antequam communicent pape heretico aliter quam corporaliter tantum, puta in officio divino, vel in hiis que ad papatus spectant officium, maxime quantum ad ea que ordinis sunt, aut facto vel verbo protestando eum esse papa, debent de loco illo recedere, quia taliter communicare pape heretico nullus potest absque peccato mortali. Quilibet autem ante debet omnia mala tolerare quam peccare mortaliter.

Discipulus: Prima pars istius sententie decretali Innocentie 3ii que ponitur Extra *De hiis que vi metusve causa fiunt* c. *Sacris*, repugnare videtur. Ait enim: "*Distinguimus autem utrum is qui communicat excommunicatis invitus, sit per coactionem adstrictus aut per metum inductus. In primo*

---

204 Extra…205 Sacris] X. 1. 40. 5 col. 483

---

175 dici] quod sit *added* Ly **178** hereticum] *omitted* Ly **179** Si…180 heretici] *omitted* An Qui autem Ly Vg^2 **182** hereticum] *omitted* Ly detinere] detineri Bb **185** receptatores] rap^{res} Bb **187** tenentur] teneantur We **191** pape] remanere in populo minime possunt nisi communicent pape heretico propter potentiam *added dittography* Fi **192** pape] cum papa We **194** vitandam] vitandum Ly **198** aut] ac An **199** protestando] profitendo Ly | papa] papam Bb Fi We **203** decretali] We: decretalis Bb Fi An Ly **204** metusve] metus vel Bb Fi An **206** utrum] *omitted* Ly | is] hiis We aliquis Ly **207** adstrictus] abstractus We

casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati quam agere convincatur. In secundo licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari". Ex quibus verbis colligitur, ut videtur, quod nullus metus etiam mortis excusat corporaliter communicantem excommunicato a peccato mortali. Cum ergo papa hereticus sit excommunicatus quia incidit in canonem sententie promulgate, ut notat glosa 24 q. 1 c. 1, sicut allegatum est supra, quicunque communicat pape heretico, etiam corporaliter tantummodo, excommunicationis sententia inquinatur.

Magister: Ad hoc respondetur quod Innocentius 3us in decretali predicta de excommunicatione corporali nullam facit penitus mentionem. Et ideo pro morte vitanda licitum est cuicunque excommunicato communicare corporaliter. Et similiter pro notabili dampno vitando licet excommunicato corporaliter communicare. Nec potest ecclesia de plenitudine potestatis artare quemcunque contra suam voluntatem in tali casu excommunicatum vitare. Et ideo Innocentius loquitur de communione non corporali sed de aliqua alia, puta in crimine vel alio modo, que absque constitutione humana noscitur interdicta.

Discipulus: Circa dictam responsionem due difficultates michi occurrunt. Prima est, quia videtur quod ecclesia, que etiam summum pontificem comprehendit, penes quem plenitudo residet potestatis, potest precipere cuilibet catholico ut nullo metu mortis vel perditionis rerum excommunicato

---

217 glosa] C. 24 q. 1 c. 1 col. 1828 s.v. in heresim | sicut…218 supra] PP* **218** supra] 1 Dial. 6.19 (OP VI) **233** que…235 potestatis] possible PP*

---

208 credimus] talem *added* Bb Fi An | excommunicatione] We: excommunicationem Bb Fi An Ly | teneri] We: tenere Bb Fi An incurrere Ly **209** In secundo] In secuti Bb **210** tamen] cum An Ly quidam canones *added* Bb We Ly quidem canones *added* Fi An | non] *omitted* Ly | eam] eum Ly | excludit] excludunt Ww **211** debeat] debet Ly **215** sit…216 quia] We Ba: qui Bb Fi An Ly Vc Fr **217** c 1] sit excommunicatus *added* Ly **222** excommunicatione] communicatione Ly communione Fi We **229** de] *omitted* We **230** que] qui We **233** quia] quod Fi An Ly **234** comprehendit] et *added* Ly Gs Vg etiam *added* Pa Pb Pc Va Sa Vc Ox Ba Es Di To Fr Ax Vd | penes] penas We Sa | quem] Bb Fi An Ce Na We Vg Pa Sa Vd Fr Ax: quam Ly Gs Pb Pc Va Vc Ox Ba Es Di To **235** plenitudo] plectedo We | residet] *omitted* Va | cuilibet] *omitted* Fi

communicet. Aliter enim plenitudinem potestatis nequaquam haberet. Si autem ecclesia potest hoc precipere, alius obedire tenetur.

Secunda est, quia si ecclesia non potest aliquem obligare sub pena excommunicationis ut nec etiam metu mortis corporaliter communicet excommunicato, videtur etiam per eandem rationem quod per eandem penam non potest obligare fideles ne aliter quam corporaliter excommunicato communicent.

Magister: Ad primam respondetur quod ecclesia non potest aliquem obligare sub pena excommunicationis ut nec metu mortis vel perditionis rerum communicet excommunicato.

Cuius ratio assignatur talis. Ad illa que supererogationis sunt vel excessive gravia dinoscuntur, ad que quis nec iure divino nec iure naturali nec spontanea voluntate noscitur obligari, non potest ecclesia de plenitudine potestatis fideles artare. Hec enim est causa quare ecclesia non potest christianos ad votum continentie vel virginitatis artare, quia, ut lex sacra dicit: "*Virginitas que suaderi potest imperari non potest*". Similiter ecclesia non potest cogere christianos religionem mendicantium vel monachorum intrare, quia hoc supererogationis est, et causa quare ad ea que supererogationis sunt non potest ecclesia christianos compellere est quia talia excessive sunt gravia, ad que christiani lege divina vel iure naturali minime obligantur. Quare ad ea prelati christianos obligare non debent, ne sint de

---

246 Ad primam] This seems a clear rejection of a point made by Innocent III in the decretal *Sacris.* Cf. above lines 203-210*. Perhaps Ockham felt that the principle he later openly enunciated in Brev. 2.15.1-10 (OP IV, 139) also applied here. ("*verba illa Innocentii...si non possunt aut non debent ad sanum intellectum quasi violenter trahi contra primum intellectum quem prima facie sonare videntur, hereticalia sunt.....aliqua... verba ipsius si non debent aut non possunt quasi per distortam interpretationem ad sanum trahi intellectum, sint hereticalia reputanda*".) **256** lex sacra] C. 32 q. 1 c. 13 (*Integritas*) col. 2103

---

238 haberet] secunda est *added* Fi An | alius] is cui precipitur Ly **241** ut] etiam *added* Bb Fi ne Ly | nec] *omitted* Ly **242** etiam] *omitted* Bb **245** communicent] communicet An **247** ut nec] ne Ly | nec] nullo Fi An Ly **248** communicet] cum *added* Ly **254** ecclesia] *omitted* Bb **256** Virginitas] Ly Vg: castitas Bb Fi An We Vc Ba Fr | que] *omitted* Ww **258** vel monachorum] ut minorum Ly **259** ea] eam An **261** quia] q' Bb qui Fi An **263** obligare] *omitted* Fi obligari An

numero illorum de quibus dicit Christus Matthei 23: "*Alligant autem onera gravia et importabilia et imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere*". Ad ea igitur que sunt excessive difficilia et gravia non potest ecclesia regulariter obligare fideles, licet ex causa et pro culpa ad talia possit aliquos obligare, quemadmodum aliquibus pro culpa precedenti matrimonium interdicit, et aliquos in monasteria etiam invitos statuit retrudendos. Cum igitur mortem suscipere et res suas amittere et gravia tormenta subire, et talia consimilia, sint inter excessive gravia computanda, ecclesia per nullam constitutionem potest regulariter christianos in aliquo casu, in quo ad huiusmodi nec per legem divinam nec per legem nature nec per voluntatem spontaneam obligantur, astringere. Ad non communicandum autem corporaliter excommunicato, christiani nullo predictorum modorum tenentur vel artantur, quia si ad hoc aliquo predictorum modorum essent astricti, etiam de dispensatione pape non possent aliqui communicare excommunicatis, quod constat esse falsum. Ergo ecclesia regulariter per aliquam constitutionem generalem sub pena excommunicationis non potest quemlibet obligare ut nec metu mortis vel amissionis rerum corporaliter communicet excommunicatis.

Cum vero dicis quod tunc ecclesia non haberet plenitudinem potestatis, respondent quidam quod summe necessarium esset hiis diebus quod per sapientes iuramentis et horribilibus comminationibus per reges ad veritatem dicendam artatos, declararetur que spectat ad plenitudinem potestatis quam ecclesia noscitur obtinere. Dicunt enim quod

---

264 Matthei 23] Matthew 23:4

---

264 de…23] *In* **We** scriptor 20us *begins his copywork with these words* (fo. 207r line 1) | 23] 13 Fi An Ly **265** autem] enim Ww **269** aliquos] alios We **270** et] *omitted* Bb **271** aliquos] alios We | invitos] iniustos Bb **273** talia] *omitted* We | consimilia] consilia An **274** computanda] deputanda Bb **276** divinam] nec divinam *added* Bb **278** communicandum] 9'dm Fi 9uid'An | autem] *omitted* Ly **279** christiani] autem *added* Ly | nullo…vel] neque per legem divinam neque per legem nature neque per spontaneam voluntatem We predictorum] *omitted* Bb | modorum] ad hoc *added* Ly **280** ad] *omitted* We **281** possent] pñt Fi An **282** ecclesia] christianos *added* We **283** generalem] *omitted* Ly **284** non potest] *omitted* Bb Fi An quemlibet] Vc Fr: quomodolibet Ww | obligare] non *added* Bb Fi An **285** communicet] communicent We **290** per reges] et principes *added* Ly **291** declararetur] declarare An declararentur We | spectat] spectant Fi An expectant We

aliqui literati, ut beneficia ecclesiastica consequantur, ita ampliant plenitudinem potestatis ecclesie quod omnem iurisdictionem laicalem, imo omne dominium et proprietatem laicorum in quibuscunque rebus temporalibus manifeste evacuant. Quod tamen scripture divine aperte repugnat, cum etiam infideles secundum scripturam sacram rerum temporalium habeant dominium et proprietatem, nec tempore apostolorum licuit ecclesie dominos infideles rebus temporalibus spoliare.

Discipulus: Quomodo evacuant aliqui omnem proprietatem et dominium laicorum?

Magister: Respondetur quod sunt quidam dicentes quod omne illud spectat ad plenitudinem potestatis ecclesie quod non obviat legi divini vel legi nature, et in omnibus talibus omnes christiani summo pontifici obedire tenentur. Quare cum non habere dominium et proprietatem temporalium neque legi divine neque legi nature repugnet, in hoc tenentur omnes laici summo pontifici obedire. Quare summus pontifex potest ad libitum de temporalibus laicorum disponere, et per consequens non sunt censendi ad laicorum proprietatem et dominium pertinere.

Discipulus: De hac materia te exquisite interrogabo in tractatu De dogmatibus Iohannis 22[i]. Quare nunc tantummodo dic cur, non obstante plenitudine potestatis ecclesie, ecclesia non potest obligare christianos ut etiam pro morte vitanda non communicent corporaliter excommunicatis.

Magister: Respondetur breviter a nonnullis quod hoc ad plenitudinem potestatis ecclesie minime spectat, quia sicut plenitudo potestatis ecclesie ad res laicorum, ut libere faciat de eis quicquid sibi placuerit, minime se extendit, ita etiam plenitudo potestatis ecclesie ad illa que supererogationis et gravia sunt nullatenus se extendit, ut scilicet illa valeat imperare, licet suadere possit.

---

304 Magister] Some PP* elements

---

293 ut] *omitted* Bb Fi An | consequantur] consequuntur An **294** ecclesie] ecclesiastice Ly **297** aperte] *omitted* An **305** ecclesie] ecclesiastice Fi An **306** obviat] obviant We | divini] divine Bb | vel] neque Ly | nature] naturali Ly | talibus] casibus An Ly **307** tenentur] tenetur An **309** neque[2]] vel We | repugnet] repugnat Ly **311** libitum] libatum Bb **317** ecclesie] ecclesiastice An Ly **321** ecclesie] ecclesiastice Fi An Ly | minime…322 ecclesie] *omitted* An | spectat] expectat We **324** ecclesie] ecclesiastice Fi An Ly **325** valeat] valeant An **326** suadere] persuadere Ly

Discipulus: Hoc quod plenitudo potestatis ecclesie ad gravia se minime extendit capitulo Karoli quod ponitur dis. 19 c. *In memoriam* adversari videtur. Ibi enim sic legitur: "*Licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus et pia devotione toleremus*". Quibus verbis manifeste asseritur quod ad gravia potestas summi pontificis se extendit, cum 'vix ferenda' sint inter gravia computanda.

Magister: Respondetur quod Karolus loquitur de hiis que spectant ad officium summi pontificis. De aliis autem nequaquam intelligit. Unde si papa preciperet regi vel comiti quod daret nepoti suo aliquam civitatem vel castrum, imo duos florenos, sibi nullatenus obedire esset astrictus. Multo fortius si tale quid preciperet pauperi, non teneretur sibi parere.

Discipulus: Dic quomodo respondetur ad secundam difficultatem quam tetigi supra.

Magister: Ad illam respondetur per predicta, quia ubi aliquid a lege divina vel iure naturali noscitur esse prohibitum, ibi potest ecclesia gravissimam penam transgredientibus infligere, et ad servandum preceptum legis divine et legis nature catholicos obligare. Ubi autem non est nisi preceptum humanum, nisi ex causa rationabili non voluntaria, non potest ad servandum idem preceptum catholicos sub gravi artare pena quin saltem pro morte vitanda posset quis tale preceptum pretergredi. In tali enim casu epieikes interpretatur legem humanam non esse servandam in illo intellectu quem verba prima facie sonare videntur.

---

328 dis…329 memoriam] D. 19 c. 3 col. 105 **339** non…340 parere] But cf. also OP IV, pp. 289-290 , lines 20-28 **352** epieikes interpretatur] Cf. Aristotle, *Nichomachean Ethics* ,V. 10, 14. Cf. also Ockham in OND c. 66 (OP II, 582); OQ 1.17 (OP I^2, 61)

---

327 ecclesie] ecclesiastice An Ly **328** ponitur] in decretis *added* We **330** sancta] *omitted* Bb | sede] sed An | imponatur] imponere Fi **331** pia] pro Ly **333** sint] sunt Fi Ly **334** loquitur] legitur An **338** florenos] flore Bb flores An **342** difficultatem] diffinitionem An quam] ego *added* Ly | supra] ante Ly **343** quia] quod Ly **345** gravissimam…346 servandum] *omitted* Fi **346** transgredientibus] trasgredientibus We **347** catholicos] captholicos We (*constant such spelling by scriptor 20*) **348** nisi^2] nec Fi **351** posset] possit Bb An poss^t Fi **352** epieikes] Bb: epeikes Fi An epieykos We epikeikes Ly interpretatur] interpretabitur We **353** verba] verbo An

Sic, sicut allegatum est supra, Bonifacius martyr iuramentum suum quod prestitit de non communicando hereticis interpretatus fuit, quam interpretationem Zacharias summus pontifex approbavit. Cum igitur communicare corporaliter excommunicatis non est prohibitum a lege divina neque a lege nature, per nullum preceptum humanum possunt regulariter christiani constringi quin pro morte vitanda possint communicare excommunicatis, licet ex causa et pro culpa aliqui, et pro aliquo tempore omnes, possint astringi ne cum aliquo excommunicato communicent etiam pro morte vitanda. Unde et tale quid posset accidere circa papam hereticum, quod omnes christiani possent astringi ne communicent eidem etiam pro morte vitanda, sed hoc non est regulare de omnibus christianis omni tempore respectu omnium excommunicatorum.

Sed communicare excommunicato aliter quam corporaliter, puta in crimine, vel in hiis que ad ecclesiasticum officium pertinent, quo excommunicatus fungi non potest, est prohibitum a lege divina. Ideo ibi potest ecclesia addicere penam excommunicationis, ut nullus christianus taliter communicet excommunicato etiam pro morte vitanda.

Capitulum 68

Discipulus: Aliqua que in precedenti capitulo recitasti aliquibus forsitan videbuntur obscura, que in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam te faciam explicare. Ideo, illis omissis, dic qua pena receptatores pape heretici et sequacium eius sunt plectendi.

Magister: Circa hoc possunt esse opiniones contrarie. Una, quod pena hereticorum sunt plectendi, quia heretici sunt censendi. Hec videtur esse opinio glose Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 1º* § *Credentes*, que super verbo ‘receptatores’ ait: “*Sine quibus heretici manere diu non possunt, arg. ff. De offic. presid. Congruit, ff. De receptatoribus lib. I. Unde merito isti sunt puniendi: imo*

---

355 supra] 1 Dial. 7.58 **Capitulum 68,9** Extra…10 Credentes] X. 5. 7. 13 col. 1683 s.v. receptatores

---

356 prestitit] prescipit Bb **359** est] sit We **362** licet ex] sed pro Ly **363** possint] possent We | ne] *omitted* Bb **365** et] etiam Fi An **367** communicent] communicarent We **371** puta] ut *added* We **372** pertinent] expectant We **373** addicere] addiscere Fi An adiicere Ly **Capitulum 68,1**] 58 Fr **2** precedenti capitulo] presenti Ly **3** forsitan] forsan Ly | obscura] oscura We **6** plectendi] pletendi We **11** Sine] In We **12** Congruit] et *added* Ww **13** lib I] .l. 1ª. We

gravius delinquunt qui aliorum errores defendunt et acrius puniri debent 24 q. 3 c. Qui aliorum. Et ideo simili pena cum hereticis puniuntur 11 q. 3 c. Qui consentit". Ex quibus verbis datur intelligi quod receptatores hereticorum gravius delinquunt quam heretici et simili pena puniendi sunt.

Alia est opinio quod illi qui solummodo sunt receptatores hereticorum et non approbant errores eorum, licet timore vel cupiditate tracti aut ex aliqua causa mala eos nolint de terra sua fugare nec etiam detinere, non sunt heretici reputandi, nec sunt quoad omnia pena hereticorum plectendi, quia legitime sanctiones inter hereticos et receptatores hereticorum expresse distinguunt, et taxantes penam receptatorum hereticorum moderatiorem penam infligunt, sicut patet Extra *De hereticis* c. *Excommunicamus 1º* § *Credentes.*

Hoc etiam ex eodem capitulo § *Moneantur* colligitur evidenter, ubi sic legitur: "*Si vero dominus temporalis, requisitus et monitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab heretica feditate, per metropolitanum et ceteros comprovinciales episcopos excommunicationis vinculo innodetur et, si satis facere contempserit infra annum significetur hoc summo pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, et terram exponat catholicis occupandam, qui eam, exterminatis hereticis, absque ulla contradictione possideant*". Ex quibus verbis datur intelligi quod dominus temporalis, licet sit receptator hereticorum, utpote quia quamvis requisitus et monitus ab ecclesia terram suam non purgat ab heretica pravitate, non est statim omni pena hereticorum plectendus, quia bona sua sunt

---

15 24…aliorum] C. 24 q. 3 c. 32 col. 1887 **16** 11…consentit] C. 11 q. 3 c. 100 col. 1265 **27** sicut patet] X. 5. 7. 13 col. 1683 **29** § Moneantur] X. 5. 7. 13 col. 1672 (*misprint* for 1682)

---

14 qui] quia Ly | aliorum] aliquorum Fi An | errores] errorem Ww et…15 debent] *omitted* Ww **19** qui] *omitted* Bb | solummodo] solum Ly **21** aut] ac We | eos] *omitted* Fi **22** nolint] nolunt An Ly | non] *omitted* An **23** sunt] etiam Ly **24** quia] plurime *added* Bb | legitime] multi Ly | sanctiones] We (=sanciones): scientes Bb Fi An Ly **25** hereticorum] et *added* Fi **26** receptatorum] receptoris Ly **27** 1o] *omitted* Ww **29** etiam] autem Ly | §] *omitted* We **30** sic] *omitted* Ly **32** neglexerit] *omitted* Bb Fi An **33** vinculo] We: periculo Bb Fi An Ly **36** fidelitate] infidelitate An | exponat] exponet Ly **37** exterminatis] extractis Bb We ex tunc An **38** verbis] *omitted* Ly **42** statim] ab *added* An per eam *added* Ly | omni] *omitted* Fi omnium Ly | sua] non *added* Ly

statim minime publicanda, nec terra sua est ab aliis catholicis occupanda, quam tamen penam heretici ipso facto incurrunt, quia hereticus etiam occultus de iure nichil possidet (dis. 8 *Quo iure*).

Discipulus: Ista secunda opinio magis videtur michi consona statutis sanctorum patrum. Ideo quomodo ad glosam que videtur esse in contrarium respondetur declara.

Magister: Dupliciter respondetur. Uno modo, quod glosa non est autentica, et aperte veritati repugnat, ideo est neganda. Nec videtur inconveniens negare glosas decretorum, cum etiam ipse textus decretorum aperte negetur eo quod in textu assertiones erronee inserantur. Sicut patet 23 q. 4 § *Sed obicitur*, ubi narrat Gratianus quod tempore Achab missi fuerunt duo quinquagenarii ad Heliam qui dicerent: "*Homo Dei, rex Israel vocat te*". Quod tamen est heresis explicite condempnata, quia contraria veritas est explicite approbata, videlicet, quod hoc accidit tempore Ochozie, mortuo rege Achab, quia in scriptura divina invenitur expresse. Et ipse Gratianus, si dicto illo pertinaciter adhesisset, fuisset hereticus manifestus. Sed ideo non fuit hereticus quia ex sola ignorantia absque omni pertinacia dixit predictam heresim opinando, quod sibi ex hoc contingit quod memoriam istorie quarti libri Regum tunc actualiter non habebat. Unde super verbo 'Achab' dicit glosa: "*Confundit historiam. Non enim Achab misit illos quinquagenarios sed rex Ochozias, nec etiam illud contingit tempore Achab sed illud contingit sub Ochozia*". Et ita patet quod etiam glosa negat textum libri decretorum. Glosa etiam in plerisque locis reprobat

---

45 dis…46 iure] D. 8 c. 1 col. 28 s.v. nam iure divino: "*heretico enim nichil est licitum possidere*" (with three further references) **54** 23…55 obicitur] *Dictum Gratiani post* C. 23 q. 4 c. 29 (*Sed illic*) col. 1741 **56** duo quinquagenarii] more precisely: "*quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo*" (4 Kings 1:9) | dicerent] 4 Kings 1:9 **66** glosa] C. 23 q. 4 c. 29 col. 1741 (§ *Sed obicitur*) s.v. Achab

---

43 minime] *omitted* Ly | aliis] hiis Ly | catholicis] statim *added* Ly **44** tamen] *omitted* Ly **45** quia] papa *added* Ly **47** secunda] *garbled* An **49** declara] et *added* We **53** ipse] iste Ly | aperte] accipere An **54** 23…4] 22 q. 10 Fi | §] We: *omitted* Bb Fi An Ly **56** dicerent] ei *added* We **58** explicite] *omitted* We **59** videlicet] quia Ly **60** quia] *omitted* Ly **61** illo] illi Ly **62** Sed…hereticus[2]] Bb We Fi An Ba Fr: *omitted* Ly Vg Vc | quia] autem *added* Ly **64** quod[2]] quia Ly | istorie] We: *omitted* Bb Fi An Ly | istorie] Ly: *omitted* Bb Fi An We **66** dicit… 68 etiam] sed Bb (*instead of the fuller text*) **67** nec] non Bb Fi An **70** decretorum] et *added* We | reprobat] repugnat We

Gratianum, sicut patet 11 q. 3 § *Evidenter itaque*, et 2 q. 3 c. 1, et in aliis locis pluribus. Et ideo dicunt quod multo fortius licet negare glosas que, ut dicunt, nonnunquam divine scripture repugnant. Interdum etiam canonicas sanctiones allegant inepte. Quod, ut dicunt, ex hoc accidit quod glosatores in scripturis sacris et scientiis philosophicis nequaquam periti fuerunt, et ideo quamplura capitula iuris canonici ex scripturis divinis et originalibus sanctorum accepta nequaquam profunde et perfecte intelligere potuerunt.

Aliter dicitur quod glosa predicta non dicit receptatores hereticorum gravius delinquere quam hereticos et consimiliter puniendos, sed, transeundo de receptatoribus hereticorum ad defensores hereticorum, dicit defensores hereticorum gravius puniendos et gravius delinquere, quod bene intellectum de defensoribus hereticorum continet veritatem.

Capitulum 69

Discipulus: Post inquisitionem distinctam licet propter amplitudinem materie brevem de credentibus, fautoribus, defensoribus, et receptatoribus hereticorum, peto ut, absque probationibus magnis causa prolixitatis vitande, dicas secundum aliquam opinionem an omnes credentes, et similiter omnes fautores, et omnes defensores, et omnes receptatores pape heretici et aliorum hereticorum sint equaliter reprehensibiles iudicandi.

Magister: Respondetur quod aliquos esse magis vel minus aut equaliter reprehensibiles iudicandos dupliciter

---

71 11…itaque] *Dictum Gratiani post* C. 11 q. 3 c. 24 cols. 1231-1232 s.v. ab ingressu: "*Gratianus videtur hic sentire* etc.. *Hoc tamen non tenet ecclesia*" | 2…72 1] C. 2 q. 3 *Dictum Gratiani ante* c. 1 col. 835 s.v. Qua autem: "*De teste posuit Gratianus in themate sed hic omisit*" **75** ex…accidit] This view was developed in detail in 1 Dial. 1 *passim* (OP V)

---

71 §] *omitted* Fi An Ly | 2] 12 Ww | 3[2]] 1 Ww | c] Ly: § Bb Fi An We **72** multo] multos An **74** canonicas] catholicas Ly **77** iuris…79 accepta] *omitted* Fi **81** delinquere] de iure Ly | et] aut Ly **82** receptatoribus] receptantibus An **83** dicit…84 hereticorum] *omitted* Fi An dicit eos Ly **84** gravius[1]…delinquere] gravius delinquere et consimiliter puniendos **We** Ba | et] quod *added* Ly | delinquere] deliquerunt Ly **85** intellectum] intelligendum Fi An intelligendum est Ly | hereticorum] et *added* Ly **Capitulum 69,1**] 59 Fr **3** amplitudinem] ampliationem Ly **5** magnis] maximis Ly **6** secundum] *omitted* Ly **7** similiter] si *added* Ly | defensores…omnes[3]] *omitted* Bb **11** equaliter] aliqualiter Fi An

potest intelligi, scilicet secundum iudicium divinum et humanum. Secundum iudicium divinum illi sunt magis reprehensibiles iudicandi qui ex maiori contemptu Dei vel ex maiori negligentia peccant in aliquo predictorum. Hoc autem est notum soli Deo.

Discipulus: Non intendebam querere nisi qui essent reprehensibiles iudicandi secundum humanum iudicium, et hoc non simpliciter sed quoad aliquid et quoad quid. Nolo enim intricatas et secundum aliquos fantasticas questiones in hoc opere pertractari.

Magister: Ad intentionem tuam dicunt nonnulli quod, secundum humanum iudicium, credentium hereticis et heretice pravitati gravius peccant literati quam illiterati, quia literati, ceteris paribus, possunt facilius cognoscere veritatem. Item, inter literatos gravius peccant, ceteris paribus, theologi quam alii, et inter theologos gravius peccant illi qui magis nutriti fuerunt in contraria veritate.

Si enim aliquis papa vel alius dogmatizaret et asserere conaretur errores quorundam magistrorum Parisiensium a summis pontificibus condempnatos, qui statum mendicantium, scilicet Predicatorum et Minorum, erronee dampnaverunt, inter omnes credentes erroribus illis pape vel alterius Predicatores et Minores gravius delinquere noscerentur. Quia quanto magis aliquis cognoscit vel habet cognoscere veritatem tanto magis peccat si veritatem negat eandem. Cum ergo ad Predicatores et Minores specialissime spectat cognoscere veritatem status sui magisque quam alii sint in notitia status sui nutriti, si, cupientes pape placere vel ex alia causa credent erroribus quibus status dampnatur eorum, magis quam alii ceteris paribus peccare noscuntur. Et

---

Capitulum 69,30 errores…magistrorum] Cf. Ockham, CI c. 28 (OP III, 114ss.)

---

12 et] vel secundum We **13** divinum] *omitted* Fi **15** in] *omitted* Fi An **16** est] *omitted* An **19** non] *omitted* Bb | quid] quod Fi **20** enim] *omitted* An **23** credentium] credentes We **26** Item] *omitted* We | inter literatos] autem We *omitted* Ly | literatos] autem *added* We *omitted* Ly ceteris] ceteri An **27** gravius] magis Fi An | magis] peccant *added* We **28** veritate] *omitted* An **29** dogmatizaret] dogmatizare We **30** Parisiensium] scilicet *added* Ly **31** condempnatos] condempnates Bb **32** erronee] errores Fi An **33** dampnaverunt] dampnaverint Ly **34** alterius] alteri Ly **35** noscerentur] noscuntur We **36** veritatem[1]] status sui *added* Ly **37** eandem] *omitted* Bb **38** spectat] spectet Fi An expectet We | magisque] magis Ly | alii] cum *added* Ly **40** credent] credunt We Ly

si illi errores in fidem impingunt, non solummodo ordinum suorum sed etiam proditores christianitatis sunt censendi, nec unquam christianitas poterit de eis confidere tempore temptationis. Si enim ille est proditor veritatis qui non libere pronuntiat veritatem quam pronuntiare oportet (11 q. 3 c. *Nolite*), multo fortius ille est proditor veritatis qui credit errori quem antea reputavit errorem. In casu ergo predicto et in omni consimili Predicatores et Minores ultra omnes peccarent huiusmodi credendo erroribus.

Inter ipsos autem gravius peccarent literatiores, sive essent magistri sive discipuli. Sepe enim hiis diebus discipuli superant magistros in veritatis cognitione. Nam quia acceptatores personarum ad magisterium ambitiosos exaltant, plures magistri istis temporibus indigent ut doceantur que sunt elementa exordii sermonum Dei, et facti sunt quibus lacte opus sit, non solido cibo. Et ideo literatiores sive sint discipuli sive magistri gravius peccant credendo erroribus.

Discipulus: Qui peccant gravius inter fautores pape heretici et sequacium eius?

Magister: Respondetur quod reges et principes scienter faventes pape heretico, ratione potentie temporalis qua absque periculo etiam temporali valent sibi resistere, gravius peccant quam alii. Nam alii, qui non tanta vallantur potentia, absque forte aliquali periculo pape heretico resistere non valerent, et ita timor periculi attenuaret peccatum eorum. Et ex isto concluditur quod quanto aliqui maiorem defensionem haberent quam alii, tanto gravius peccarent pape heretico favendo. Si enim aliquis rex vel princeps omnes resistentes pape heretico in dominio suo manentes defenderet vel eos minime impugnaret, multo gravius delinquerent qui manentes in dominio illius regis vel principis si pape heretico aliquo modo faverent, quam alii commorantes in dominiis regum et principum qui resistentes pape heretico nequaquam

---

46 11…47 Nolite] C. 11 q. 3 c. 22 col. 1227

---

42 impingunt] impingant Ly **43** etiam] *omitted* Bb **47** Nolite] notate Ly **48** reputavit] reputaverit Bb | predicto] veritatis qui credit errori quem antea reputavit errorem. In casu ergo predicto *added dittography* Fi **49** Minores] maiores Ly **50** huiusmodi…51 peccarent] *omitted* Fi **51** peccarent literatiores] peccant literati Ly **52** essent] sint Ly **55** temporibus] rursum *added* We **57** non] *omitted* Bb **58** peccant…59 gravius] *omitted* Fi | credendo] credentes Ly **60** sequacium] sequaces An Ly **63** periculo] periculi Bb | etiam] et An **66** valerent] videntur Ly | Et] *omitted* We Ly **67** isto] autem *added* Ly **70** eos] *omitted* Ly **71** multo] *omitted* An **72** vel] *omitted* Bb | si] *omitted* Ly

defenderent sed persequerentur, vel persequi et molestari ab aliis minime prohiberent.

Discipulus: Mirum videtur quod reges et principes in hoc casu gravius peccarent quam prelati, cum magis pertineat ad prelatos obviare pape heretico quam ad reges et principes.

Magister: Respondetur quod quidam prelati inter principes, ratione temporalis potentie, computantur. Et ideo illi prelati favendo pape heretico peccarent gravissime, quia peccatum aliorum aliquo modo attenuaret timor periculi temporalis.

Cum vero dicis quod ad prelatos magis spectat obviare pape heretico quam ad reges et principes, respondetur quod ad omnes spectat obviare pape heretico, quia, sicut notat glosa Extra *De hereticis* c. *Vergentis*: "*Quod in religionem divinam committitur in omnium fertur iniuriam, et publicum crimen committitur, Codice, eodem titulo, Manichaeos*". Sic etiam, ut habetur dis. 1: "*Ius publicum est in sacris et in sacerdotibus et in magistratibus*", ubi dicit glosa: "*Unde qui ledit sacerdotes vel res sacras ab omnibus tanquam pro publico crimine potest accusari*". Multo magis ius publicum in fide christiana consistit, et multo fortius qui ledit et impingit in fidem catholicam tanquam pro publico crimine potest ab omnibus accusari. Quare omnes tenentur pape heretico tanquam publicum crimen committenti resistere. Et ita ad reges et principes spectat pape heretico obviare. Et hoc similiter spectat ad prelatos qui etiam inter principes nullatenus numerantur, sed quodammodo aliter. Quia ad reges et principes spectat contra papam hereticum exercere potentiam temporalem, nisi essent aliqui qui vellent sponte ex instinctu divino subire martyrium, quemadmodum legio

---

88 glosa] X. 5. 7. 10 col. 1676 s.v. longe sit gravius **91** dis 1] D. 1 c. 12 (*Ius publicum*) col. 7 **92** glosa] *Ibid.*, s.v. ius publicum est

---

75 vel persequi] sed persequerentur Bb | molestari] molestÄt Fi | ab… 76 aliis] *omitted* Bb **76** prohiberent] prohibent Bb **85** prelatos] et magis magistros *added* Vg temporales et magis magistros *added* Ly magis…86 heretico] *omitted* Ly Vg | spectat] pertinet We **86** ad] *omitted* Ly | principes] etc. *added* Ly **89** publicum] publicam Fi **90** committitur] committit Ly | Codice] c. Ww | Codice…titulo] .c. e. t. Bb | eodem] 4 Fi An We | eodem titulo] erunt et Ly | Sic] Si Ww **91** in[2]] *omitted* Bb Fi An **92** in] *omitted* Ww | Unde] *omitted* Ly **93** sacerdotes] *omitted* Fi An | pro] p Fi **95** et[2]] vel We **96** in] *omitted* An Fi **97** Quare] quia An **98** publicum] publicam Fi committenti] committi An | Et…99 ita] *omitted* Ly **99** reges] igitur *added* Ly **100** similiter] etiam Ly | spectat] expectat We

Thebeorum ad martyrium se sponte obtulit, licet si voluisset armis materialibus restitisset.

Ad prelatos autem qui non sunt principes spectat scripturarum testimoniis et sanctis exhortationibus, secularis auxilii brachium invocando, pape heretico obviare. Porro quia reges et principes essent extra timorem periculi quamvis papam hereticum impugnarent, multi autem prelati absque periculo temporali papam hereticum impugnare non possent, ideo reges et principes pape heretico favendo gravius peccarent quam prelati in periculo constituti. Et etiam religiosi ac predicatores et doctores qui essent extra periculum quamvis papam hereticum impugnarent, favendo pape heretico gravius peccarent quam reges et principes, pro eo quod maiorem habent notitiam veritatis, et ad opera spiritualia inter que impugnatio pape heretici non obtinet infimum locum se artius obligaverunt.

Discipulus: Nunquid sufficit regibus et principibus defendere impugnantes papam hereticum?

Magister: Respondetur quod non. Quia si non potenter, cum potuerint, impugnaverint papam hereticum, sed solummodo defenderint impugnantes, non erunt calidi nec frigidi sed tepidi, et ideo incipiet eos Deus evomere de ore suo. Et consimiliter esset iudicandum de regibus et principibus si aliquos sequaces viles et pauperes pape heretici acriter invaderent, et ipsum papam hereticum satagerent excusare. Tales enim nequaquam adverterent illud Deuteronomii 1: "*Ita parvum audietis ut magnum nec accipietis cuiusquam personam quia Dei iudicium est*". Quod non attendere, quamvis in omnibus iudicibus et potestatem habentibus sit dampnabile, tamen in regibus et principibus multo dampnabilius et ignominiosius esse dinoscitur.

125 non…127 suo] Revelation 3:16 **131** Deuteronomii 1] Deuteronomy 1:17

105 sponte] pronte We **106** restitisset] resti^{ti} Fi **108** testimoniis] sermonibus Ly **112** possent] possunt Ly **114** Et] Verumtamen prelati et etiam We **115** et doctores] *omitted* Fi **116** hereticum] non *added* Ly **118** et] se *added* Bb Fi We Ly **119** impugnatio] impug^{do} An | obtinet] obtinent Bb **124** potuerint] poterint Ly **126** sed tepidi] *omitted* Bb incipiet] inciperet Bb | eos] *omitted* Fi An **127** consimiliter] cum similiter Bb **128** aliquos] alios Ly **130** adverterent] averterent Fi An **131** Ita] *omitted* Ly **132** cuiusquam] cuiuslibet Ly | Quod] Cor (*sic*) Ly **133** attendere] attende Fi accendere et Ly | et] *omitted* Ly

Acceptio enim pape heretici in regibus et principibus qui eius potentiam temporalem nullatenus pertimescunt, vel contemptui fidei christiane, aut nimis defectui zeli ad fidem catholicam, aut avaritie effrenate, vel pusillanimitati, aut stolide fatuitati, vel alicui alii vitio quod dignitati regie et principum est probrosum, debet ascribi.

Discipulus: Dic qui inferiores regibus et principibus gravius peccant favendo pape heretico, utrum videlicet prelati vel doctores, clerici seculares vel religiosi.

Magister: Respondetur quod quo ad aliquid prelati gravius peccant quam doctores. Quia enim prelati curam simplicium susceperunt, et eos non diligenter informant contra errores pape heretici, quantum ad hoc gravius peccant quam magistri qui curam illorum minime gerunt. Illi autem qui sunt prelati et doctores gravissime peccant. Ratione autem scientie maioris qua pollent doctores ultra prelatos simplicis literature, gravius peccant doctores quam prelati huiusmodi. Religiosi autem, ceteris paribus, gravius peccant favendo pape heretico quam clerici seculares, inter quos illi peccarent gravissime quorum statum vel aliquid contingens statum eorum papa hereticus erronee condempnaret.

Discipulus: Qui peccant gravius, fautores pape heretici vel credentes erroribus pape heretici?

Magister: Respondetur quod si sunt aliqui fautores pape heretici qui non sunt credentes eius erroribus, credentes eo quod sunt heretici gravius peccant quam fautores qui non sunt credentes. Aliter dicitur quod quia fautores peccant scienter si non sunt credentes, credentes vero ignoranter peccant, fautores gravius peccant quam credentes.

Discipulus: Qui peccant gravius, fautores vel defensores pape heretici?

---

136 enim] persone *added* Fi Ly | in] inferioribus regibus et principibus per timorem potentie eius potest aliqualiter actenuari sed acceptio pape heretici in *added* We Ba **138** aut] stolide fatuitati aut *added* Ly | nimis] dissoluto *added* We nimio Ly | defectui] defectum Fi An **139** catholicam] christianam Ly | vel] *omitted* Bb **140** fatuitati] vanitati Ly | alii] alio Ly | vitio] vitii Bb | regie] regum We | et] etiam *added* Ly **145** Respondetur] respondent We | quo] *omitted* Fi **146** prelati] *omitted* Bb **147** et] si We | non] *omitted* An | informant] informaverunt Ly **148** heretici] *omitted* Ly **149** illorum] *omitted* Bb aliorum We **151** pollent] prepollent Ly | simplicis] simplices Fi An Ly **157** peccant] peccat Bb **159** sunt] sint Ly **160** qui non] qñ Bb **162** si…163 non] et illi qui Ly **163** credentes[2]] *omitted* Bb Ly | vero] *omitted* Ly | peccant] et *added* Bb Fi An

Magister: Respondetur quod quia omnis defensor hereticorum est fautor eorum et non econverso, ideo qui sunt defensores pape heretici gravius peccant quam qui sunt tantummodo fautores.

Discipulus: Qui peccant gravius inter defensores pape heretici?

Magister: Respondetur quod inter defensores scienter pape heretici gravius peccant reges et principes ac potentes qui potentiam pape heretici non formidant. Inter defensores autem ignoranter pape heretici qui laborant ignorantia crassa et supina, gravius peccant prelati et doctores et religiosi, quia ignorantia crassa et supina dampnabilior est in eis quam in regibus et principibus qui rebus secularibus ex officio sunt intenti.

Discipulus: Dic de receptatoribus pape heretici. Qui gravius peccant?

Magister: Respondetur quod quanto receptatores pape heretici muniuntur maiori potentia temporali et minus timent potentiam temporalem pape heretici, tanto gravius peccant. Et ideo gravius peccaret rex potens receptando papam hereticum quam dux vel baro, aut castrum vel civitas, nisi ex aliqua causa rex plus haberet timere potentiam temporalem pape heretici quam alius minoris potentie temporalis. Et ex isto concluditur quod, ceteris paribus, inter omnes reges et principes, ille qui esset maioris potentie et quem plus timeret papa hereticus gravius contra Deum et christianitatem delinqueret si papam hereticum minime impugnaret.

Capitulum 70

Discipulus: De papa heretico ac credentibus, fautoribus, defensoribus, et receptatoribus pape heretici, ut modo michi

---

167 quod] *omitted* Ly **168** ideo] *omitted* An **171** inter] vel An **175** potentiam] potentia An | pape] *omitted* Fi **177** gravius…178 in[1]] Ba | gravius…178 eis] We: dampnabilior est in prelatis et gravius peccant (et doctores et religiosi) [et in doctoribus et in religiosis= Ly] Bb Fi An Ly Vg dampnabilius est [et *added* Fr] in prelatis et doctoribus et religiosis Es Fr dampnabilior est in prelatis et doctores et religiosi Di gravius…180 intenti] ignorantia talis damnabilior est in prelatis quam in regibus et principibus qui rebus secularibus ex officio sunt intenti, et gravius peccant prelati et doctores et religiosi Vc **178** eis] prelatis et doctoribus et religiosis Ba **179** ex] *omitted* An **184** muniuntur] muniantur Bb Fi An | potentia] potentiam Bb **186** receptando] recipiendo Ly **187** aut] ac We **190** isto] istis Ly **192** gravius] We: *omitted* Bb Fi An Ly Vg Vc plus Es Ba Di Fr **Capitulum 70,2** ac] aut Ly **3** et] *omitted* Ly | heretici] licet breviter *added* We

videtur, nonnulla discussimus. Nunc autem rogo ut de gravitate periculi tempore pape heretici, si unquam aliquis papa a fide deviabit catholica, perscruteris, an scilicet tempore pape heretici grave imminebit periculum christianis.

Magister: Interrogatio tua, ut eam proponis, aliquid supponit et aliquid querit. Supponit enim quod aliquis erit papa hereticus. Querit autem quale tunc periculum christianis instabit.

De illo vero quod supponit fuerunt opiniones, quibusdam dicentibus quod erit futurus papa hereticus, aliis dicentibus quod temerarium fuit et est dicere quod erit papa hereticus, et temerarium est negare.

Circa illud etiam quod interrogatio tua querit sunt diverse opiniones. Una est quod, si unquam aliquis papa erit hereticus, non grave periculum fidelibus imminebit, quia cardinales, prelati, et magistri statim sibi resistent, quibus reges et principes ac alii seculares potenter assistent, et ideo statim perfidiam pape heretici extirpabunt.

Alia est opinio que de futuris non reputat divinandum. Tenentes enim opinionem illam dubitant quod si unquam erit papa hereticus, gravissimo periculo catholici exponentur. Ita quod timent quod maius instabit periculum christianis si aliquis papa diu victurus erit hereticus quam si tota christianitas a sarracenis vel aliis infidelibus caperetur.

Discipulus: Miror quod aliqui de hoc valeant dubitare, quia si sarraceni omnes regiones christianorum per potentiam subiugarent, omnes christianos extinguerent vel subderent servituti. Papa autem hereticus hoc minime attemptaret. Et ita ista opinio ratione carere videtur. De te autem motivum eius audire desidero.

Magister: Si affectas scire motivum eorum, primo opinionem eorum intelligas.

Discipulus: Puto quod intelligo.

---

6 perscruteris] perscrupteris We **7** tempore] *omitted* Fi An | christianis] christianitatis We **10** autem] aut Fi **11** instabit] imminebit We **12** quod] modo *added* An **13** quibusdam] quidam Bb | erit] esset An Ly erat We | erit…hereticus] erat futuris Bb **14** erit] esset An **17** erit] esset An fuerit Ly **18** quia…19 cardinales] qur~di^{les} Fi **19** quibus] aliqui etiam Ly **23** enim] tamen We | erit…24 papa] *omitted* Fi **26** erit] est Ly **28** dubitare] dubitate We **30** extinguerent] extingweret (*sic*) Bb **32** ista] istorum Ly | De…autem] Et tamen We | eius] eorum Ly | eius…34 motivum] *omitted* Fi

Magister: Non apparet, quia tu videris intelligere de periculo corporali. Ipsi autem principaliter intelligunt de periculo spirituali, quamvis etiam secundario intelligant de periculo corporali. Quia dubitant quod papa hereticus, nisi refrenetur timore catholicorum, cogitabit omnes christianos extinguere vel cogere aliam sectam suscipere.

Discipulus: Narra motivum eorum intelligendo de periculo spirituali.

Magister: Motivum eorum est tale. Quanto quis pluribus modis quorum nullus impedit alium, sed quilibet efficacior sit per quemlibet, nititur aliquem expugnare, tanto illum citius superabit vel dubitandum est quod citius superabit. Sed papa, si erit hereticus, pluribus modis quam sarraceni quibus tota christianitas non posset corporaliter obviare, conabitur populum christianum expugnare et spiritualiter iugulare. Modi autem impugnandi quibus uteretur essent eque efficaces vel efficaciores quam modus impugnandi sarracenorum. Unusquisque modus alium nequaquam impediet sed quilibet quemlibet efficaciorem reddet. Ergo papa si erit hereticus citius quam sarraceni populum christianum spiritualiter superabit, vel dubitandum est quod citius superabit. Spiritualiter autem superari et in anima cruciari periculosius est et peius quam morti succumbere corporali. Ergo gravius periculum imminebit vel poterit imminere populo christiano si papa efficietur hereticus quam si sarraceni totam terram christianorum sue subderent ditioni.

Discipulus: Qui sunt illi modi quibus papa, si esset hereticus, catholicos et christianos populos impugnaret?

Magister: Respondetur quod catholicos et sibi resistentes forte non minus acerbe quam sarraceni corporaliter procuraret invadi. Quia mandaret episcopis et inquisitoribus heretice pravitatis ut eos ubicunque possent satagerent captivare, et nisi a suo proposito resilerent, eos

---

38 corporali] specialiter *added* Ly | principaliter] specialiter Fi An *omitted* Ly | intelligunt] intelligent Bb **43** de] *omitted* Bb motivo *added* We **46** nullus] unus non Ly **48** superabit] expugnabit Ly | quod] si Ly **49** papa] *omitted* An | erit] esset Ly **50** sarraceni] saracenus (*sic*) We **52** uteretur] utiretur Bb An **56** reddet] reddit Bb Fi An | erit] esset Ly **57** spiritualiter…58 superabit] superabit Ly Vg | vel…58 superabit] *omitted* An **59** cruciari] Bb Fi An Ly: trucidari We (=*overriding* "cruciari") Ba (*directly*) truciari (*sic*) or cruciari Fr (cf. 1 Dial. 6.55.210*) **60** corporali] corporaliter Ly **61** efficietur] efficeretur Fi Ly esset An

traderent curie seculari. Qui, ut pape heretico complacerent et ab eo aliquod beneficium obtinerent tanquam belue crudelissime mandatum pape heretici totis viribus conarentur effectui mancipare.

Secundo, papa si esset hereticus, per scripturarum testimonia ad suum sensum intorta christianos invaderet et multos ad suam traheret voluntatem, eo quod intelligentiam scripturarum nequaquam habentes ad verum intellectum pervenire nescirent.

Tertio, impugnaret christianos per speciem veritatis et religionis cui non adherere videretur multis stultum et insanum.

Quarto, impugnaret catholicos per ecclesiasticam auctoritatem cui non obedire putaretur a nonnullis inobedientie crimen incurrere.

Discipulus: Probabile michi videtur quod istis modis et aliis papa, si esset hereticus, niteretur christianos suis erroribus subiugare et eos spiritualiter iugulare. Sed christiani sibi nequaquam acquiescerent, imo nec etiam tolerarent, sed statim de eo facerent iustitie complementum. Quare cum ipse esset unus cui omnes resisterent christiani, sarraceni autem quamplurimi, nullo modo tantum posset imminere periculum si papa efficeretur hereticus sicut si sarraceni sibi terram christianorum subicerent.

Magister: Respondetur quod si christiani vellent pape heretico obviare, non incumberet eis tantum periculum spirituale sicut si sarraceni regiones christianorum sibi subicerent. Sed dubitant isti quod multitudo christianorum pape heretico nullatenus obviaret, imo suis erroribus adhereret, ipsique sponte faveret.

Discipulus: Unde posset accidere quod multitudo christianorum pape heretico adhereret?

Magister: Dicunt quod ex multis causis forte accideret, et aliqui adhererent ex una causa, alii ex alia.

Discipulus: Enumera aliquas causas ex quibus posset accidere.

---

71 traderent] traderet Bb An | Qui] quia An | complacerent] explaceret Fi **76** intorta] intota Fi An retorta Ly **79** pervenire] venire Ly **80** impugnaret] impugnarent An | veritatis] virtutis We **85** inobedientie] inobediens Bb **86** et] *omitted* Bb **88** et] ut Ly iugulare] iugularet Ly **90** ipse] pape Bb **91** resisterent] insisterent Bb autem] sunt *added* We | autem…92 quamplurimi] antequam plurimi Bb **97** spirituale] spiritualiter Ly **100** faveret] ? *added* We **102** adhereret] inhereret Ly **104** causa] et *added* We | alii…alia] *omitted* Bb

Magister: Dicitur quod una causa ex qua aliqui pape heretico adhererent est falsa et erronea estimatio quam habent nonnulli de papa.

Discipulus: Que est illa falsa et erronea estimatio?

Magister: Respondetur quod est multiplex.

Quidam enim putant quod papa non potest peccare, quemadmodum quidam Sergiani, ut in quodam libro antiquo legi, in favorem Sergii pape tradiderunt. Unde quidam, ut audivi, hiis temporibus publice dicunt quod papa est Deus in terris, non quidem sicut omnes sacerdotes dicuntur dii (qui tamen peccare possunt), sed sic ut malefacere nequaquam possit, et in terris omnia que vult possit.

Quidam putant quod papa contra fidem errare non potest.

Quidam putant quod licet papa peccare et errare possit contra fidem, de omnibus tamen que facit debemus supponere quod sint bene facta, et de nullo quod facit licet nobis iudicare quod sit male factum.

Quidam putant quod licet valeamus reputare aliqua facta pape esse mala et male facta, tamen nulli licet christiano papam arguere vel iudicare, reprehendere, aut aliquam contra eum iudicialiter ferre sententiam.

Et ex hiis quattuor estimationibus falsis de papa, et ex qualibet illarum, accideret quod papa effecto heretico, ei christiani aliqui adhererent.

Capitulum 70,113 in…114 legi] Cf. *supra* 1 Dial. 7.28 **115** papa…116 terris] Cf. also 1 Dial. 6.52

---

110 estimatio] *omitted* An exstimatio We **111** est] *omitted* Bb **113** Sergiani ut] imaginantur quod Ly | libro] We Vc: loco Bb An Fi Ly Vg opere Ba Fr **114** Unde] et *added* We **119** putant] putat Fi quod…121 putant] *omitted* Fi **122** fidem] facit Fi An **127** iudicare] iudicialiter Bb We **128** ferre] facere Bb An **129** Et] *omitted* Fi **130** qualibet] quibus An | illarum] earum Ly | ei] et Fi **131** adhererent] adherebunt Ly

Discipulus: Prime due estimationes false michi videntur. De quarta autem tractatum est prius. Ideo dic secundum istos in quo tertia estimatio a veritate recedit.

Magister: Dicitur quod quantum ad omnia que non possunt bono animo fieri est contraria veritati. Quicquid enim papa fecerit quod non potest bono animo fieri, nec recta intentione, licet cuilibet hoc scienti iudicare de papa quod male facit et inique, et quod peccat mortaliter. Unde si viderem papam fornicantem vel simoniam committentem, vel mentientem in doctrina religionis aut in proximi nocumentum, vel innocentem aliquem diffamantem, vel aliquid contra Deum precipientem, aut aliquid huiusmodi, liceret michi et deberem iudicare, non quidem iudicialiter sed certa credulitate, papam peccare mortaliter.

Discipulus: Secundum istam sententiam ita passim liceret iudicare de papa quod male facit sicut de quocunque alio christiano.

Magister: Respondetur quod non, quia multa licent pape que aliis illicita dinoscuntur. Et ideo de talibus, si faciat ea papa, non licet iudicare quod papa male faciat. De aliis tamen hoc licet. Propter quod, quia sunt aliqua que sunt illicita pape que tamen aliis licent, de talibus licet iudicare quod papa peccat, sed de aliis hoc minime licet.

Discipulus: Videtur quod isti parum reputant de persona pape, licet forte de officio pape multum estiment.

Magister: Isti reputant papam hominem mortalem, peccabilem, innumeris periculis spiritualibus expositum.

---

132 Prime…133 videntur] The second estimation was dealt with at length in 1 Dial. 5, and likely postdates the comment of 1 Dial. 7.70. Except for brief negative statements at 1 Dial. 6.52 and 1 Dial. 7.27, there is no special (distinct) treatment of the first estimation in the published version of the *Dialogus*. **133** tractatum…prius] Perhaps 1 Dial. 7.37. Cf. also 1 Dial. 6.1ss. (subsequently rewritten?) But we cannot rule out that the 1 Dial. 7.70 reference points to an earlier text which Ockham cancelled while forgetting to edit out the reference.

---

132 estimationes] exstimationes We **134** recedit] recedet An **137** fieri…138 intentione] et recta intentione fieri We **139** male] mala Bb | facit] faciat An **140** viderem] videretur An | vel] *omitted* Ly **146** passim] possem Ly **147** liceret] licite Ly | male facit] male faciat Fi An **148** christiano] christianorum Ly **149** licent] licerent An **151** faciat] que tamen *added* Fi ea *added* Ly Vg | De…152 licet] de aliis hoc non licet Ly Vg | De…153 licent] aliis licent Fi **152** Propter] papa An patet Ly | quod] hoc Ly **153** licent] et *added* Ly **155** Videtur] autem *added* Ly **156** estiment] existiment We | estiment…157 mortalem] *omitted* Fi **158** expositum] subiectum Ly

Multos autem summos pontifices qui fuerunt reputant fuisse viros sceleratissimos, omni confusione dignos, et quod hoc licet asserere et sentire. Et ita de quolibet summo pontifice licet hoc sentire in speciali, quandoque facit aliquid, et constat eum posse facere quod bono animo nequaquam facere potest. Unde assertionem qua dicitur quod debemus reputare bene factum quicquid fecerit, heresim perniciosissimam et periculosissimam arbitrantur.

Discipulus: Suntne alique alie estimationes false et erronee que facerent multos pape heretico adherere?

Magister: Respondetur quod sic. Putant enim quidam quod cohertio pape heretici spectat solummodo ad concilium generale.

Quidam autem putant quod cohertio pape heretici spectat solummodo ad clericos et nullo modo ad laicos, nisi fuerint per prelatos ecclesie requisiti.

Quidam vero putant quod cohertio, et similiter vitatio, pape heretici solummodo spectat ad cardinales.

Quidam putant quod solummodo spectat ad maiores prelatos ecclesie, puta ad patriarchas et episcopos.

Quidam putant quod simplices et laici de spiritualibus nichil facere debent nisi quod fuerit eis per episcopos suos iniunctum. Et ideo de papa heretico se intromittere non debent, nisi quod eis preceperint episcopi eorundem.

Quidam putant quod quamdiu papa hereticus toleratur a multitudine christianorum nullus debet eum aliqualiter impugnare.

Quidam putant quod multitudo est in omnibus sequenda, et ideo ille pro papa est habendus quem multitudo christianorum habet pro papa.

Ex hiis omnibus estimationibus et qualibet illarum, aliisque quam pluribus estimationibus falsis et erroneis, accideret quod si papa fieret hereticus quamplures ei firmiter adhererent.

---

186 Quidam] E.g. Gerald Odo.

---

160 sceleratissimos] scelestinos Bb An sceleratos We | quod] quia Ly **162** quandoque] quandocunque Ly | quandoque…et] quandocunque We **163** posse] *omitted* Ly | posse facere] facere aliquid We **171** generale] *omitted* Bb **176** spectat] spectant Bb **177** solummodo] solum Fi An **178** ecclesie] *omitted* We **182** quod] de *added* Bb | preceperint] preciperint We preceperunt Ly **183** putant] dicunt Ly **190** pluribus] plurimis Ly **191** fieret] efficeretur We | ei] *omitted* Fi

Discipulus: Dixisti unam causam divisam in plures ex qua accideret quod, si papa efficeretur hereticus, christiani plures adhererent eidem. Ideo nunc dic alias causas ex quibus idem accideret.

Magister: Alia causa sive occasio, secundum istos, quare multi christiani pape heretico adhererent, est timor mundanus sive humanus iunctus diffidentie qua unus christianus diffidit de alio. Et ista causa oritur ex defectu zeli ad catholicam fidem. Quia enim multi propter catholicam fidem nollent aliquod detrimentum corporis vel rerum incurrere, vel saltem non magnum, et nescientes an alii christiani vellent eis assistere contra papam hereticum, ab impugnatione pape heretici omnino desisterent et eidem cum aliis adhererent, saltem quousque aliquis alius potens inciperet papam hereticum impugnare. Putant enim tenentes opinionem predictam quod si papa esset hereticus et aliquis rex potens eum invaderet toto posse, multi qui prius pape heretico adheserunt eum fortissime impugnarent. Et hec est una causa, secundum istos, quare reges et principes ac alii potentes, qui temporalem potentiam pape heretici non timerent, gravius peccarent quam alii si pape heretico scienter faverent, quia eorum negligentia esset quampluribus occasio pape heretico adherendi.

Alia causa sive occasio quare multi adhererent pape heretico est cupiditas et ambitio. Cupiditas enim obtinendi divitias et pecunias ac beneficia ecclesiastica et honores a papa heretico multos faceret eidem consentire.

Capitulum 71

Discipulus: De impugnatoribus pape heretici sepe fecimus mentionem, de quibus unum obsecro ut pertractes, qui videlicet ad impugnandum papam hereticum sunt idonei reputandi.

---

193 unam] unicam Ly **194** accideret] accidet Bb | quod] *omitted* We si] *omitted* Bb Fi An | hereticus] et *added* Ly quod *added* Ww **196** idem] hoc Ly **197** Alia causa] aliquam An **198** quare] quia Bb An **200** diffidit] diffideret Ly **201** catholicam[1]] captholicam We **202** fidem] defensandam *added* We **203** vel] *omitted* An | et] ideo *added* Ly **204** vellent] nollent Ly | eis] ei Fi An **206** adhererent] adherent Bb Fi An | alius] *omitted* Ly **209** invaderet] cum *added* Ly | invaderet…210 eum] *omitted* Fi **210** adheserunt] ad Bb | eum] tum An | eum…211 alii] *omitted* Bb **212** non…213 heretico] *omitted* Fi **213** scienter] *omitted* Ly **215** heretico] heretici Ly **216** adhererent] adherent We **218** beneficia] et *added* Bb **Capitulum 71,1**] 61 Fr **2** impugnatoribus] impugnatione Ly **4** sunt] sint Bb Fi An

Magister: Ad hoc respondetur quod omnes catholici discretionem habentes ad impugnandum papam hereticum uno modo vel alio debent idonei reputari.

Discipulus: Ista responsio est tam generalis quod ad mentem meam, nequaquam vadit. Scio enim quod cum papa hereticus sit omnium fidelium inimicus, omnes fideles ratione utentes ad impugnandum ipsum aliquo modo idonei sunt censendi. Oportet tamen quod inter ipsos sint quidam qui sint quasi duces, directores, et capita aliorum, de quibus interrogationem quam proposui intellexi.

Magister: Respondetur quod virtutibus excellentes, in sacris literis eruditi, in arduis rebus experti, et potentia prediti temporali, ut sint duces et capita impugnantium papam hereticum sunt censendi idonei.

Contingit enim dupliciter papam hereticum impugnare, scilicet corporaliter contra ipsum, si oportuerit, materialia arma movendo, et spiritualiter tam ipsum quam errores eius auctoritatibus et rationibus convincendo. Primo modo, potentia prediti temporali debent idonei reputari ad papam hereticum impugnandum. Secundo modo, in sacris literis eruditi sunt idonei ut sint quasi duces et principales impugnatores pape heretica pravitate maculati. Virtutum autem eminentia et rerum experientia opportune videntur utrisque, ut sicut oportet et quando oportet papam hereticum et complices eius impugnent.

Discipulus: Adhuc ista responsio est magis generalis quam vellem. Unde precor ut secundum aliquam sententiam aliquas prerogativas speciales assignes, quibus oportet principales impugnatores pape heretici preeminere ad hoc quod idonei censeantur.

Magister: Speciales prerogative tales sunt innumere.

Discipulus: Aliquas paucas tange.

Magister: Dicunt quidam quod ad hoc quod quis impugnator pape heretici idoneus censeatur, requiritur quod sit firmiter stabilitus in veritatibus contrariis erroribus pape heretici, ut scilicet nulla ratione ab illis veritatibus possit avelli.

---

7 discretionem] discreptionem We **13** quod] qui Bb **14** duces] et *added* Fi An | de quibus] *omitted* Bb **17** potentia] potentes Bb **19** sunt] esse *added* Fi **23** et rationibus] *omitted* An **24** potentia] *omitted* Fi **25** impugnandum] impugnando Bb An **27** maculati] maculate Bb **32** ut] nec Bb **42** avelli] evelli Ly

Unde quantum ad veritates illas assertiones suas neque correctioni pape, neque correctioni concilii generalis, neque correctioni angelorum de celo debet submittere, sed quemadmodum beatus Paulus scripsit Galatis dicens "*licet nos aut angelus de celo evangelizet vobis preter quam quod evangelizavimus vobis, anathema sit*", ita quilibet impugnator idoneus pape heretici dicat in corde suo et proferat ore cum fuerit opportunum: 'licet ego, aut papa, aut concilium generale, aut tota congregatio christianorum aut tota multitudo angelorum de celo errores pape heretici evangelizare, asserere vel affirmare presumpserit, anathema sit'. Ideo autem non debet impugnator idoneus pape heretici assertiones suas quantum ad veritates contrarias erroribus pape heretici alicuius correctioni submittere, quia illas veritates non tanquam ab homine sed tanquam a Deo, qui correctione non eget, traditas suscepit, amplectitur et veneratur.

Et ex isto, ut dicunt, eliditur error quorundam dicentium quod omnis christianus fidem suam debet supponere correctioni beatissimi pape. Quod probant per exemplum de beato Hieronymo, qui fidem suam quam didicerat in ecclesia, et in qua nutritus fuit, supposuit correctioni et iudicio beatissimi pape. Sed hoc, dicunt isti, esse erroneum, imo hereticum manifeste, quod exemplis et ratione probare conantur.

Primo quidem exemplo beati Pauli qui, ut legitur ad Galatos 2, cum reprehenderet papam, scilicet beatum Petrum, assertionem suam correctioni pape nequaquam submisit. Imo voluit quod papa se correctioni sue committeret. Ideo enim reprehendit papam, ut de excessu commisso in preiudicium evangelice veritatis corrigeret.

Secundo probant hoc exemplo clericorum romanorum qui se a communione Anastasii pape 2[i] laudabiliter abegerunt,

---

Capitulum 71,46 Galatis] Galatians 1:8 **68** ut…69 2] Galatians 2:11-14 **74** exemplo] Cf. D. 19 c. 9 col. 111

---

44 correctioni[1]] correptioni We ("p" *for* "c" *is a constant for scriptor 20*) | neque[1]] *omitted* An **46** beatus] *omitted* Bb | Galatis dicens] Galatis 1 dicens sed Ly **47** quod] *omitted* Bb Fi An **53** evangelizare] annunciare Ly | vel] *omitted* Fi **58** eget] indiget An **60** Et] *omitted* We | ut] *omitted* We **61** omnis] aliquis Ly **63** suam] *omitted* Fi quam] *omitted* Ly **64** et[1]] *omitted* Ly **66** hereticum] here[c9] Bb manifeste] manifestum We **69** reprehenderet] reprehenderent Bb **71** committeret] committere Bb submitteret Ly **72** papam] eum Ly | ut] se *added* We | excessu] excessor Bb **75** laudabiliter] *omitted* Ly

de quibus constat quod assertionem suam correctioni pape nullatenus submiserunt.

Discipulus: Forte dicetur istis quod clerici illi non submiserunt assertionem suam correctioni pape heretici, qualis fuit Anastasius 2us, sed submiserunt correctioni futuri pontificis catholici.

Magister: Hoc reprobatur, quia Anastasium 2um reputaverunt hereticum propter hoc quod assertioni eorum quam acceperant a sanctis patribus contradixit. Et propter eandem rationem quicunque futurus papa postea contradixisset, eundem hereticum reputassent. Quare nullius hominis correctioni volebant assertionem suam submittere. Et ideo dicunt isti quod christianus assertionem catholicam correctioni pape non debet submittere.

Quod etiam ratione probare nituntur. Nam veritatem infallibilem et immutabilem non debet quis correctioni illius submittere qui falli potest et errare. Veritates autem catholice sunt infallibiles et immutabiles. Papa vero falli potest et errare. Ergo tales veritates nullus debet correctioni pape submittere. Unde minimam veritatem contentam in scriptura divina non debet quicunque submittere correctioni pape, quia certa, sicut discussione non indigent, ita etiam correctione non egent. Quare, cum omnia asserta in scripturis divinis sint certa, nulla correctione egent. Quare nullius correctioni debent submitti.

Cum vero dicitur quod beatus Hieronymus fidem suam quam didicerat in ecclesia supposuit correctioni beatissimi pape, respondetur quod hoc simpliciter est falsum, quod tamen ex verbis beati Hieronymi male intellectis elicitur. Unde, ut mentem beati Hieronymi cunctis aperiant, verba ponunt eiusdem qui, ut habetur 24 q. 1 c. *Hec est fides*, ait: "*Hec est fides, papa beatissime, quam in catholica ecclesia didicimus, quamque semper tenuimus et tenemus, in qua si*

---

106 24…fides] C. 24 q. 1 c. 14 col. 1835

---

78 dicetur] diceretur Ly **80** 2us] 2ª Bb | futuri] summi *added* Ly **82** reprobatur] frivolum reputatur We sufficit Ly | quia] We: quod Bb Fi An Ly | Anastasium] Anastasius Bb **84** contradixit] ergo *added* We **86** contradixisset] contradisset Fi contradisseret An | eundem] eiusdem We | reputassent] reputasset Bb **90** Quod] quidem An **91** illius] *omitted* Bb **92** Veritates…94 errare] *omitted* Ly Vg **93** falli] *omitted* Fi **97** etiam] et Ly **98** non] *omitted* Bb | egent] indigent Ly | Quare] etiam *added* Ly **100** debent] debet An | submitti] subiici Ly **105** aperiant] aperiā An Ly **106** ponunt] ponantur Ly | eiusdem] eisdem We | est] *omitted* We **108** et tenemus] *omitted* Ww

minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri et fidem et sedem tenes. Sin autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum vel malevolum vel etiam non catholicum non me hereticum comprobabit". Ex quibus verbis concludunt quidam quod beatus Hieronymus fidem suam, quam in ecclesia didicerat, supposuit correctioni beatissimi pape. Sed dicunt alii quod isti verba beati Hieronymi minus bene intelligunt. Non enim intendit Hieronymus fidem suam quam didicerat in ecclesia correctioni beatissimi pape supponere, quia si papa illi fidei contradixisset, beatus Hieronymus ipsum hereticum reputasset. Didicit enim Hieronymus in ecclesia quod Christus fuit verus Deus et verus homo. Cui si papa obviasset pro heretico pessimo eum Hieronymus habuisset.

Discipulus: Quid ergo supposuit beatus Hieronymus correctioni pape?

Magister: Respondetur quod beatus Hieronymus absolute nichil supposuit correctioni pape, sed conditionaliter tantum, quod verba eius aperte declarant cum dicit: "*In qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est emendari cupimus a te*" etc. Que verba, sicut de se patet, conditionalia sunt.

Discipulus: Saltem ex forma verborum apparet quod Hieronymus fidem suam quam didicerat in ecclesia conditionaliter supposuit correctioni pape. Quia primo dicit: "*Hec est fides, papa beatissime, quam in catholica ecclesia didicimus*". Et postea subiungit: "*In qua si minus*" etc.

Magister: Respondetur quod quamvis absque periculo Hieronymus potuerit conditionaliter fidem suam supponere correctioni pape, quia conditionalis nichil ponit, (unde et hec

---

139 conditionalis…ponit] Cf. OP III, 36 n. 6 (*Offler note*). There are brief technical explanations by Ockham of what "conditional" propositions imply (cf. e.g. OPh I, 263-264 (*Summa Totius Logice* II.4), but without the use of the tag.

---

109 minus] unus An | forte] *omitted* Bb **110** emendari] comendari Bb et[2]] We: *omitted* Bb Fi An Ly | Sin] We: si Bb An Ly sil[r] Fi **111** apostolatus] appellatus We **112** comprobatur] comparatur Bb Fi comprobetur Ly **113** malevolum] malivolum Ww | non me] sed Ww **115** suam] *omitted* An **116** supposuit] supposuerit Bb An suppo[rit] Fi **117** isti] We: ista Bb Fi An Ly **118** intendit] intelligit We | didicerat] addidiscerat An **121** Didicit] Didiscit An **129** est] *omitted* An **130** de se] *omitted* Ly **136** postea subiungit] post adiungit Ly

conditionalis vera est: ‘si in evangelio aliquod falsum asseritur, corrigendum est’), tamen beatus Hieronymus in verbis premissis non intendebat fidem suam supponere correctioni pape. Sed expositionem suam circa fidem intendebat conditionaliter supponere correctioni pape, ut iste sit sensus verborum suorum: “*In qua*”, id est circa quam, scilicet fidem exponendam et explanandam, “*si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te*” etc. Quemadmodum si quis postillator evangelii diceret: ‘hoc est evangelium, in quo si aliquid minus bene dixi, paratus sum corrigere’.

Capitulum 72

Discipulus: Si de predicto modo circa alias prerogativas quibus preeminere debet impugnator idoneus pape heretici dilatares, multis lectoribus operis huius fastidium generares. Ideo alias succincte percurras.

Magister: Alie prerogative impugnatoris pape heretici assignantur. Quarum alique sunt communes impugnatoribus corporaliter et spiritualiter pape heretici, alique vero sunt proprie impugnantibus spiritualiter papam hereticum.

Oportet eos qui corporaliter vel spiritualiter papam hereticum magnam sequelam habentem satagunt impugnare, tanquam directores et capita aliorum, novarum viarum existere inventivos. Quia sicut teste beato Augustino ad Bonifacium, ut legitur dis. 50 c. *Ut constitueretur*, “*cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum*”, ita casus novi et extranei emergentes cogunt industrios ad occurrendum vias novas et extraneas invenire. Cum ergo sit valde extraneum atque rarum quod papa sit pravitate infectus heretica, ad ipsum viriliter impugnandum

---

Capitulum 72,12 novarum…13 inventivos] This next prerogative appears to be discussed in a series of PP*’s composed distinctly and eventually conflated. **14** dis…constitueretur] D. 50 c. 25 col. 332

---

140 si] in Bb | aliquod] aliquid Ly **145** In qua] *omitted* Ly **Capitulum 72,1**] 62 Fr **2** de] te We Ly **3** preeminere] presumere Bb An **4** lectoribus] lectoris Bb An | fastidium] fastigium Bb Fi **6** impugnatoris] impugnatorum Ly **7** impugnatoribus] impugnantibus Fi An Ly **8** pape heretici] papam hereticum Ly **9** spiritualiter] *omitted* Fi hereticum] Unde *added* Ly **10** Oportet] enim *added* We **11** satagunt] *omitted* Fi **12** aliorum] aliarum Ly **13** inventivos] inventores Ly **14** constitueretur] infirmitates nove et extranee emergentes *added* Ly **15** enim] *omitted* Ww **17** industrios] industrias Ly **19** ipsum] papam Ly

oportet vias extraneas cogitare, presertim si potentum fuerit favore munitus. Quicunque contra papam hereticum voluerit solummodo uti communibus, erit forsitan similis medico imperito qui uno collirio omnium oculos vult curare. Non sufficit autem impugnatori idoneo pape heretici contra ipsum vias extraneas invenire, nisi, cum fuerit expediens, ipsas curaverit effectui mancipare ut videlicet non timeat aggredi novitates. Quamvis enim novitates inutiles, perniciose, et periculose sint omnino vitande, novitates tamen perutiles, necessarie, et salubres sunt carius amplectende. Non est aptus ad quecunque ardua peragenda qui omnes horruerit novitates. Si Alexander Macedo novitates aggredi timuisset, maiorem partem mundi sibi nullatenus subdidisset. Si civitas Romana novitates minime attemptasset, nunquam pacem in universo orbe fecisset. Quid loquar de seculi hominibus, cum apostoli, si novitates inducere formidassent, ad novam legem gentes nullatenus convertissent. Non sunt ergo novitates penitus respuende. Sed sicut vetusta cum apparuerint onerosa sunt omnimode abolenda, ita novitates cum utiles, fructuose, necessarie et expedientes secundum rectum iudicium videbuntur, sint animosius amplectenda. Non autem sufficit impugnatori idoneo pape heretici novitates, cum opportunum fuerit, attemptare, nisi etiam cum expediens fuerit periculis et laboribus et etiam morti, si opportuerit, se exponat. Qui enim omnia pericula expavescit, similis est illi de quo dicitur Ecclesiasti 11: "*Qui observat ventum non seminat, et qui considerat nubes nunquam metet*."

Rursus, si habet divitias, debet esse paratus expensas effundere, quia nulla eleemosyna corporalis extra articulum necessitatis extreme est ita necessaria. Neque enim monasteriorum constructio, neque pauperum quorumcunque

45 Ecclesiasti 11] Ecclesiastes 11:4

21 Quicunque] Qui enim We vero *added* Ly | hereticum] *omitted* Fi An viis *added* We **22** communibus] quibus (*misread* 9ūibʒ ?) An rationibus Ly **23** omnium] We: bň Bb dū Fi An *omitted* Ly **24** autem impugnatori] impugnatore An **27** inutiles…28 novitates] *omitted* Fi **28** perutiles] et *added* Ly **29** Non] Nec We **30** horruerit] horruit An horret Ly **33** attemptasset] accepisset Ly | in] *omitted* Ly **34** seculi] sanctis Ly cum] et An Ly | apostoli] apostolis Ly **39** et] *omitted* Ly **40** sint] sunt Bb An Ly | amplectenda] amplec^{de} *or* amplet^{de} Bb ampletende We amplectendi An **44** similis] similiter Bb Fi An | est] *omitted* Bb **45** Ecclesiasti] Ecclesiastici We **46** metet] metit An **47** divitias] devitias Bb **48** eleemosyna] elemosina We **49** est…necessaria] *omitted* We

sustentatio, neque ecclesiarum edificatio, neque miserabilium personarum defensio, neque captivorum redemptio, neque pro terre sancte recuperatione largitio, potest equiparari expensis que fiunt ad impugnandum papam hereticum et fidem catholicam defendendam et exaltandam, eo quod exaltatio et defensio fidei catholice est omnibus temporalibus preferenda.

Amplius, impugnator idoneus pape heretici perditionem rerum, honorum, et fame nullatenus expavescat. Hec enim omnia sunt inter bona minima computanda. Nec propter ista est defensio fidei aliquatenus obmittenda. Quamvis enim unusquisque, si convenienter potest, famam suam, que inter omnia temporalia preeminere videtur, ad edificationem proximi et propter scandalum evitandum servare tenetur, propter ipsam tamen servandam non est defensio fidei relinquenda. Quia absque fama est salus, et sepe fama est causa perditionis eterne. Et ideo qui de perditione fame nimium contristatur, ut aliquid spectans ad honorem Dei vel salutem suam vel proximorum obmittat, non est dignus regno Dei. Talis enim cum Apostolo nequaquam propter Christum omnia velut stercora arbitratur, sed gloria vexatur inani, omnia opera sua faciens ut ab hominibus videatur.

Iterum, impugnator idoneus pape heretici omnem duplicitatem evitet, ne scilicet facto, verbo vel scripto patenter ostendat quod ipsum habet pro vero summo pontifice. Quamvis enim nonnunquam licitis et utilibus simulationibus uti expediens censeatur, tamen uti duplicitate que falsitatem includit semper est illicitum reputandum, teste sapiente, qui Ecclesiastici 2 ait: "*Ve duplici corde ... et peccatori terram ingredienti duabus viis*".

Sit insuper in prosequendo negotio fidei contra papam hereticum calidus, non tepidus. Tepidus enim in hoc negotio, presertim si est magnus et potens, non solummodo de ore

---

70 cum Apostolo] Philippians 2:3, 3:8; Galatians 5:26 **79** Ecclesiastici 2] Ecclesiasticus 2:14 **83** de…84 evometur] Revelation 3:16

---

53 equiparari] equipari Bb **59** honorum] bonorum Ly **63** omnia] bona *added* Ly | edificationem] hedificationem We **64** scandalum] schandalum We | tenetur] teneatur Ly **66** relinquenda] derelinquenda Fi An Ly | est[2]] *omitted* Bb **67** causa] occasio We **70** enim] nequem *or* nequam *added* We | nequaquam] *omitted* We | Christum] proximum Ly **71** arbitratur…72 faciens] *omitted* Fi **74** facto] vel *added* We **77** uti[1]] utile Bb Fi An **80** ingredienti] ingredientem Bb ingrediente Fi **81** Sit] S[c/t] An Sic/t We **83** solummodo] solum Fi

Domini evometur, sed etiam pauperibus et simplicibus sibi adherentibus erit causa et occasio confusionis et destructionis, non tantummodo temporalis sed etiam forsitan spiritualis. Quia si non ferventer defendit eos, papa hereticus et complices sui tanquam belue crudelissime ipsos tam spiritualiter quam corporaliter satagent trucidare.

Oportet etiam impugnatores idoneos pape heretici amore et concordia fortius adiuvari, ne, si dissensionibus, contentionibus, odio, emulationibus, et scismatibus disiungantur, facilius desolentur. Quia, teste Salvatore: "*Omne regnum divisum contra se desolatur et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit*". Quare impugnatores pape heretici, quantumcunque iustam causam habuerint, non sperent quod propter ipsos tam laudabilem finem accipiant si inter se discordes extiterint damnabiliter et divisi. Tales enim non sunt de semine illorum per quos fides orthodoxa exaltabatur, sed per aliam occasionem Deus causam fidei feliciter terminabit.

Impugnator ergo idoneus pape heretici gloriam propriam minime querat, quasi velit quod per ipsum solummodo victoria habeatur, sed gaudeat per quemcunque causa fidei licite adiuvetur. Nec facta et consilia minorum despiciat, quia sepe parvulis revelantur que a sapientibus et prudentibus absconduntur. Sit consiliativus, assidue inquisitivus, et interrogativus viarum et modorum quibus est contra papam hereticum procedendum. Quia, teste Salomone, "*erit salus ubi multa consilia sunt*". Et quamvis minorum consilia sepe minime sint spernenda, tamen a sapientibus est maxime in hoc casu consilium requirendum, nec aliquis de sapientia

---

93 teste Salvatore] Matthew 12:25 **109** teste Salomone] Proverbs 24:6

---

84 Domini] Dei Fi An Ly | et simplicibus] *omitted* Bb **86** forsitan] forsan An **87** defendit] defenderit We **88** tam] *omitted* Bb **89** satagent] satagerent Fi An Ly **90** impugnatores] impugnatore Bb **91** adiuvari] adunari We | si] se Ly | dissensionibus] distentionibus Fi et *added* Fi An Ly **92** contentionibus] tentionibus Bb | odio] hodio We odiosis et Ly **93** disiungantur] disiungatur Fi dissgiungantur (*sic*) We disiungentes Ly **94** desolatur] dissipabitur Bb Fi An desolabitur We Ly **96** quantumcunque] quamcunque Fi **97** propter] per Bb Fi Ly accipiant] Ly Vg: accipiat Bb Fi accipiet An We **98** extiterint] extiterit Bb fuerint We **99** orthodoxa] orthoxa An **100** exaltabatur] exaltabr We exaltabitur Ly | Deus] *omitted* An **102** pape…104 gaudeat] *omitted* Bb **105** adiuvetur] adiuvatur Ly | et] nec Ly **107** Sit] Sic *or* Sit Fi consiliativus] consiliarius Ly **110** sunt] erunt Ly **111** sint] sunt Fi est] *omitted* We

propria tanquam sit sufficiens quoquo modo confidat. Si enim mille carentes potentia temporali, quorum quilibet sapientiam Salomonis excederet, papam hereticum regum et principum favore fulcitum satagerent impugnare, aliorum consilio indigerent.

Nec tamen propter hoc pauciores et minus sapientes debent aliqualiter formidare contra papam hereticum bellum accipere. Quia quamvis nichil de contingentibus omittere debeant, in sua tamen sapientia vel virtute sperare non debent, sed in virtute Dei, qui, si certaverint usque ad mortem, expugnabit pro eis inimicos eorum. Quamobrem nullam multitudinem adherentium pape heretico expavescant, quia, sicut allegatum est supra, teste Iuda Machabeo: "*Non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis et in paucis*". Et Exodi 23 unicuique fideli in hec verba mandatur: "*Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententie ut a vero devies*". Cuius rationem assignat Psalmista dicens: "*Defecit sanctus quoniam inminute sunt veritates a filiis hominum, frustra loquuntur unusquisque proximo suo*". Et alibi ait: "*Omnes declinaverunt simul, inutiles facti sunt. Non est qui faciat bonum non est usque unum*". Rationem etiam eiusdem assignat Salomon Ecclesiasti 1 dicens: "*Stultorum infinitus est numerus*". Nec Isaias rationem eius tacuit cum dixit: "*Omne caput languidum et omne cor merens a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas*". Imo etiam Salvator ipse rationem dicti prioris expressit cum dixit Matthei 7: "*Lata porta et spatiosa via que ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam, quam angusta porta et arta via que*

---

125 sicut…supra] PP* | supra] 1 Dial. 7.47 | teste] 1 Macchabees 3:18 **127** Exodi 23] Exodus 23:2 **130** Psalmista] Psalms 11:2-3 **132** alibi] Psalms 13:3 **135** Ecclesiasti 1] Ecclesiastes 1:15 **136** Isaias] Isaiah 1:5-6 **139** Matthei 7] Matthew 7:13-14

---

114 carentes] carentis Bb **115** sapientiam Salomonis] sapientia Salomonem We Ly **116** impugnare] pugnare Bb **119** contra] *omitted* Bb **124** multitudinem] eorum *added* Ly **126** et] aut Ww **129** acquiesces] acquiesce We **130** Psalmista] psalmus Fi An We | Defecit] deficit Ly quoniam] *omitted* Ww **131** inminute] diminute Ww | frustra…132 suo] vana locuti sunt unusquisque ad proximum Ww suum *added* We Ly **132** Omnes] omnia Bb **133** simul] *omitted* Bb Fi An | sunt…134 eiusdem] *omitted* Fi **134** est] *omitted* Bb | usque] ad *added* Bb We Ly **135** Ecclesiasti] Ecclesiastes Bb **136** dixit] d^{t} Fi dicit An Ly **139** dixit] dicit Fi An Ly **140** via] est *added* Ly **141** porta] *omitted* Ly | et] *omitted* Fi

ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam". Et alibi ait: "*Multi autem sunt vocati, pauci vero electi*". Ex quibus aliisque innumeris nonnulli accipiunt argumenta ad probandum quod propter quantamcunque multitudinem adherentium pape heretico non debent pavere paucissimi contra papam hereticum patenter insurgere.

Ante omnia tamen ab omni peccato mortali se servare conantur. Quia sicut non est speciosa laus in ore peccatoris, ita defensio fidei vel impugnatio pravitatis heretice per scelestum coram Deo est minime preciosa, licet utilis aliis esse possit. Oportet igitur impugnatorem idoneum pape heretici non solum peccata carnalia sed etiam spiritualia declinare. Propter quod nonnulli putant quod hiis diebus essent paucissimi impugnatores idonei pape heretici, quia fere totum mundum, tam clericos quam laicos, tam seculares quam religiosos, dubitant peccatis mortalibus spiritualibus, fornicatione et furto peioribus, esse enormiter irretitos, ut ambiguant non minus modo quam tempore Noe verificari illud Genesis 6: "*Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate*".

Capitulum 73

Discipulus: De isto ultimo dicto vehementer admiror, cuius motiva in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam sollicite indagabo. Nunc autem cum plures prerogativas tetigeris quibus secundum quorundam sententiam oportet impugnatores idoneos pape heretici preeminere, que omnes communes impugnatoribus corporaliter et spiritualiter papam hereticum michi videntur, numera aliquas prerogativas speciales quibus expedit preeminere impugnatores pape heretici per testimonia scripturarum precipue, si papa hereticus errores coloratos et latentes conatus fuerit diffinitive populis tradere christianis.

---

142 alibi] Matthew 22:14 **160** Genesis 6] Genesis 6:11

---

143 autem] *omitted* Bb Fi An We enim Ly | quibus] verbis *added* Ly **145** propter] papa We | quantamcunque] quamcunque Fi An quantumcunque We **149** conantur] conentur We tenentur Ly peccatoris] peccatorum Fi An Ly **150** fidei] We: *omitted* Bb Fi An Ly per…151 scelestum] pars celestium Ly **152** impugnatorem] pugnatorem Bb **153** solum] propter *added* An **158** fornicatione] fornicar Bb | esse] *omitted* Ly **Capitulum 73,1**] 63 Fr **3** cuius] tamen *added* Ly **7** communes] conclusiones An | impugnatoribus] impugnantibus We **8** videntur] videtur We **10** testimonia] testimonium We **12** latentes] labentes Bb Fi

Magister: Dicitur quod huiusmodi impugnatores idoneos pape heretici oportet sanctarum habere intelligentiam scripturarum ut, scilicet, non solum memoriam verborum retineant, sed intellectum capiant veritatis. Quia, teste Hieronymo, ut legitur 1 q. 1 c. *Marcion*: "*Nec putemus in verbis scripturarum esse evangelium, sed in sensu, non in superficie sed in medulla, non in sermonum foliis sed in radice rationis*".

Multi enim, quamvis memoria vigeant ut literas multas retineant, et prompte cum voluerint recitent et allegent, carent tamen iudicio, ut acumine rationis ad verum intellectum (nisi forte aliquando casualiter) per seipsos nesciant pervenire. Et de istis potest verificari illud Apostoli 2 Timotheo 3: "*Semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes*". Tales autem non sunt idonei ad impugnandum errores occultos et latentes.

Alii sunt vigentes rationis iudicio, quamvis in memoria deficere videantur, et illi, quamvis interdum cum magno labore et tarde, sunt idonei errores occultos et latentes ac coloratos pape heretici impugnare. Quamvis enim sepe sint imperiti sermone ut eloquentia careant et ornatu verborum, non tamen scientia, quia illi sciunt ex paucis multa elicere, et perspicue vident que veritati sunt contraria, que consona, que antecedentia, que consequentia, que impertinentia sunt censenda. Qui etiam per rationes sophisticas et auctoritates male intellectas non de facili seducuntur. Per quam autem scientiam rationis iudicium ad predicta potissime adiuvetur libro nono De optimo genere addiscendi poteris invenire. Qui autem memoria et iudicio prepollent, quod raro accidit ut quidam existimant, et essent in sacris literis eruditi, essent

---

Capitulum 73,17 1[1]…Marcion] C. 1 q. 1 c. 64 col. 697 **25** 2…3] 2 Timothy 3:7 **38** Per…40 invenire] PP* **40** poteris invenire] Cf. also 1 Dial. 6.17 (OP VI); 3 Dial. 2.1.17 (OP VIII)

---

16 teste] testes Bb **17** Marcion] Ly: Marchion Bb Fi An We | Nec putemus] Non Ww **18** esse] est Ww **21** memoria] *omitted* Fi An literas] literis Fi **22** prompte] pronte We | cum] qui Fi que An Ly **23** tamen] autem Ly | ut] et Ly | rationis] ita ut *added* Ly | nisi…24 forte] *omitted* Ly **24** casualiter] causaliter We *omitted* Ly **26** discentes] addiscentes Ww **29** rationis] retionis Bb **32** coloratos] colorandos Bb **33** ut] et Ly **34** et] *omitted* We **35** sunt] *omitted* We **40** optimo] octimo We | addiscendi] discendi Bb addipiscendi We **41** prepollent] Ly: prepolleret Bb Fi pollent An prepollerent We **42** existimant] estimant Fi An Ly | et] qui Ly

maxime idonei impugnatores errorum pape infecti heretica pravitate.

Oportet autem impugnatores idoneos pape heretici summe cavere ne assertiones ipsius ambiguas contra mentem eius, vel etiam preter mentem ipsius ad perversum nitantur trahere intellectum. Et multo fortius assertiones eius veras in omni sensu pervertere minime debent. Si enim aliquod fecerint predictorum, presertim scienter, vel etiam ex ignorantia crassa et supina, non solum coram Deo peccare mortaliter iudicabuntur, sed etiam apud intelligentes maligni vel invidi aut inscii apparebunt. In primis igitur mentem ipsius ex omnibus dictis eius, quando assertio eius est ambigua, investigent. Si enim assertio eius non est ambigua sed sensum habens tantummodo falsum, non est necesse ad alia dicta eius recurrere. Cum vero patuerit manifeste sensum eius esse erroneum, non cavillose, non sophistice, non per auctoritates male intellectas, non per assertiones dubias et de quibus est licitum disputare, non per rationes fantasticas, non intelligibiles et intricatas, non per dicta illorum quos licitum est negare, sed per scripturas auctenticas bene et sane intellectas, ac per rationes apertas, evidentes, et irrefragabiles, studeant reprobare et fundare solidissime contrariam veritatem. Hec autem omnia amore faciant veritatis et odio falsitatis, ut ira, rancore, vel odio persone pape heretici nullatenus moveantur.

Discipulus: Cum instarem quod hoc opus inciperes, arbitrabar brevem tractatulum De hereticis nos facturos, qui preter estimationem meam in longum aliquantulum est protensus. Quem si omnes difficultates nunc michi de papa heretico eiusque complicibus occurrentes tibi disserendas exponerem, oporteret extendere in immensum. Sane cum opera prolixa pluribus dinoscantur ingrata modernis, sit hic presens sermo noster De hereticis consummatus.

---

73 Sane…95 Amen] pre-publication PP*

---

45 Oportet] Quod Fi **47** preter] propter Bb An We | nitantur] citantur Fi **51** crassa] grassa Bb | Deo] Domino Ly **53** vel] et Ly | inscii] iniusti Ly **54** eius[2]] non Ly **56** non] *omitted* Ly **58** non sophistice] *omitted* Ly **59** et] *omitted* Ly **63** ac] aut Ly | et] *omitted* Ly irrefragabiles] refragabiles Bb **65** odio] hodio We **66** odio] hodio We **69** arbitrabar] arbitrabas We **70** estimationem] exstimationem We **72** tibi] *omitted* Bb **75** presens] *omitted* We primus Ly | consummatus] consumptus. Nunc Ly

Tue autem benevolentie gratias ago quod personam induens recitantis, votis meis, nunc abbreviando, nunc falsas sententias recitando et pro eis fortiter allegando, nunc ad rationes probabiles respondendo, nunc argumentationes sophisticas non solvendo, nunc veritates absque probationibus referendo, et quantum ad omnia alia condescendere studuisti. Istum autem modum utilem reputavi, quia sic nec ad probandum nec ad reprobandum aliquod prescriptorum amor vel odium persone tue quemcunque movebit, sed omnibus legentibus materia dabitur cogitandi.

Puto enim quod cum ista fuerint divulgata, tum propter raritatem, tum propter utilitatem, viri literati et intelligentes zelum veritatis et boni communis habentes, que vera sunt rationibus manifestis et testimoniis scripturarum apertis satagent confirmare, et que falsa sunt reprobare studebunt.

Tum etiam, ut estimo, cum mentem tuam ceperis aperire de predictis, opera facies magnifica et preclara, plena veritate referta, ad omnium utilitatem fidelium, et Dei omnipotentis honorem. Cui sit gloria, laus, et imperium in secula seculorum. Amen.

---

78 nunc] autem *added* Fi **80** non] *omitted* Ly **81** condescendere] descendere Ly **82** reputavi] repu[di] Bb | nec] non Fi An **83** nec] *cancelled* Bbb | ad reprobandum] *omitted* Bb | aliquod] aliquid Ly **84** vel] We: et Bb Fi An Ly | odium] hodium We **85** dabitur] datur Ly **86** tum] tamen Bb **91** Tum] Tu An **92** magnifica] manifesta Ly plena] We: planis Bb plana Fi An Ly **94** sit] *omitted* Ly

fautoribus defensoribus et receptatoribus hereticorum 369

160